R. BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
B
446
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PANTOPOLOGIA
CALABRA
IN QUA

Celebriorum ejuſdem Provinciæ Locorum, Virorumque, Armis, Pietate, Titulis, Doctrina, Sanguine, Illuſtrium,

MONIMENTA EXPENDUNTUR.

AUCTORE

FR. ELIA DE AMATO

S. Theol. Mag. & Doctore, à Montalto, utriuſque Provinciæ Calabriæ, Ord. Carmel. bis Exprovinciali, Viſitatore, Commiſſario, & Generali Diffinitore, Cathedræ S. Marci Examinatore Synodali, nec non atq; Accademiæ Incultorum ejuſdem Urbis perpetuo Archiagricola.

NEAPOLI, MDCCXXV.
Ex Thypographia Felicis Moſca.

SUPERIORUM FACULTATE.

Biblioteca Nazionale V. E. III. NAPOLI

Digitized by Google

Quæ ſparguntur in omnes,in te mixta fluunt,
Et quæ diviſa beatos efficiunt,collecta tenes.

Claudianus
In Panegiric. Stilic.

Digitized by Google

Reverendiſſimo, ac Sapientiſſimo Præſuli
Sac. Theologiæ Magiſtro, & Doctori,
Religionis Ornamento,
Siciliæ Decori,

FR. GASPARO PIZOLANTI

Totius Ordinis Carmelitarum
Generali vigilantiſſimo,
Viſitatori, & Commiſſario Apoſtolico
Hiſpaniarum Magnati
Semper Inclito,
Qui
Cum Aviti Sanguinis laude, ab ipſo Juventæ limine
Religionis faſtigio dignus,
Sapientia, Virtuteque ducentibus,
Non fragili felicitate fortunæ ludo provectus,
Sed ut creſcere Virtutes ſolent,
Ad præconii culmina aſcendit
Gradibus Dignitatum.
Tanta ergo ejus Merita
Summam ad maturitatem cum perveniſſent
Præmia traxere ſibi, & Honores.
Ipſeque
Ad Ordinis Apicem
Veluti magnetica Virtute
Rapto Vocalium Corde
Evectus
Et ſi Electionem de Meritis promeruerit.
Et benè Juſtitia in CARMELO ſedebit
STATERA Gentilitii ejus Stemmatis dominante:
ASTRO felicitatem Ordini affluente:
BRACHIO omnia bonorum genera cumulante,
Ut ſummoperè Oraculum comprobarit:
Nam ſuæ LANCIS tota laus,
Quoties conveniunt indulta judiciis,
Nec ſibi audet caſus adſcribere,
Quæ bonæ diſpoſitionis librat examen
Nil minus habentis.

Digitized by Google

In dictationibus amænum;
In Juſtitia ſanctum:
A cupiditatibus alienum
Illum cuncti habuere
Approbatione, & miraculo
Sunt certè quædam præclara, quæ in publicum profert,
Sed non minora, quæ limine tenet.
Quantò enim arduum eſt magis alios præſtare, quam ſe,
Tantò laudabilius; quod cum ipſe ſit Optimus,
Omnes circà ſe ſimiles ſibi effecerit,
Manſuetudine morum:
Animi hilaritate:
Affabilitateque ſermonis,
Adeo ut
Non ſic Virginibus flores, non frugibus imbres,
Proſpera non feſſis optantur flumina nautis
Ut ſuus Aſpectus Populo.
Illi omnium laudum, omniſque gloriæ contigit,
Ut nihil ſeveritati hilaritate, gravitati ſimplicitate, Majeſtati humanitate
Detrahitur.
Nil in fortuna ſua majus habet, quam ut poſſit:
Nil melius, quam ut benefacere velit;
Eique conſentaneum, ut quem ſemel accepit ordinem
Nunquam deſerat;
Religionem Virtutibus cunctis ad Gubernium ſpectantibus, ne dum cumulet;
Verum, & fauſtitatem, quantam poteſt, in unumquemque ſubditorum effundat,
Poteſtate, & Æquitate.
Hoc enim Reges habent magnificum, nulla quod rapiat dies
Prodeſſe miſeris, ſupplices
Fido lare protegere.
Cunctis, qui illo Præſule ſibi jurè conſiderant
Aut proceſſit Dignitas, aut ſatisfecit Humanitas;
Aſt illi tributum divinitùs,
Ut cum ipſe auctoritate plurimum poſſet,
Tum honeſtiſſima quæque vellet,

Mi-

Digitized by Google

Miniſtros, Legatoſque; nunquam fecit ad beneficium, ſed
ad judicium,
Vel ſui, vel Ordinis.
Subditoſque ad honeſta ſtudia promovet, dum convenientem
ſingulis
Dignitatem condonat.
Cum Dignitate pietatem,
Cum Nobilitate doctrinam,
Cum Regularitate Magnificentiam;
Cum privata perfectione, publicarum rerum ſollicitudinem,
Omneſque denique heroicas Virtutes
Sine ambitu complexus eſt.
Tanto ergo Præſule
F. Elias de Amato,
Inter Carmelitas minimus
Cum pro meritis Elogium pangere
Ob eloquii pauperiem nequeat,
PANTOPOLOGIAM hanc CALABRAM;
Quam ex ſua rudi Minerva
Luci protulit,
Obſequenti, gratoque animo
Donat, Dicat, & Offert.

FA-

Digitized by Google

FACULTAS ORDINIS

FR. GASPAR PIZOLANTI

Sacræ Theologiæ Magiſter, & Doctor humilis Prior Generalis, nec non Viſitator, & Commiſſarius Apoſtolicus totius Ordinis Fratrum Beatiſſimæ ſemper Virginis, Dei Genitricis MARIÆ de Monte Carmelo Antiquæ Obſervantiæ Regularis.

Auctoritate noſtra tenore præſentium licentiam facimus A. R.P. M. Eliæ de Amato Provinciæ noſtræ Calabriæ Exprovinciali Typis mandandi librum, cui titulus *Pantopologia Calabra*, a duobus noſtri Ordinis Theologis, quibus id commiſimus, recognitum, & approbatum; ſi iis, ad quos ſpectat, in lucem edi poſſe videbitur. Datum Romæ in Conventu noſtro S. Mariæ Tranſpontine die 9. Ottobris 1724.

Fr. Gaſpar Pizolanti Generalis Carmel.

Adeſt Sigillum

Fr. Joſephus Maria Solarius Secret.

R E-

Digitized by Google

REVERENDISSIME PATER

Librum, cui Titulus: *Pantopologia Calabra &c.* Auctore Adm. R. P. Magiſtro Elia de Amato, duplici Calabrienſis Provinciæ Exprovincialatus charactere inſignito, P. V. Reverendiſſimæ juſſis, ut par eſt, morem gerens, quam attentiſſimè legi, perlegique. In eo legendo, quanta ſim animi voluptate perfuſus, quamve ſim admiratus eruditionem, vix eloquar: Profectò Auctoris ingenium, ſtyli elegantiam, Verborum proprietatem, Latinique ſermonis puritatem ne eloquentiſſimus quiſque ſatis commendabit. At verò accuratam in deſcribenda Hiſtoria methodum, indefeſſumque laborem in eruendis e Vetuſtatis latebris inſignibus monumentis, in Chronologia diligentiam, in enarrandis tùm Veterum, tùm Recentiorum Scriptorum Commentariis exactiſſimam Criſim, in Topographia elucidanda, reddendiſque ſingulis tùm Urbibus, tum Oppidis, Viciſque Calabriæ antiquis nominibus miram prorsùs ſedulitatem nemo non ſuſpiciat. Certè Auctor multis Recentiorum Criticorum, Hiſtoricorumque quamvis Eruditi audiant, antecellit; nemini verò ſecundus. Opus ergo a Catholicorum Dogmatum Canone ne hilum quidem diſſonum, ad Ethices Chriſtianæ amuſſim exactum, eruditione refertiſſimum, Hiſtoriæ tùm Sacræ, tùm Profanæ utiliſſimum, toti Reipublicæ Literariæ perquam commodiſſimum, noſtræ Religioni inſigne ornamentum, ingenio perfectum, miraque induſtria elaboratum, omnibuſque numeris abſolutum, digniſſimum exiſtimo, quòd quamociſſimè prælo committatur; dummodò P. V. Reverendiſſimæ auctoritas accedat. Datum Neapoli. Ex noſtris Ædibus Sanctæ Mariæ de Concordia 5. Kalendas Novembres Æræ Chriſtianæ MDCCXXIV.

Paternitatis Veſtræ Reverendiſſimæ.

Humill. Addictiſſ. & Obſequentiſſ. Servus
Fr. Hermandus Joſeph Maria Falanga Sac. Theol. Magiſter, ac Regens.

Cen-

Cenſura Rev. Patris S. Theolog. Baccalaurei, nec non U.J. D. Archangeli Michaelis Mariæ Gervaſi, Carmelitici Ordinis Hiſtoriographi.

REVERENDISSIME PATER

P*Antapologiam Calabram* à Rev. Adm. P. M. Elia de Amato, Calabrienſis Provinciæ ſemel atque iterùm Prioris Provincialis Charactere inſignito, elucubratam, contextam, & concinnatam, Pat. Tuæ Reverendiſſimæ obſecuturus imperio, quàm libentiſſimè perpendendam excepi tàm Lætanter evolui, ac jucundè perlegi. Quid autem de ea rectè ſentiam, haud ſatis dixerim; Liber enim hic, labor eſt, non vulgari ingenio, non communi Calamo, non facili, aut levi negotio abſolutus; adeòque non brevi recolendus eloquio: cùm Omnia in eo contenta, ſermonis elegantia Venuſtè exornata, exoticæque doctrinæ copia undequaque referta inſpiciantur. Et ſanè Author, poſt tot Omnigenæ eruditionis Monumenta publici juris jàm effecta, quibus & noſtræ Religioni decus adauxit; & ſibi ipſi emeritos Literarii Orbis plauſus comparavit: Ut Natale ſolum aliquo pariter Virtutis ſuæ Munere quandoque clareſceret, Univerſos Patrios fines ſtudiosè perluſtrans, quidquid in eis conſpicuum longæva vetuſtas, aut ignorantiæ tenebris damnaverat, aut Oblivioſa temporis Caligine involutum tegebat, egregiè vindicavit, & in uno hoc Volumine Singulari luminè illuſtravit. Ut autem eruditiſſimi Authoris conſilium tam gravi cura ſuſceptum, tàmque feliciter conſummatum, in rem actum dignoſcatur, exoptatumque, ut par eſt, Sapientum Calculo ſortiatur effectum publicæ lucis vſura digniſſimum reor.

Ex Carmelo S. Mariæ de Vita die 24. Octobris 1724.
Paternitatis Tuæ Reverendiſſimæ.

Humillimus, atque Addictiſſimus Famulus
Fr. Archangelus Michael Maria Gervaſi Carm.

EMI-

Digitized by Google

EMINENTISSIMO SIGNORE.

FElice Moſca Stampatore de Libri, deſidera di dare alla luce un Libro intitolato: *Pantopologia Calabra, &c. Authore P. Elia à Montalto Sacræ Theologiæ Magiſtro Ordinis Carmelitarum, &c.* per tanto ſupplica V. Em.a rimetter la reviſione a chi meglio li parerà, che lo riceverà a grazia, *quam Deus, &c.*

R. P. Thomas Pagano Congregationis Oratorii, Examinator Curiæ Archiep. revideat, & referat. Neap. 17. Maii 1725.

ANTONIUS CANON. CASTELLI VIC. GEN.

D. Petrus Marcus Giptius Can. Dep.

EMINENTISSIME DOMINE.

TUo, Eminentiſſime Princeps, imperio Librum Ad. R. P. F. Eliæ de Amato, Ordinis Carmelitarum ſub titulo: *Pantopologia Calabra*, ſumma eruditione conſcriptum recenſui; & in eo nihil, quod Pietatem quodammodo offendat, vel Chriſtianos mores corrumpat, animadverti. Quocirca, ut typis conſignetur, ſi Eminentiæ Veſtræ judicium acceſſerit, digniſſimum cenſeo. Neapoli ex Ædibus Congregationis Oratorii decimo Kalendas Junias MDCCXXV.

Humillimus, & addictiſſimus Servus.
Thomas Paganus Congregationis Oratorii.

Attenta ſupradicta relatione Imprim. Neap. 17. Maii 1725.

ANTONIUS CANON. CASTELLI VIC. GEN.

D. Petrus Marcus Giptius Can. Dep.

EMINENTISSIMO SIGNORE

Felice Moſca ſupplicando eſpone à V. Em. come deſidera ſtampare un libro intitolato : *Pantopologia Calabra, &c. Authore P. Elia à Montalto Sacræ Theologiæ Magiſtro Ordinis Carmelitarum, &c.* Per tantò ſupplica V. Em. ordinarne la reviſione à chi meglio le parerà, ed il tutto lo riceverà à gratia, *ut Deus.*

Rev. P. Orat. Thomas Pagano videat, & in ſcriptis referat.

MAZZACCARA R. ULLOA R. ALVAREZ R.
GIOVENE R. PISACANE R. SOLANES R.

Proviſum per S. E. 9. Octobris 1724.

Maſtellonus.

EMINENTISSIME PRINCEPS.

Liber inſcriptus *Pantopologia Calabra* ab Ad.R.P.S. Theol. Magiſtro Ord. Carmelitarum Fr. Elia de Amato, eruditiſsimè conſcriptus, nihil habet quod Regiam Juriſdictionem offendat, imò ad excolendos Regiæ, ac Cæſareæ Majeſtatis ſubditos maxime conducit. Ea propter ſi Em. V. placuerit, typis mandandum cenſeo. Datum Neapoli ex Ædibus Congregationis Oratorii XVI. Kalendas Decembris Anni M.DCC.XXIV.

Humillimus ac Obſequentiſs. Famulus
Thomas Paganus Congr. Oratorii.

Viſa relatione imprimatur, & in publicatione ſervetur Regia Pragmatica.

MAZZACCARA R. ULLOA R. ALVAREZ R.
GIOVENE R. PISACANE R. SOLANES R.

Proviſum per S. Em.

Maſtellonus.

PRU-

Digitized by Google

PRUDENTI, AC HUMANO LECTORI.

QUæcunque mortales agunt, ſivè publicè, ſive privatim, calumniæ ſubjacent: nam nec divinis operibus, quæ certè perfecta ſunt, maledica parcit lingua. Quid ergo ſperem, Calabriæ monimenta in præſenti opere pluribus ſcatente defectibus, traditurus? Communem ſortem æquo animo ferre decet: ac quodcunque de me judicium fuerit: non invitus ſubibo: dùm in hoc tenui labore, neque optimorum ſpero laudem; neque peſſimorum timeo cenſuram: nec enim, qui Operi iſti detraxerit, id gloriæ forſan, conſequetur, ut omnes ei conſentiant. Multa profectò reprehenſibilia carpet hiſtoricus; ſi invido legat oculo: plura notabit Grammaticus, ſi rigido polleat animo. Quid inde? Gratum fortaſſe erit tibi Lector amice, cui ſicut prudentia ab omni paſſionis contagio, liberum reddit oculum, ſic humanitas omni benignitatis dulcore, refertum, afflat animum. Hoc unum antequam legas adverte. Multa Locorum Calabriæ nomina aliter, ac vulgò aſſolent, pronunciata reperies: Multa quoque ad vulgus palatum conſona. Nec mirere: ſic enim nec Provinciæ hujus antiquitas majeſtatem, nec ejuſdem ætas præſens, ſimplicitatem, amittent. Nec hoc novum, aut ſingulare: ut enim ajebat P. Antonius Vaſconcelius in hiſtoria Regum *Luſitaniæ.* Civitatum, & oppidorum nomina aliquando latinè, aliquando Luſitanicè ſcribimus, quia, & docti, & indocti, quibus vulgaria magis placent, *ſcribimus. Quod & ex noſtris, & ex exteris in agendo de Calabriæ locis fecere quamplures, quos ſequendos ad gloriam duxi, ut Lycophron, Barrius, Ughellus, Acerbus, Recupitus, Giannettaſius, aliique celebres Topographi. Ex quibus pro hujus Operis completiſſima ratione ſequentia verba, quæ habet Barr.* lib. 2. de antiq. & ſit. Calabr. pag. mihi 82. *ad literam tranſcripta huic loco præmittenda meritò cenſui.* v3. Loca, quæ Sanctorum nominibus à vulgò appellantur ſine Sancti additamento ſcribenda: & quæ duobus nominibus ab eo ipſo vulgò appellantur, ut latinitas patitur, componenda cenſuimus. Non enim verbi gratia mons Sanctus, appellandus eſt, aut Oppidum ſanctum, quia ſic ignarum vulgus appellat, etiam ſi in eo, alicui ſancto ædes dicata ſit. Jam verò Laurentum Latii Oppidum a Pico Rege conditum Sanctus Laurentius

ve-

vocatur à vulgò, & Severena Calabriæ Urbs ab Œnotriis extructa, Sancta Severina; ſicut & alia ejuſmodi propè innumera. Proindè non ignari vulgi conſuetudinem, ſed hiſtoriæ, & latinitatis rationem ſequamur. Uulgus enim, ut eſt imperitum, & rude ita eſt credulum, audax, & præceps, de quare plura diximus in libris prò lingua latina. *Ille, quæ & ſi tibi (Lector) non neceſſaria, recenſuiſſe tamen oportuit ante fores præſentis Pantopologiæ, ut & indocto, ac rigido alicui cenſori (nam etiam inſipientibus debitores ſumus ex Apoſtolo) ſatisfiat, & intentio noſtra omnibus complacendi, pateſcat. Errores, ſi qui ex regulari Typographorum oſcitantia, vel ejus, cui in hujus operis impreſſionè vices meas plenariè commiſi (non enim tam longum iter aggredi debilis ætas permiſit) inadvertentia irrepſerint, tuæ prudentiæ excuſandos, ac corrigendos remitto. Vale: & qualeſcunque ſint, noſtris laboribus fruere.*

AD

Digitized by Google

A D

PANTOPOLOGIAM

CALABRAM

EXTERORUM, NOSTRATUMQUE

Prodromus Encomiaſtes.

TAmetſi ignarus haud ſim, Calabriam noſtram in Regno Neapolitano, imò ferè in Italia tota, antiquitate, bonorumque affluentia partem eſſe principem; nolo tamen id nobis fortè accidiſſe, quod Athenienſibus Pauſanias inurit: ἀθηναῖοι περὶ τῆς ἀτ[illegible] σεμνολόγησαν. Quocirca quodque de ejuſdem origine, atque ubertate, cæteriſque, quæ hinc indè clara, rem ad ipſam facere videbuntur, non Scriptorum na-

tionalium dumtaxat, verùm atque Exterorum, antiquitatiſq; monimentis inemendabilibus comprobandum, poſteris tradendum, minimè gravabor.

Regio enim hæc, quæ in Italiæ finibus eſt ſita, inter utrumque Fretum, Tyrrhenum, Joniumque protenſa, atque Lao, Syroque amnibus contermina, ad Euripum uſque, Rhegiumq; duobus cornibus Leocopetra, & Lacinio promontoriis ſepta, ad DCCXXX. Paſſ. mill. ambitus colligit, montuoſa, campeſtris, plena, undique aquarum ſcaturiginibus irrigata.

Sed illud primum præ aliis conſtare cunctis crediderim, de antiquitate nimirum, Calabriam ante generale Cataclyſmum à nepotibus primæ prolis, nempè Adami, fuiſſe habitatam. Si etenim communi illa ſtrage, inundationeque ſumma, omnes montes excelſi, atque cacumina, ſub univerſo Cœlo (*in* 7. *Geneſis*) operti extiterint, non ambigendum ſanè, Regionem hanc pariter aquis obrutam, nè pœna ſine delicto vindex, injuſtaque cerneretur, Numinique indecora. Ad quid aqua tanta, ni homines, & armenta heic extantia Parentum noxa minimè deſperirent? Nec Platonis in Tymæo contemnenda ſententia, quam apud Invegen *Ann. Tom.* 1. ab Ægiptiorum Sacerdotibus facilè mutuarit, dum de Athlantide Inſula ſermonem habens, admirabilis potentiæ, ut, ait, Reges extiterint, qui nedum toti illi

In-

Inſulæ, multiſque aliis, quæ penes eum, *Græcia*, nimirum fuerint, dominabatur; verùm atque uſque ad Tyrrhenum Mare, *Italiæ* certò continentem, impetravere.

Poſt Diluvium verò, ſine dubio, ſic Deo jubente, apud Joſephum, ut propaginem dilatarent Noemi ſoboles, Colonias multas varia per loca deduxere, præſertimque per Calabriam ubi amœnitate allecti, atque Elyſiis, Rhegii primùm, deindè in aliis locum præoccupaverunt, & Sedem; & ex filiis Gomer, Aſchenaz, teſte Joſepho, & Hieronymo alibi citandis, Aſtenagos, ideſt Rheginos, ſic grecè vocatos, poſt Babylonis exciſionem, urbes moliendo, domos ædificando, cæteraque meditando, quæ ad Reipublicæ unius conſtitutionem pertinere videbantur, vel per ſe, vel per ſuos, inſtituere curavit. Ignis, & ſacer, apud Invigen, quaſi Sacerdos ignis, Religionis, Divinique cultus Antiſtes proptereà dictus Aſchenaz, & Magiſter, quique univerſum Regnum in Toparchias, ideſt Provincias, & Tetrarchias, ideſt Ducatus quatuor diſtribuit, atque in unoquoque centum viros ætate, prudentia, authoritateque cæteros excellentes, & poteſtate, à quibus conſilium, auxiliumque in arduis rebus peteretur, elegit, ordinavitque.

Hinc ob rerum provenctus aucta Regio, *Auxonia* paſſim à Græcis incolis, atque finitimis, exteriſque vocata; non jam ab Auſone Ulyſſis filio,

 cum

cum ante Ulyſſem, Calabriam Auſoniam vocitatam cum Homero, & Strabone apud Barrium (*lib.* 1.) protraxit Antiquitas: Dionyſio Aphro canente:

Hinc Italorum filii in continenti paſcuntur.
Ab Jove Auſonii ſemper magnoperè dominantes,
Incipientes à Borea uſque Leocopetram.
Quæ in Freto Siculo radicata eſt.

Quamque, nec immeritò orientalem Calabriæ plagam à Plinio Auſoniam, quemadmodum, & Occiduam à Dionyſio Alicarnaſs. & Lycophrone in ſua *Alexandra* ſæpius nominatam, ubi Philoctetes ab Auxonibus interfectus circà Crotonem; quia ab ijſdem populis primùm nomen, & omen acceperit, atque ſedem.

Ante filij verò ſtragem, exeidiumque 567. annis *Oenotria* dicta, & *Peucentia*, ab Oenotro, & Peucentio germanis fratribus, qui primi omnium ex Arcadia Jonicum mare tranſeuntes, in Auſoniam devenere, utramque partem hinc indè, Cluverio, teſtibus, Pauſania, & Alicarnaſs. occuparunt, quæ velut Peninſula Iſthmo Lameticum inter, Scyllaticumque ſinus includitur, quorum hic, nunc vulgò *Golfo di Squillaci*, ille *Golfo di S. Eufemia* vernacula lingua vocatur, quam unam, & alteram ſui juris fecit Oenotrus, Peucentio extincto, Oenotria tota deinceps nominata. Gens ſanè apud Polybium (*lib.* 4.) omnis virtutis formam habens, morum felicitate, naturæ benignitatè, ergà omnes hoſpitalitate, atque à reliquis Græcis, ſcelere, &

cru-

crudelitate, diſcreta; in Deos obſervantia, ac pietate pollentes. Regionem totam erga Deum, & Cœlicolas Religione illuſtravit, & gentes, fundatoribus haud degeneres.

Indè *Chonia* à Lacinio Promontorio, & Monte Clibano ad Metapontum uſque, teſte Pauſania ex Cluverio. (*Ital. antiqu. lib.* 4.) Poſtmodum *Italia* ab Italo Oenotrorum Rege, teſte Ariſtotile, *in Polit.* 10. ſcribente: Ajunt viri docti, & eloquentes, & rerum antiquarum Scriptores, Italum quemdam Oenotriæ Regem fuiſſe, à quo nomine mutato, Italos pro Oenotrijs eſſe appellatos: & hanc Europæ oram, quæ ſinu Scylletico, & Lametico continetur hoc nomen eſſe conſequutam; atque Dionyſio Alicarnaſs. *ad primum*, annuente: Italum Virum bonum, ac ſapientem fuiſſe, & propinquarum Regionum hominibus, partim oratione perſuaſis, partim vi coactis, totam eam terram ſub Imperium ſuum redegiſſe, quanta patet, Lametinum ſinum inter, & Scylleticum, eamque primum Italiam vocatam Itali temporibus. Hinc Calabriæ decus, & gloria, quod totam Italiam ſuo nomine primùm decorarit, & majeſtate. De qua Virgilius, *Æneid.* 3.

Eſt locus Heſperiam, Graïi cognomine dicunt
Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ;
Oenotri coluere viri; nunc fama minores
Italiam dixiſſe Ducis de nomine gentem.

Poſt Italum, Morges filius regnavit, Mor-

ge-

Digitized by Google

getia aliquando Calabria dicta; dein Sicilia ab ejus fratre Siculo nominato, quem, Cluverio teſtante, Morges, ejuſque gentes ex Italiæ finibus compulere. Japigia itidem, apud Polybium, à Lacinio, ad ultimum Japigij ſpatium 87. paſs. mill. vocata, quod Tarentini ſinus os eſſe ferunt; de qua Ovidius, *Metamorph.* 15.

Præterit, & Sybarim, Salentinumque Neæthum,
Thurinoſque ſinus, Meliſenque, & Japygis arva
Vixque pererratis, quæ ſpectant littora terris.
Invenit Aeſarei fatalia fluminis ora.

Atque inſuper eodem in loco.

Italiam tenuit, præterque lacinia templa,
Nobilitate Dea, Scyllejaque littora fertur:
Liquit Japygiam, legiſque Amphiſia remis.
Saxa fugit.

Poſteàque Salentina, quam Virgilius *Æneid. lib.* 3. Locros inter, & Peteliam Calabriæ urbes collocat.

Has autem terras, Italique hanc littoris oram,
Proxima quæ noſtri perfunditur æquoris æſtu,
Effuge, cuncta malis habitantur mœnia graiis.
Hic, & Naritii poſuerunt mœnia Locri
Et Salentinos obſedit milite campos
Lictius Idomeneus, hic illa ducis Melibei,
Parva Philoctete ſubnixa Petilia muro.

Sed illuſtrior præ cæteris, Magna Græcia, vel ob frequentiam ex omni plaga Pythagoræ diſcipulorum occurſus, ut Jamblico placuit: vel ob continuatas Græciæ Colonias in eam Regionem de-

du-

ductas, Urbeſque magnas ab eis conditas, Euſthatio teſte in Dionyſium Aphrum, quamque ante, poſtque Trojæ excidium Ulyſſes, Philoctetes, Hercules, Epeus, Cryſſus, Penopeus, Sagares, Ajax, Mneſteus, aliique non pauci incoluere, ejuſdem fæcunditate allecti, atque deliciis: vel, ob Regionis felicitatem, hominumque ſapientiam, ut voluit Poeta Archilogus apud Athenæum, *lib.* 2., ab omnibus appellata; quales certè fuere, & Strabo, *lib.*6. dum de Neætho fluvio ſermonem habens, Troja exciſa, multos Græcos combuſtis navibus circà Crotonem, climatis bonitate tractos, oppida extruxiſſe, ſcribit; & Trogus, & Plinius, & Pompejus, aliique plurimi. Undè Ovidius *in Faſtis*, *lib.* 4.

Itala nam Tellus Græcia major erat.

Non quidem tota, ſed quota, Calabria nimirum, teſte Virgilio, *Æneid.lib.* 3..

Has autem terras, Italiæque hanc littoris oram,
Effuge, cuncta malis habitantur mænia gratis.

Quibus verbis, Barrius *lib.* 1. ſubjunxit, inſinuare Vatem eam dumtaxat Italiæ partem, quæ id temporis Calabria erat, à Gręcis Trojanorum hoſtibus habitatam; alioqui non dixiſſet Æneæ Helenus, Italiam, Gręcaſque Urbes fuge, ſi tota nunc Italia, ut quidam falsò opinantur, Magna Gręcia fuiſſet, præſertim quoque, quod hanc oram *Itali littoris* dicens, eam Italię partem intelligit, ubi Locri, & Petilia ſunt: ubi ſane Pagi non pauci, oppidaque multa nomine, & lingua exornati, gre-

grecismum ſonant. De Calabria loquutus Cicero, dum *in Tuſculanis lib.* 4. differuit: Quis eſt enim, qui putat, ut ait, cum floreret in Italia Grecia, potentiſſimis, & maximis Urbibus, ea, que Magna Grecia dicta eſt, &c.: loquendo ergo de Magna illa Grecia, in qua Pythagoras conſedebat, & ſui de animi immortalite optimè meriti, de Calabria, non ambigendum, verba inſtituiſſe, atque laudem. Hinc benè Franciſcus Petrarcha, *de rebus familiaribus, lib.* 1. *ep.* 3. Non Italiam, ſed quotam, Italiæ partem, eo tempore deſertam, & vacuam grecis habitationibus poſſeſſam, magnamque Greciam nuncupatam, quæ nunc Calabria eſt, ut ex Archita Auguſtinus Niphus *in præf. ad lib. de An.* id dicere non pertimeſcit.

Brettia indè, procedente tempore pars illa quota, quæ ad occiduum, ſeptentrionemque vergit eſt dicta, à Brettio; vel Brento Herculis filio denominata, cujus Populi valdè potentes extiterunt, & validi. Undè mirum, cur Brutios potius, quam Brettios Latini hactenus dixerint, cum Grecia tota Ariſtophane *de Veſpis*, Stephano *de Urbibus*, Jernando, *de Rebus Græcis*, Dionyſio Aphro, *de Situ Orbis*, Alexio Poeta in ſua *Brettia*, Euſthatio *in Virgil.* Strabone *lib.* 6. *in Original.* aliiſque plurimis apud Barrium, de Flore, Marafiotum, Ermolaum Barbarum, Enricum Baccho, Ananiam, Pugliſium, cæteroſque noſtrates, atque exteros, teſtibus omni exceptione majoribus.

pro

pro Brettijs, & numis, & ſcriptis, ſignis, toreumatibuſque propugnet? Exiſtimo ſanè Brutios à Romanis dictos, non quidem, ut Calepinus ſomniavit, *quaſi bruti*, *& obſcæni*, verùm à græca voce *Brutos*, quam à fortitudine, animique ſtrenuitate fortè Brutii accepere. Exulandus perindè Gellius à veritate *lib.* 10.ſcribens,Brutios veluti Lorarios, ignominiæ cauſa à Romanis ob Pœnos, poſtque Annibalis ab Italia diſceſſum inſtitutos. Cum etenim Author ipſe, Ludovico Vives teſtante, homo rhapſodus planè, congeſtor potius, quam digeſtor, & oſtentator, quàm peritus ſit, loquaculus, ſine eruditione; in verbis, ac ſententijs putidulus; ea quæ de ſignificatu vocum diſſerit ſunt frivola, & plerùmque imperita, & falſa: à vera hiſtoria Romana, maximè de bello Punico jejunus, alienuſque, apud Livium de Annibale in Italiæ adventum, certò convincitur. Non itaque Brettij, ſed Boij, Ligures, Campani, Galli, aliique populi ad Pœnum defecere, teſtibus Plutarcho *in Annibale*, & Livio *de bello Punico*; cum illos potius repentino adventu, apud eundem Livium, Annibal Roma ejectus in Brutios proficiſcens, incautos oppreſſerit: propterea Rhegium obſedit, Vibonienſium agros depopulavit, oppidis omnibus, ac Civitatibus terrorem incutiens; ſed minimè à Romanorum fide, apud eundem *lib.* 1. diſcedere voluerunt. Hinc teſte Eutropio, *hiſt. Rom. lib.* 13. illi pauci, qui magis ti-

Digitized by Google

more perterriti ad Pœnum defecere, Q. Cæcilio, & L. Valerio Conſs. anno quarto ante Annibalis receſſum Romanis ſe tradidere, Municipij, Coloniæque dotibus cohoneſtati, atque à Romanis redimiti, ut infrà dicturi ſumus, & ſatis in noſtris Epiſtolis *p. & 2. parte* diſſeruimus.

Poſtremò Calabria (cujus ætimon Blaeo in ſuo Athlante, à *Calon*, & *Rio*, cunctis derivatum exiſtimat, quaſi Regio ubertate incredibili, rebuſq; omnibus affluens) ſtupenda vi quicquid ad deſicias vitæ facit, optimè profert. Undè Poeta Granus de ipſa loquutus, in ſuo *de Situ Calabriæ* poemate, cecinit.

Nomine, quæ digna, quin jure Calabria fertur
Si calon eſſe bonum teſtatur achaica linguâ
Quodque brio vocitat, ſcateo, ſi noſtra reponit
Certè ergo Cumanæ folio, vel voce Sybillæ
Hoc verum tenuiſſe reor per ſæcula nomen
Illi namque boni, quid deeſt? quas gratia Cœli
Summa negavit opes, dona, aut juſtiſſima tellus.

Hinc Calabri ad omnia nati, Philoſophi celebriores, Geometræ, Geographi, Legislatores, Mathematici, Aſtronomi, Medici, Muſici, Statuarij, Dialectici, Rhetores, Pictores, Poetæ, Comici, ac in omni Sapientia cōſpicui, Tullio teſte *in Bruto*, extitere, Recupito annuente *in ſuo Terremotu*: Gens plerumque, uti ſcribit, ingenio fervido, callido, & ad omnem diſciplinam verſatili. Armis, Palæſtra, gymnicoque certamine, apud Ma-

Digitized by Google

ximum Tyrium, Calabri incomparabiles; feroces, natura fortes, ad Imperium uſque primi inclinatì, arma tractantes, & jura, apud Martinum Scherner. Sed apprimè ergà Deum, & Cœlicolas, religione, ac pietate maximè affecti, ut ſanè ab Archadis, Ughello (*Ital. Sacr. tom. 9.*) non contradicente, aut ab Athenienſibus, ſivè Romanis, qui in Calabria conſedere, illicque deduxere plurimi, degeneres haud videantur.

In iis, apud Athlantis Authores, aquilinus color, capillus niger, ſtatura brevis, aſpectus venuſtus, audax, aſt non univerſim, niſi quod Calabri, qui extremam tenent Italiam, utpotè origine Græci, Græcos ferè æmulantur; etſi Latinorum priſcus inoleverit ritus, teſte Ughello ſuprà laudato, lugendi mortuos, ubi præfica in funere pretio conducta, alias ad nænias canendas, & ejulatum invitat; atque inferiis peractis, defuncti affines, unà in domum lautè veſcuntur; ſed tarò ad præſens, Paſtorum anathemate terrefacti.

Primùm linguam Hebraicam, atque Aramæam à ſuis Aſchenazis derivatam, Calabri loquebantur; indè Oenotrorum acceſſu, Græcam doricam; poſteàque Lucanorum, Brettiorumque dominatu, Volſcam, ſivè Oſcam; hinc bilingues ab Hennio vocati, quia, & Oſcé, & græcé idioma eructabant. Aſt à primæva Latina lingua adhuc rudi, & lactenti plurimùm alterata, apud Merulam, à Græcis, Calabriæ quondam Incolis,

incrementum linguæ, ac venuſtatis veteres quæſiere Latini ; indèque facta tot idiomatum in dies ex variis Colonijs, & dominatu varia miſcella, in Calabria, ac cæteris Italiæ plagis, ubi plus, minuſve, diù corupta permanſit, atque in incultis, ruſticaniſque hominibus hactenùs perſeverat.

Quo ad populos in tanta temporum longinquitate Calabriæ comperti dominatores, fuere poſt terrarum inundationem Aſchenazij, Noé pronepotes, ut vidimus; dein Auſones dicti, ſoli ubertate, atque delicijs tracti, quos Oenotrij ex Arcadia, *græca gens* hùc profecti à proprijs ſedibus pepulere, teſte Cluverio *Lib.* 3. quemadmodum atque Siculos, Aborigenes (mutato nomine) nuncupatos. Interim Græcorum Nationes aliæ temporis decurſu in Calabriam invectæ, Urbes in ea paſſim extruxere, omnem maritimam oram ſuperi, inferique Maris colonijs implevere; hinc Italia, unà cum Sicilia ex Strabone, & Trogo, Magna Græcia appellata fuit. At poſtquam, *repetit idem Cluverius*, Romanorum crevit potentia, tota tandem Italia horum armis ſubjugata eſt ad Honorij Imperatoris uſque tempeſtatem, atque poſſeſſa. Ex hinc alij, alijque ſubindè, Gothi, Uvandali, Heruli, *Germaniæ gentes*, tum Hunni ſuperatis Alpium jugis totam invadentes, varia in Regna, atque Imperia diſtribuere. Hos tandem à Juſtiniani Ducibus pulſos, Exarchatu in Italia conſtituto, ac poſtmodum à Longobardis expugnato,

Pi-

Pipinus, & poſt eum Carolus Magnus, cum cæteris debellavit. Diviſa mox Sicilia in duo Regna, duos pariter Reges accepit; quorum alter in Calabria, ac in toto Regno Neapolitano, Sicilia dicto cis Pharum; alter in Inſula Siciliæ Rex ultrà Pharum eſt appellatus. Variam dehinc utrumq; mutationem paſſum, quippè in Neapolitano Regno primò Normanni, poſtmodum Suevi, mox Galli Andegavenſes, dein Aragonenſes Hiſpani, jamque tertiò Galli, iterumque Aragones, & Caſtiliani; poſtremò Auſtriaci, in quorum poteſtatem, & imperium, Carolo III. Hiſpaniarum Rege, & VI. imperante ſemper Auguſto, Germani Auſtriaci feliciter devenere. Quanto poſtmodum in Regio honore apud Reges Calabria fuerit, illud argumentum eſt, ex Recupito, (*de Terræmot.*) quod futurus Regni hæres Dux Calabriæ vocabatur, quaſi hoc nomine ſceptra præriperet, Cæſar Imperio deſtinatus. Præludebat ille Regno adminiſtratione Calabriæ.

Nec minus Calabriæ decus in ſuis Colonijs ad varias Orbis plagas tranſmiſſis. Ad Galleciæ Hiſpaniæ Regnum, apud Balboam, (*Monarch. Reg. Hiſpan.*) Duce Theuco Locrenſi. Meſſanam per Anaxilaum Rheginum, & populos Mamertinos, cui nomen pariter impoſuere. Phiſſam per Micitum, nunc *Randazzo*. In Lucania Biſentum, ſivè Piſſunthum, nunc *Policaſtro*, teſte Mario Aigr. In eadem Lucania per Sybaritas Pæſtum,

apud

Digitized by Google

apud Strabonem. Metapontum in Oriente, apud Merolam; Locrenſes populi Calabri, Tarentum, aliaque plura loca apud Cropanum (*Calab. Illuſt.*) in ditione habuere, atque Noſtrates.

Aſt tametſi ad præſens Calabria in Urbium oſtentatione minimè ingloria eſſe videatur, cum ſex, & viginti quatuor Civitates Archiepiſcopali, Epiſcopalique munere decoratas complectatur; Oppida verò; Pagoſque penè innumeros tanta vicinitate, & frequentia, ut vaſtiſſimæ Urbis ſpeciem præbeant, quæ Rura, Villaſque undique includant; nihiloſecius; quia tam hominum, ut ait Seneca, *Ep.* 91. quam Urbium fata voluuntur, teſteque Lucano *in Pharſaliis lib.* 1.

Invida fatorum ſeries, ſummiſque negatum
Stare diù; nimioque graves ſub pondere lapſus,
Nec ſe Roma ferens;

plurium Civitatum, antiquitate, potentiaque florentium, nunc neque ſane veſtigia viſuntur; & benè, nulli enim non ſua ſenectus eſt. Tales fuere *Althanum*, juxtà Caſignanum, Civitas olim Epiſcopalis, apud Guaphridium *de geſt. Herman.* à Totila exciſa. *Barbarum*, à Græcis, poſt Trojæ excidium conditum, juxtà Scyllaceum, ac terræmotu, acerbaque peſte bacchatum. *Mallea* Rheginorum Urbs, in Montana ſuprà Cænidem ſita. *Lauretha*, inter Crotonem, & Lacinium Promontorium, vulgò *Capo delle Colonne*, à Laura, Laci-

nij

nij filia dicta. *Cercinium*, Meſſurgam inter, & Petcliam Civitas ſita, communique ſtrage divulſa. *Itone*, ſivè *Milea* à Locrenſibus condita, juxtà Crotali amnis ripam, ubi per totam planitiem S. Mariæ de Roccella, ad Fretum uſque, adhuc veſtigia viſuntur, à Saracenis exciſa, indè in Luſitaniam Urbem Epiſcopalem propè Scyllaceum translata, pariterque diſcerptam. *Curſanum*, propè Stylum, Urbs Auſoniorum. *Grumentum* à Phocenſibus, juxtà Lagariam extructum. *Leonia*, ſivè *Leonium*, Civitas Epiſcopalis, Crotonem inter, & Sybarenam. *Lagaria*, juxtà Caliſtarnum amnem, nunc *Racanello*, ab Epeo, & Phocenſibus ædificata. *Meſa*, propè Rhegium, & Calannam, Civitas Epiſcopalis, apud Cropanum, Aſchenorum. *Arocha*, ſive *Aracha Phallucca*, juxtà Crotalum, fluvium, vulgò *Corace*, edito loco, ab Arcadis condita. *Meſianum*, ab Hyppone non longè, Cibelis Caſtrum, quod & Hypponienſes Meſſen apud Proclum (*de Oracul.*) à frumentorum meſſibus vocitandum ſtatuere; juxtà quod, & ipſius Deæ Phanum conſtructum apparet, Hypponienſium opus. *Triſchene*, Civitas Epiſcopalis, inter Semirim, & Crotalum amnes, in ſuis tribus Tabernaculis famoſa. *Joannum*, vulgò *S. Janni*, Cutrum inter, & Crotonem ſitum. *Ullanum*, & *Uſſugum*, Auxoniorum, Brettiorumque ædificia. *Apruſtum*, non procul à Summurano, Civitas Auſoniorum, nunc Vernicarium. *Ariantha*, indè Folonum, Phocen-

Digitized by Google

cenſium Oppidum, Roſam inter, & Acidam amnes. *Hyela*, nunc Bonifatum, ſuprà Blandam, Phocenſium Civitas. *Althanum* alterum, nunc Sorethum, juxtà Metaurum amnem. *Cytherium*, nunc Cyriſanum juxtà Pandoſiam, Oenotrorum olim Urbs mediterranea. *Ninæa*, nunc S. Donato, juxta Grondum, & Acidam fluvios, qui Iſauro miſcentur, Civitas Oenotrorum. *Thyella*, nunc Ginetum, juxtà Agatham, ab Oenotris extructa. *Therypolis* propè Strongylum. *Xipha*, Sybaritarum reliquia ſupra Saxonem Montem à Brettiis condita, atque in Muranum mutata; aliæque, vel in alias mutatæ Sedes, vel tempore, fatoque extinctæ: ut quiſpiam, & regionis antiquitate fruatur, & Coloniarum varietate ætimon levi labore percipiat.

Quo ad Cœli temperiem, ità ſalubris, & jucunda Recupito jam laudato objectatur, ut nihil Regione tota, *ut ſcribit*, ſive ad delicias amænius, ſivè ad ubertatem feracius, ſivè ad omnem humanæ vitæ uſum accomodatius. Amænitatem aſpectu præferunt Montes, *ſubjungit*, quibus ex utroque Calabriæ latere, ſubſtrato imminet mari, an ſpectanda, an ſpectatrix. Hi ejus Appennini ſunt partes, qui protenſus ab Alpibus catenata ſerie, nexuque Cacuminum Italiæ dorſum diſcriminat, atque in Calabriam ductus interdum in æditiſſimas rupes, atque in altiſſima ſurgit faſtigia; plerumque levibus jugis in colles molliter acclives dimittitur, quos perenni viriditate conveſtit, pleriſ-

riſque Arborum intacta coma, hyeme ver exhibentibus.

Inter Calabriæ Montes eminet Sila, ſylvam ducentorum millium paſſuum ambitu, attollens intonſis Ilicibus, Piniſque condenſam; quæ ramis multa fronde comantibus, atque inter ſe Cœlo conſertis, umbra terris diffuſa, viatores velut de induſtria protegit: ita ut Conſentia Catacium integrum diei unius iter æſtate media confici poſſit, Arboribus veluti obrumbrantibus æſtum, ac ſolem arcentibus. Hyeme verò Mons idem Nemus Hercinium, aut Caledonium æmulatus anni caneſcentem ſenectam ingenti nivium pondere ſuſtinet: mox brumali aſperitate in ſummis caloribus ad voluptatem trahendam. Hinc prævalidæ trabes ad conſtruendas Navium arbores, ut ijs Mare ſtratum ſylveſcat. Hinc ad uſum nocturni luminis tædæ flamma parabili, & cereos faculos imitante. Hinc denique immenſa vis picis ad conglutinanda, ſivè ſolaria, ſivè navigia, illa, nè imbribus pateant, hæc nè fluctibus. Hanc utpotè odoratam, reſinoſam, rutilem, atque ad medicamenta utiliſſimam commendant Dioſcorides, & Galenus. In cacumine lætiſſima pecori paſcua, quod abigendum à paſtu, nè ſatietas perimat. Ex qua, *in Pontificali hiſtoria* legitur, Templi Vaticani tecta trabibus advectis reſtituta fuiſſe, ut Ughellus commemorat, *Tom.* 9. Hic meritò de eadem in ſuo *Polipodio Apollineo*, *lib.* 1. canere po-

 tuit,

tuit, Acerbus, Therinus Vates.

Sed me ſylva vocat ſpatio porrecta comanti,
Arboreoque patens circum vaſtiſſima gyro.
Quæ ſpectanda dabit gelido numeroſa receſſu
Sylva tibi? piceæ frondoſa cacumina tollunt
Aereum ſuperire polum frondentis honore
Verticis, atque auſæ nubes calcare tonantes.
Deſpecto fremit igne Leo: Canis ignea flamma
Ardentes non auſa faces inferre latrantis,
Halitibus furioſa ſuis, deplorat inertes
Sirius æſtivos medio ſub Sole calores:
Sic etenim ſpiſſis denſantur frondibus umbræ,
Objectoque obſtat viridi munimine ſylva,
Pulſa retro, ut redeant ſævæ molimina flammæ,
Irritaque æſtivus certamina conferat ardor.
At tenui ſermone loquor; majora referre
Carmen amat; gelidumq; crebris ſic frigus ab umbris,
Et glacies nativa viget, tremor occupat artus,
Ut quatiat quoque membra gelu; dum Sirius ardet,
Ligna paranda focis: cæſi de robore trunci.
Subſidium perferre decet; non tempora brumæ,
Hybernuſque rigor ſimili te lædet acuto
Frigore, nec tali Boreas algore triumphat,
Dum ſua cùm nivibus ſocialia fœdera jungit,
Uſibus apta tuis nemeroſa hæc ſylva vireſcit
Navita, cæſa dabit ſtratum ſylveſcere pontum
Mole ratum compacta ingenti robore coſtas.
Hoc valido munita ratis, per Nerea vecta
Calcabit victrix fluctus; trabe firma marinum

Scin-

Scindet iter generoſa ſali; quas ſylva procellas
Inconcuſſa tulit validis radicibus hærens
Sorte pari, translata mari domitura triumphat,
Neu tibi det trepidum navis rimoſa pavorem:
Hinc pix multa venit, ſolaria glutine docta
Imbribus eximere, & fluctus arcere marinos.
Hinc quoque fortè Ceres amiſſam quærere natam:
Dum lacrymoſa ſuam genitrix loca cuncta peragrat,
Corripuit nocturna faces; vis ignea tædæ
Nuſquam aderit major noctis ſuperare tenebras,
Luce potens; ceras nil implorare viator
Eſt opus.

Nec deſunt Montes alij, apud laudatum Ughellum aprici, & frugibus pingues, collesſque vitibus, arboribus impendio apti, ac benigno eflatui ventorum undique expoſiti. Valles amænæ, & frugales. Opaca, & Nemora amæna, ſingulari quadam voluptate conferta, ſpirantibus quoquoverſum ſuaviſſimis auris. Paſcua, pabulaque teneris herbis, floribuſque virentia; ſuaque medicæ herbæ copia ingens, atque ſalubris.

Cauſa fertilitatis eſt humor, *repetit, qui ſupra Recupitus*, cum ubique fontes ſubſiſtant; qui primò argenteis ducuntur per fibrias Arborum rivis deindè, & in ingentes amnes exuberant. Hanc laudem totam tibi Regio vindicat, quam & fontanæ, & fluviales aquæ rigant. Principes in Calabria citeriore fluvij *Buſentum*, & *Crathes*; ille ab impoſitis Conſentiæ jugis excurrens per ſubje-

ſtas rupes ad meridiem obverſus ingenti ſtrepitù præcipites aquas evolvit ; tum in planitiem effuſus, & crebris ſubindè curvatis flexibus non uno tramite circumjectis campis illabitur. Demum magno amnis utriuſque fremitu *Crathes* ad Mare decurrentem intercipit, eoque quaſi catenatum perducit, & alveo ſpoliatum, & nomine in ſupplicium fortaſſe, quod Alarici Gothorum Regis theſauros, cum ejuſdem cadavere contumulatos adhuc, & arena cælat, & gurgite. Crathes quinto ab Urbe Conſentia lapide reſudante humo ſcatebram exilit obſcuris inter Silæ umbras natalibus, obſcuri etiam nominis, dum ſuas dumtaxat aquas vehit ; ſed magnorum Montium jugis dilapſus, novo ſemper latice ditior paulatim è fonte ſuccreſcit in fluvium. Et jam juſto alveo gemina ripa coercitus Conſentinum Agrum recto amne perſtringit, Conſentiam ſub anguſtiſſimi pontis fornicibus magno murmure prætervectus. Deinde Buſento, alijſque inclitis amnibus quaſi ex inaſperato in ejuſdem os influentibus, longo viarum ambitu elatis cornibus in Magnam Græciam invehitur ; Undè fluctus è marinis haud longè abhorrentes in craterem Tarentini ſinus exonerat: Ad quem, Annam Didonis ſororem, poſt illius mortem, ad locum ubi Pantheon, vulgò *Pantoni*, ut in noſtris *Epiſtolis prima parte diſſeruimus*, adventaſſe, Ovidius *lib. 3. Faſtorum*, commemorat.

Eſt prope piſcoſos lapidoſi Crathidis amnes

Par-

Parvus ager, Camerem incola turba vocat, &c.
Fama utrique fluvio eximia apud antiquos, quod Crathes flauum colorem, Buſentum capillo nigrum impertiat, illius apud fœminas, hujus laude apud Viros, *Tuſarello inter Recentiores contradicente*. His ſequitur *Eſarus*, qui ex Appenini fonte prorumpens per ampliſſima terrarum ſpatia ad *Sybarim* uſque decurrit, cùm quo ſociatis aquis, uterque mari confunditur. Præfatis adjungitur *Acheron*, qui ad Montis radices innaſcitur propè antiquæ Pandoſiæ monumenta, vulgò *Capiniano*; olim enigmate Delphici Oraculi, & cæde Alexandri Epirotarum Regis, qui Calabriam invaſerat, nobilitatus. Nec minoris laudis *Muconium*, juxtà Aceram oppidum in Sila natum, piſcoſum, ſanatiuumque, quod Crathi miſcetur: quemadmodum, & memoria dignum *Triontum*, olim *Hylia* dictum apud Thucididem, *lib.* 7. & navigabile, cæde Sybaritarum à Crotoniatis facta famoſum. Neque contemnendum *Sabatium*, è Silæ fonte derivatum, olim *Ocinarus* apud Lycophronem in Alexandra, vulgò *Savuto*, piſcoſus, & navigabilis amnis, juxtà quem Ligia, una ex Sirenis interijt. Nobiles pariter in ulteriori Calabria, *Neæthus* propè Crotonem, ubi Trojanæ mulieres, apud Strabonem, *lib.* 6. Græcorum naves conflagrarunt, tam longi perteſæ pelagi curſus; *Angitula*, non longè ab antiqua Vibone inter amæniſſimos campos, & prata ſemper vernantia. Amænitas loci lo-
Digitized by Google

locum fecit Poetarum mendacio Proſerpinam eò è Trinacria delatam, ut coronas ſibi floreas texeret. His amnibus *Lametium* adnumerandum, quod propè Nicaſtra modò continenti curſu rapidum fertur, modò ſaxis ſublatentibus eliſum volutatur in ſpumas, quà torrens, quà fractum, nomen ab hoc ei oppido factum, & littore, quem Sinum Lameticum Ariſtotiles appellat. *Crotalus* fluvius, vulgò *Corace*, propè Catacium, quem inter navigabiles collocat Plinius; *Alex* Straboni celebris, & cicadarum in utraque ripa inæquali ſtridore, quod in altera fervore ſolis reddantur vocaliores. *Luconum*, ſivè *Sagra*, Crotonienſium, & Locrenſium pugna apud Trogum mirabile. Hic adde *Aerin*, *Tacinam*, *Metaurum utrumque*, *Syrim*, alioſque in utraque Regione famoſos. Hi, alijque obſcuriores, qui æſtate vadari vix poſſunt; hyeme verò cum è montibus eluvionem acceperint, nè ab equite quidem ſine diſcrimine. Nec raro infeliciter lapſos amnis præterfluens abripit, hauritque. Cæterum magna in his voluptas, cum partim in Xiſtos, ac topiaria buxo, myrtoque conſita corrivatis per tortuoſos anfractus rivuli viſuntur clementiſſimè ſerpere; partim per crepidines montium, valliumque receſſus obmurmurant umbroſis hinc indè Ilicibus curvato faſtigio in vitrea ſeſe unda ſpectantibus, quaſi conſilium famæ capturis congeminato intrà amnem nemore. Nec ſuæ arenis deſunt aquæ, quæ paſſim manant per littora gelidæ, & dulces, comple-

plectente ſale fonticulos, non violante dulcedinem; calidas, quoque, ac ſanativas multis in pagis, atque mirabiles.

Nec minor à Sale utilitas, ſine quo inſulſa fercula, & ne ipſe quidem ſapor eſt ſapidus. Quippè dulcia ſolent eſſe faſtidio, niſi quid acris admiſceant. Præter factitium in Salinis, Montes quoque Calabri propè Altimontum, Paludem, Neæthumque obrigeſcunt in Salem, reclamante, ne quicquid apud Gallos Hylario, nullum terræ ſal reperiri. Adnumerati poterant inter Pliniana mendacia, flumina Salis oſtentata apud Caſpios, niſi Salis Montes extarent hic apud Calabros. Sal his natura prodigit, Sapientiæ Simulacrum. Sic una Lothi Conjugis poſt incendium quinque Urbium, altera poſt ingentem Terræmotum in Noricis Statua Salis reperta, documenta ſunt poſteris, ut poſt ſupplicium ſaperent. Cui Acerbus Therinus Poeta ſuis dulcè verſibus adſtipulatur.

Montana ſalinis
Viſcera ſunt fœta, & nullis ex hauſta rapinis
Uſque modo cumulanda ſatu; candore refoſſus
Sal nivibus certare queat: mordere palatum
Acrior eſt nullus. Sed quos includit Ocellos
Sæpè ſinu montana parens? Chryſtalla nitore
Ire ſuper poterunt: torno formantur in uſus
Multiplices; jucunda oculis, ſpectacla tuentum
Sæpe laboratum videas mira arte ſalinum
Ex ſale nativum, pinnato vertice turres

Cœ-

Cælicolum effigie ſalſas, ſimulacraque Divum
Suſpendenda tholo, & vota auditura precantum
Aure, licet lapidis, facili, mollique vocanti,
Tornatoſque globos currendos voce minutos
Supplice, & ad ſuperos laturos vota petentum.

Neque metallis carent, imò iiſdem exuberant, ubi Ughello, Recupito, Nicoloſio, Merula, Magino, Moliſi Leandro Alberti, aliiſque non paucis teſtibus, Aurum, Argentum, Ferrum, Sal foſſile, Marmor, Alabaſtrites, Chryſtallus, Pyrites, ideſt Marcheſita, Gypſi tria genera, Sitiope, ſivè ut alii vocant Minium, Rubrica fabrilis, Chalcantum, Bolum, Alumen, Sulphur, Etites, Hematites, Gagates, Magnes. Item Berillus, Smyris, Cumen, Cos aquaria, Olearia, Silex, Lapis molaris, olearius, & frumentarius, Lapis obſidianus, Lapis, quo pictores imagines inumbrant, Lapis ſpecularis, Lapis phrygius, Lapis ephites, & Lapis, ſivè color cyaneus: aliaque metallica apud Ughellum, paſſim effoſſa reperies. Canente Therinæo Vate.

Et natale ſolum locuples tibi monſtrat in jmis.
Viſceribus, fulvo diteſcit terra metallo.
Auriferaſque creat venas, tibi terra miniſtrat,
Argenti ſcatebras; his conformare fodinis
Aureos, & mores, & candida facta nocentis
Criminis expertis vitæ doceant, &c.

Sed redeamus ad aquas. Hæ cymbis littoralem oram radentibus, *teſte Recupito jam citato,* pla-

placidum præbent inter. Tutum etiam præſtant turres identidem, non pluſquam ſex mille paſſuum intervallo diſpoſitæ, iis præſertim locis quibus conditi ſinus piratis commodant latebram: Quos cum ſublato igne detexerint Bombardæ ictu propellunt, fulgure fulminationem ſecuto. Littora quoque ſub Turribus non rarò portuoſa, ac acceſſu Navigiorum facili. Neque hæc, aut ſcopulis infida latentibus, aut prænaptis aſpera; ſed toto fermè Calabriæ ſinu, benignè fluctus excipiunt, ut altero liceat undam remo, altero arenam proſcindere: offerunt ſe Navigantium oculis Pagi, Caſtella, Urbes Montium dorſis impoſitæ, ſpectabili quadam naturæ pompa, atque theatrali. Diſcriminantur hæc Vinetis, Prædiis, Viridariis, quæ omni pomorum genere abundant, eximij ſucci, & ſaporis. Oſtentantur paſſim Mala Citrea, Medica aurantia in auri ſpecie pendula. Hortos Heſperidum hæc exhibent, niſi quod hi Dracone carent, non mediocri Regionis laude, ac Ferarum innocentia. Inter Mala Limonia primatum Rhegina (aliaque loca non pauca) obtinent, è quibus alia mole præſtantia, alia ſemine, in varias figuras flexili, Pyra, Pruna, cæteraque id generis Poma ementiuntur, quaſi jocante, atque oculis illudente natura. Cortice etiam dulciſſimo veſtiuntur, aurantia pro integumento, pro dape. Vineta quoque cernuntur latè apricantia, Viteſque modici Hominis altitudine, à terræ ubere non divulſæ luxuriantes,

Digitized by Google

ubertim pampinos fundunt innuptæ nullo, ut in Campania, maritali populorum amplexu; interdum etiam trabibus adminiculatæ ſubdiales pergulis in ambulationes opacant mollius inter umbras excepto Sole. Uvas gignunt, quà rubentes, quà ſub alpidas açino prægrandi, ſucoſo percocto, duracino, odorato, an ad eſum, an ad potum ſuaviores, ambiguum. Præcipua laus Vini, quod ſubflavi coloris, atque Auro perliquido ſimile, ſivè *Cirella* vocant, à Cirellis vico, Straboni noto, ſivè *Clarella*, apud exteros quoque clariſſimum. Hæc ita ferunt Aquam, ut etiam Mare integrum ferant, & robore accreſcunt, & pretio. Nec ſecunda nobilitas Blandæ vinis, quæ tum palato, tùm oculis blandiuntur. Nec minor authoritas Vernaticis S. Lucidi, quæ parcius hauſta vires latiſſimè reparant. Ab his dignatio Vinis treniis propè Angitulam. Honos etiam expreſſis prælo Conſentino, Balbino, Tempſano, quæ laudantur à Plinio; ac univerſim hiſce verſibus ab Horatio, *lib.* 2. de Calabria canente.

Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus videt, ubi non hymeto
Mella decedunt veridique certat
Bacca venafro.
Ver ubi longum, tepidaſque præbet
Juppiter brumas, & amicus Aulon
Fertilis Bacco Minimum Falernis
Invidet uvis.

Ille

Ille te mecum locus, & beatæ
Poſtulant arces : ibi tu calentem
Dedita ſparges lacryma ſavillam
Vatis amici.

Sed quid de varijs piſcium nobilium, putà Tymnorum, Xiphiarum, Murenarumque, & cæterorum piſcationibus dicendum, atque delicioſis? Audiatur Archeſtratus *lib. 7. apud Athenæum.*

Italiam ſi intra, pelagique anguſta ſicani
Murenam captam videas, quæ fluta vocatur,
Hanc eme, namque illic epulum admirabile noſces:

Et de anguillis idem

Anguillas omnes laudo, præſtantior illa,
Quæ capitur Rhegi maris è regione profundi,
Hanc aliis cunctis mediam tu ponito tales
Sin eas egulas opulentius os erit ipſum.

Et de Tymnis, atq; Xiphiis, *Acerbus in Polipodio*

Nec prætermiſſa natantis
Squamigerique gregis, celebris captura veniret
Napitio decreta mari, cum littore ab Afro
Agmina Thymnorum, ſiculum devecta per æquor.
Delphino monſtrante vias in retia magnis
Texta cadunt maculis, intrant imo abdita mortis
Perflexus loca fundo, plurima turba tridente,
Quæ feriat, ſparſoque rubent freta miſta cruore,
Nec te qua arte doli Xiphias mucrone timendus,
Et roſtro terebrare rates conſuetus acuto
Præda venis, verſu indictum mea Muſa taceret, &c.

Nec aquis inferior Terra variorum quadrupe-

ubertim pampinos fundunt innuptæ nullo, ut in Campania, maritali populorum amplexu; interdum etiam trabibus adminiculatæ ſubdiales pergulis in ambulationes opacant mollius inter umbras excepto Sole. Uvas gignunt, quà rubentes, quà ſub alpidas açino prægrandi, ſucoſo percocto, duracino, odorato, an ad eſum, an ad potum ſuaviores, ambiguum. Præcipua laus Vini, quod ſubflavi coloris, atque Auro perliquido ſimile, ſivè *Cirella* vocant, à Cirellis vico, Straboni noto, ſivè *Clarella*, apud exteros quoque clariſſimum. Hæc ita ferunt Aquam, ut etiam Mare integrum ferant, & robore accreſcunt, & pretio. Nec ſecunda nobilitas Blandæ vinis, quæ tum palato, tùm oculis blandiuntur. Nec minor authoritas Vernaticis S. Lucidi, quæ parcius hauſta vires latiſſimè reparant. Ab his dignatio Vinis treniis propè Angitulam. Honos etiam expreſſis prælo Conſentino, Balbino, Tempſano, quæ laudantur à Plinio; ac univerſim hiſce verſibus ab Horatio, *lib.* 2. de Calabria canente.

Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus videt, ubi non hymeto
Mella decedunt veridique certat
Bacca venaſro.
Ver ubi longum, tepidaſque præbet
Juppiter brumas, & amicus Aulon
Fertilis Bacco Minimum Falernis
Invidet uvis.

Ille

Ille te mecum locus, & beatæ
Poſtulant arces: ibi tu calentem
Debita ſparges lacryma favillam
Vatis amici.

Sed quid de varijs piſcium nobilium, putà Tymnorum, Xiphiarum, Murenarumque, & cæterorum piſcationibus dicendum, atque delicioſis? Audiatur Archeſtratus *lib. 7. apud Athenæum.*

Italiam ſi intra, pelagique anguſta ſicani
Murenam captam videas, quæ fluta vocatur,
Hanc eme, namque illic epulum admirabile noſces.

Et de anguillis idem

Anguillas omnes laudo, præſtantior illa,
Quæ capitur Rhegi maris è regione profundi;
Hanc aliis cunctis mediam tu ponito tales
Sin eas egulas opulentius os erit ipſum.

Et de Tymnis, atq; Xiphiis, *Acerbus in Polipodio*

Nec prætermiſſa natantis
Squamigerique gregis, celebris captura veniret
Napitio decreta mari, cum littore ab Afro
Agmina Thymnorum, ſiculum devecta per æquor
Delphino monſtrante vias in retia magnis
Texta cadunt maculis, intrant imo abdita mortis
Per flexus loca fundo, plurima turba tridente,
Quæ feriat, ſparſoque rubent freta miſta cruore,
Nec te qua arte doli Xiphias mucrone timendus,
Et roſtro terebrare rates conſuetus acuto
Præda venis, verſu indictum mea Muſa taceret, &c.

Nec aquis inferior Terra variorum quadrupe-

Digitized by Google

dum venatione, volatiliumque omnigeno aucupio, ubi per montes, Sylvas, valleſque, Apri, Cervi, Capræ, Lepores, Uulpes, Linces, Lutreæ, Sciuri, Martes, Meles, Vivarræ, Hiſtrices, Erinacei, Teſtudines, tùm aquaticæ, tùm terreſtres, Glires. Ex Alitibus ſtarnæ, Perdices, Coturnices, Ruſticulæ, Gallinagines, Palumbi, Falſæ, Cornices, Turtures, Turdi, Merulæ, Ficedulæ, & aliæ parvæ aves, & Accipitrum genera plura. Item aves aquaticæ, & præſertim Ardeæ. Nec caret Armentis, gregibuſque: Equi præterea optimi ibi generantur, eximięque pervicitatis, & magnitudinis, quorum armenta multis locis cernuntur, aliaque apud Ughellum: undè *Acerbus* ſuprà ſępè laudatus.

Nemorum ſaltus, venantibus aptos
Captandiſque feris faciles, genus omne volacrum
Aucupio felix.

Et *Poeta Granus, de Calabriæ ſitu*

Denique nullæ Orbis partes, non Bactra, neq; Indi
Laudibus, aut meritis tecum alma Calabria certent,
Quæ pars orbis habet tot apricos gramine colles
Innocuos ſaltus, fæcundos ſemine campos
Tot varias ſylvas, tot opacis montibus umbras
Tot fruges Baccho lucos, tot Palladis arva
Tot varios portus rerum uſus uſque ferentes,
Vellera tot pecudum, nec non armenta, gregeſque?
Adde quod illa feris, & monſtris uſque remota eſt,
Quæ vaſtæ Syrtes cernunt, quæque accola tauris,

Non

Non herbas educit ibi, quas terra legentes.
Privignis miſeris poſſint miſcere novercæ.
Nec poſſet Medea ſibi exercere potentos.
Artes his oris correpta cupidinis iras.

Sylvę quoque dulceſcunt in ſaccara, nobiliſſima gulę irritamenta, tricliniorum luxu, Regumque deliciis, ex una quęſitis arundinę. Sed, prę cęteris, apud Authores allatos, teſte *Recupito*, illud planè miraculum, quod cui Regioni tellus planè cuncta ſuppeditat, Manna quoque Cœlum effundit, ejuſdem formæ, ac naturæ cum antiquo Angelicis manibus elaborato. Nam, & juxtà Altimontem in citeriori Calabria, & in ulteriori ad antiquæ Taurinæ veſtigia, Ros è Cœlo deciduus Sylveſtribus prunis exceptus, quà folijs, quà trunco noctis frigore conſtipatur in grana: Quæ poſteà in prædulcem eliquata humorem medicamenta ſuaviſſima præſtant ſorbenda, vel pueris tanta ſalubritate, ut in ea cœleſte munus agnoſcant; tanto pretio, ut interdum Neapoli Mannæ Calabriæ uncia ſeptem nummis aureis vænierit; quaſi è Cœlo Imber Aureus cecidiſſet. De qua Pontanus *in lib. Meteor.* Calabriam felicem appellans, ſic cecinit.

Quin etiam Calabris in Montibus, ac per opacum,
Labitur ingenti Crathis ſi qua cæruleus alvo,
Quaquæ Syriis Silvæ convallibus horrent.
Felices Sylvæ, quarum de fronde liqueſcunt,
Divini roris latices, quos ſedula paſſim:

Tur-

Turba legit, gratum auxilium languentibus ægris,
Illic eſtate in media ſub ſole furenti
Dum regnat calor, & terræ finduntur hiantes,
Tum tener ille vapor ſenſim ſublatus ab æſtu,
Verſatuſque die, multoque incoctus ab igne
Concava per loca, & areſcentibus undique Sylvis
Ingratum ut ſentit frigus ſub nocte madenti,
Cum nullæ ſpirant auræ, & ſilet humidus aer,
Contrahitur paulatim, & lente humore coactus,
In guttas abit, & foliis ſitientibus hærens
Lenteſcit, rurſumque diuturno à Sole recoctus
Induit, & ſpeciem ceræ, melliſque ſaporem.
Quod & Apes præſtant arte, ingenitoque favore,
Hoc medicos natura hominum producit in uſus.

Nequè verò Segeti Terra humorem denegat, quam Arboribus ſufficit; nam, ut copiosè, uti ſcribit *Recupitus*, herbeſcit ad paſcua, & flauentibus hordei, frumentique ſpicis latiſſimè turgeſcit ad Horrea, ut propè Crotonem Appulos in Calabria campos non deſideres. Olei, olearumque felicitas, ut Salentini loco finitima, ità, & ubertate affinis caſtanearum ubertas, quibus deſerta quoque famelicis panem ſuppeditant, & pabula. Butyri, lactis, caſei tanta copia, quanta præſtant opima gregibus herboſa collium pabula nutriendis etiam Equorum armentis aptiſſima. Equibus Beſidiarum nota inſignes cum Teſſalis, & curſu certant, & forma.

Nec minus Arva, *Magino* teſtibus, & *Leandro*, Li-

Lino, Cannabe, Goſſipio, cæteriſque frugibus ubera; ſed Vermiculis pretioſis theſauro plenis utraque Calabria celebrior: nam Bombices eviſcerantur in ſericum apud *Recupitum*, dum tenuiſſimo involuti orbiculo nobilem ſibi ipſis intexunt interitum. Mox alvo, ut Tertullianus loquitur, novo jam animata ſtamine, ſurgunt, tamquam parvi Phænices ex ſuo funere redivivi; in præmium credo, quod indè ſplendor Sacris veſtibus, atque aris accreſcunt. Hinc in Templis, hinc in tectis pompa parietum; hinc Aulæa opere belgico ſericis folijs, auroque ductili attexta, ut magnificentius ex auro ſpirent, mollibus è ſerico ducantur Imagines: ex hac denique textrina nullo nobilium, plebiſque diſcrimine, tota penè Italia ſericata unius beſtiolæ labore veſtitur. Idque tanto Calabriæ emolumento, ut vectigalis annui hujus cenſus locati ſint nummis aureis quinque millibus ſupra tercentos. Undè ſupputari poteſt magnitudo totius ſummæ præcipue, ex quò particula iſta quotannis Regio Fiſco decerpitur. De quorum textura affabrè Therinea Muſa concinnat.

O' nunc Muſa mihi dicenti ſuffice vires
Et mea da facili decurrere carmina vena;
Dum Bombycis opus, dum ditia fila revolvo
Vermiculo tenuanda brevi data maxima dona
Semine ab exiguo, felix hæc cura, laboris
Eſt veſtri major, tractantes penſa puellæ.
Sollicitam nam poſcit opem, navumque laborem

Se-

Serica, qui ducit felicia ſtamina Bombyx
Exiguum ſemen, quod vix par creſcit arenis
Lina prius conſtricta tegant, foveantque calore
Non ſatis immodico: paſſim fervore tepeſcens
Vita tenet ſemen tenuatæ cuſpidis inſtar
Membra movens, vitæ teſtatur dona recentis
Fronde prius tenera paſcendus candida morus
Quam tibi ſufficiet, veniant hæc pabula, donec
Ætas firma magis creſcat, cum robora conſtant
Pelle leves frondes; famulorum turba patentes
Matutina petat campos, ubi plurima nigris
Planities æquata jacet tua conſita moris
Frondibus his ferro conciſis eſca paretur
Bombyci dudum: cum creverit ore voraci
Sparge ſuper ſolidas, morſu tondebit acuto,
Nec ſecus, ac frutices norunt tondere capellæ;
Et ſua Bombyci veniunt quæſita ſoporis
Tempora; jam pinguem fronde, & ſatis ubere paſtum
Alta quies ſepelit: ſomno tumulatur inerti.
Evigilat? Sectos ponas ex arbore ramos,
Vel ſparſim multas collecto faſce geniſtas,
Quas ſuper ire queat ſenſim conſcendit in altum,
Et ſerum molitur opus, trahit ore magiſtro
Stamina, multiplici circum ſinuata recurſu,
Viſceribus detracta ſuis ſibi funera donec
Inſidioſa paret, dives ſibi ſponte feretrum
Componat, propriamque necis ſibi conſtruat urnam.

Ex iis meritò colligendum, Calabriam noſtram inter omnes Italiæ Regiones optimam fore, & eſ-

& eſſe. Si etenim *Erodotho teſte lib.* 1. nec una Regio cuncta ſibi ipſi ſuppeditat, ſed aliud habens, alio indiget, quæ tamen habet plurima, ea eſt optima: felix Calabria tota, dum per Ughellum, Boterum, Laſcarum, Leandrum Albertum, Gabrielem Flammam, Petrum Raccordatum, Maginum, Moliſem, Recupitum, Merolam, Pontanum, Campanum, novum Athlantem, Nicoloſium, Lindam, Campanilem, Falconium, Menninum, Paſſeronem, alioſque exteros, à noſtris, Barriò nimirum, Maraſioto, Cropano, Anania, Acerbo, Vincentio de Amato, Lucio Orſi, Tuſarello, Pugliſio, Grano, Toſcano, Caſſiodoro, cæteriſque citatos, quicquid mortalibus eſt neceſſarium ipſa per ſe felix abundè gignit, nulliſque adſcitijs bonis indiget, ſed ſuppetit, foraſque emittit. Ipſi de ea judicavere Græci, ut Plinius ait, *lib.* 3. *c.* 5. genus in gloriam ſuam effuſiſſimum, quotam partem ex ea (Calabriam nempè) appellando Græciam Magnam: ipſamque Paradiſum deliciarum Falconius: (*in Vit. S. Leoluc.*) Elyſium, Menninus in ſuis *Poematibus*: Felicitatis domicilium, Cornelius (*de Bello Heul. Echinad.*) Omnium bonorum epitome, Boterus: (*Rel. univerſ. l.* 1.) Alijque alia in ſui laudem concinnando, (Relictis infrà expendendis, Sapientiæ artiumque primis Inventoribus, atque plurimarum Congregationum Fundatoribus, Ordinumque) ut quiſpiam cum Pontano *lib.* 5. *de Stellis* concludat, & concinat.

Et tellus latè ingenti circumdata ſilo,
Dives agri, dives pecoris, longè optima nutrix
Lentæ vitis, ditique argentea gleba,
Clarorum inventrix ſtudiorum, atque æmula Divis
Magna viris, magna ingeniis, atq; urbibus ingens.

En igitur (nil de meo) potius ex exteris, quam noſtratibus pro Calabriæ encomijs veridica monimenta, atque inconcuſſa. De cætero, dicam cum Seneca, *Epiſt.* 79. Omnibus feliciter hic locus ſe dedit, & qui præceſſerunt, non præripuiſſe mihi videntur, quæ dici poterant, ſed aperuiſſe. Multum intereſt; utrum ad conſumptam materiam, an ad ſubactam accedas. Creſcit in dies, & inventuris inventa non obſtant. Præterea conditio optima eſt ultimi.

Pantopologiam potius, quàm alio vocavi nomine opellam, quia *generatim notionem Regionis* noſtræ, cunctorumq; Illuſtrium, ac Sapientum quiſquam recipiet; non ambigendum cum Gregorio Nazianzeno (*de laud. Gorg.*) meritò dicere poſſe: Domeſtica prædicabo; non tamen quia domeſtica, ideò falſa; Sed quia vera, ideò laudabiliter, vera autem non modò, quia juſta, verùm etiam, quia nota. Sentio me quidem, *Petrarchæ dictum* amplectendo, in hoc Monimento ſuſpectum, ſed non tantus Patrię, quin major eſſe debeat, majorq; ſit amor veri. Dabo tamen teſtes magnos, quibus non credere pudor ipſe prohibeat. Nec contemnendus labor, dum *Plinio teſte*, nullus liber tam malus, quin aliqua ex parte proſit.

Sty-

Digitized by Google

Stylum medium ſum proſecutus, quia Petro Damiano teſtante (*in Vit. S. Odilon. Abb.*) Melior eſt veritas in ſimplicibus verbis, quàm ſit mendacium in elucubrati venuſtate ſermonis. Denique ſi quidpiam vel incautiùs, vel indoctiùs à me poſitum, quod ab alijs, qui videre id poſſunt meritò reprehendatur, nec mirandum eſt, nec dolendum, (dicam cùm *Auguſtino Epiſt.* 7.) Sed potius ignoſcendum, atque gratulandum, non quia erratum eſt, ſed quia improbatum: nam nimiùm ſeipſum perversè amat, qui & alios vult errare, ut error ſuus lateat.

Cæterum, quæ in hoc continentur Opere, quæque in alijs contenta leguntur, S. Apoſtolicæ, Catholicæque Rom. Eccleſiæ, ſubmitto; Decretoque illi *ſub die* 13. *Martii*, 1625. Urbano VIII. annuente, à S. Congr. S. R. & Univerſalis Inquiſ. edito, & ab eodem 5. *Julii* 1643. confirmato, liberè obtempero; nec non atque Declarationem ejuſdem 5. *Junii* 1631. amplector: Nil hoc in Libello (profitendo) alio ſenſu recipere, aut accipi ab ullo velle, quàm quo ipſa Apoſtolica Sedes recipiet; humana dumtaxat, & non divina authoritate freto: iis exceptis, quos eadem Veritatis

Columna,

Sanctorum, Beatorumque Faſtis, Cœliculorum Cathalogo adſcripſerit.

Digitized by Google

Conſtat jam felicem eſſe Rempublicam, quæ multis reſplendet ornata Concivibus.

Caſſiodorus Lib. 6. form. 11. fol. 219.

Digitized by Google

ELIÆ DE AMATO

MONTALTINI

PANTOPOLOGIA CALABRA.

ACRA

CAlabriæ Oppidum nobile, in montis cacumine ſitum, ſummitatem ex effectu nomine indicans. Muconio flumine piſculento, & ſanativo famoſum: ager Sylvis glandiferis uber: Bacchi, Palladis, Cereriſque Frugibus affluens; inter Viros illuſtres, pietate, ſcientiaque pollentes Ludovicum Fagnani Prædicatoriæ familiæ Magiſtrum, Surianenſis domus Priorem, ac Viſitatorem Generalem, Excellentiſſimi Siciliæ Proregis D. Nicolai Pignatelli per tres annos à Confeſſionibus, & nunc ſuæ Provinciæ digniſſimum Præſulem; Hilarium quoque, Inſtituti Seraphici Capuccinorum, venerabilis memoriæ virum, nec non Angelum ejuſdem Ordinis Provincialem, fama prædicationis inſignem, in

Pa-

Digitized by Google

Patriæ lucem, ſuorumque gloriam edidit; Quinimmò inter Proſapias *Civitatis* Familiam, Titulis, Sanguine, pietate, ac doctrina ad æuum uſque præclaram.

AGATHA RHEGII.

CIvitas, ab Auxonijs, condita, ſitu fortis, aruis fęcunda, oleo, ſerico, pinguis. Glorioſa in ſuis Civibus, Franciſcani Inſtituti, Leone, de Familia Friderici, & Paulo, de Trojana, memoriæ venerandæ.

AGELLUM.

VUlgò *Ajello*, antiquis Tyleſium, Civitas olim Epiſcopalis, à Græcis condita, ſive mavis illuſtrata:celebris in Lycophronis Caſſandra; Coricæ,Liniq; Promontorijs, ubi Agellum edito loco ſitum, verſibus hiſce commemoratis, laudatur.

Alti autem Colles in acceſſos Tyleſios
Linique maritimi verticem ſupremum
Amazonis conſortem munient Civitatem
Servæ mulieris jugum recipientes
Quam ferrea mitram ſtrenuæ puellæ habentes
Errantem ducet unda ad peregrinam terram.

Superquos Iſacius, apud Barrium, *lib. 2. de Sit. Calab. Tyleſium Mons, & Urbs, & Sylva in Italia, & Linum Italiæ Promontorium*. Hoc in agro marmo-

moreæ caveæ, gypſique lapides inſignes. At magis in ſuis Urbs hæc illuſtris, præſertim verò in Familijs Jannutia, & Malta. Illa feudis, connubiis, opibus pollens, Donnagugliermīnæ primum, mox Terræ Petremalæ Domina extitit: altera (Malta) Toga, Sago Prælo in ſuis Julio M. C. Vicariæ Judice, Scipione Milite ſtrenuo, & Mario Hebraicæ, Grecæ, Latinæ, Gallicæ, Hiſpanicæ, Etruſcæque linguarum notitia, peritiſſimo, Theologo, Philoſopho, Oratore, Poeta, omnigena demum ſcientiarum enciclopedia præſtantiſſimo Viro inter noſtros Incultos preclara. Ornamento quoque huic Patrię fuere Joſeph la Valle Poeta & Orator diſertus, qui in ejuſdem terręmotu pene dirutę memoriam, hęc lacrymans edidit.

Siſte
Qui perges.
Haud te morabor.
Heù, Heù, nunc horrentia
Et
dirupta
rudera
Firma adverſus Ævum
Tuta adverſus Hoſtem
Græcia Magna muniit
Propugnacula
Blandientibus
Flora, Pomona, & Cerere.
Suaviſſimis deliciis

Ever-

Digitized by Google

Everſitque
Motus terræ inopinatus.
Heù quantis exanimis
Heù quantis exanimis
Quantis (Heù) abruptis
Nec dum vita deſerente
Cruentum præproperum
Sepulchrum
I nunc
E
Alienato Fato
Diſce Terræ vicem.
Diſce Terræ fidem.
1638.
Joſeph de Valle
Diruptæ Patriæ ſuperſtes
nolens
E
Illacrymans

Et Cornelius Minorita, in ſua *Paraphraſi ſupra Symbolum S. Athanaſii*, Neap. 1629. preſtantiſſimus; nec non Franciſcus la Valle in ſuis Poematibus Venet. impreſſis, ameniſſimus.

AMANTHEA.

OLim Nepetia dicta, à quadam Sirena, quæ inſumul cum Leocoſia, Partenopeque loci delicijs allecta, præfatæ Urbi ſui nomen dedit; niſi ve-

velimus ex Najadibus oberrantibus, Muſa Sebethi canente: (*Jannet. Nautic. l. 5.*)

Hinc altis impoſta jugis Nepetia ſurgit
Quondam Nympha maris, quæ Najades amne ſecuta
Infelix periit; Satyros dum Dia petulcos
Laſciuumque fugit Panem, fluvioque ſepulta eſt.
Nunc Urbs antiquæ ſervat cognomina Nymphæ:
Vati dulce ſolum, primos hic ille ſub annos
Excoluit muſas, teneroſque inſtruxit Ephebos.

Uel Phocæis, Locriſve, Ajacis Oilei Commilitonibus, originis laudem accepiſſe. Pro certò habendum, Urbem ſitu munitiſſimam, aere ſaluberrimam, Freto amæniſſimam, undequaque videri, experiri; quin ſanguine, pietate, doctrina, armis, exornari, compertum eſt. Romanis legibus, moribuſque Municipem, Regibus cunctis fidelem, opibus, armis fuiſſe Opitulatricem, Antiquitas pro veritate patrocinatur. Sedes, ſuo tempore Epiſcopalis, in communi Calabriæ clade, Tropeæ juncta.

Illuſtriori nobilitate præfulget, quam Familiæ de Amato, Gaballo, Lauro, Baldacchino, Mirabelli, Faba, Carratello, Cozza, Gracca, & Stante, nec non Carelli, Pitellia, & Sacchi Fluminis frigidi incolæ, antiquitate, feudis, connubiis, honoribus, dignitatibus, opibus, inſignibuſque Viris ſuſtentant, & ornant: Quæ omnes innumeros partus edidere gloria haud obituros. Inter quos præcipuè celebres fuerunt, qui ſequuntur.

F Mar-

Marcus Antonius de Amato, Urbis Patritius, U. J. Doctor diſertiſſimus, Statuſque Ducis Nuceriȩ Generalis Auditor: Vazzani, Serrȩ, & Terrati Baro; ex Sygiſmunda Caballo, ſine prole ſuperſtes, Peregrinorum Xenodochiũ, ac Religioſarum S. Clarȩ Monaſterium in Urbe, magnificentia, pietateque fundavit. Multa M. S. monumenta, omnigena eruditione, reliquit, ac inter Hippochrenas jure cooptatus, Joannȩ Caſtriotȩ laudibus, lepidis *poematibus*, nulli ſecundus. Orbi, & Urbi ſe palam fecit.

Nicolaus de Amato, *Cola* dictus, floruit ſub Regibus Aragonenſium: Civitatis Trani Gubernator tempore Ferdinandi Lac demum 1498. ſub Ferdinando II. & Friderico Principibus R. C. Prȩſes, omni laude prȩclarus.

Michael, & Alphonſus de Amato Equites, primus, Ordinis S. Lazari, & Hieroſolymitanus S. Joannis, ſecundus. Dum laudes vivunt, laudandi, calamo, & enſe.

Joſeph de Amato, Senior, Bagni Baro, ac Juliȩ Ruffo, ex Balneariæ Ducibus, conjux emeritus.

Joannes Polidorus de Amato, D. Guillerminȩ Baro, ac Laurȩ Siſcar, ex Agelli Comitibus 1504. matrimonio junctus. Prudentia ac doctrina conſpicuus.

Aloyſius de Amato, à Julio II. Pontif. Max. Urbis Liparen Præſul, & à Leone X. in aliam S. Mar-

S. Marci, inde ſuffectus eſt. Vir in utraque Virtute inſignis, longiori ævo meritus.

Joſeph de Amato junior, U. J. D. Rheginæ Urbis Regius Judex, & Gubernator, nec non exercitus Generalis Auditor. Vir fuit acri ingenio prædi tus, ac ſupra fidem in Rebus legalibus doctus. *De Amanthea, ejuſque erga Reges fidelitate, Laconiſmum, ubi de Familiis, Magiſtratibus, Militibus, Stemmatibus gentilitiis, ac de aliis ad nitorem Nobilitatis attinentibus. Meſſanæ in Typographia Camerali Vincentii de Amico*, 1701. publico Juri fecit. *Centuriaque practicabilium in utroque Jure materiarum*, edenda. De quo Epigramma.

Eruis è tenebris Patriæ monumenta vetuſtæ,
Cui nomen Terris Nympha pudica dedit.
Panis, ut inſanos Victrix hæc vitet amores
Mergitur, & fluvii gurgite ſpontè perit.
Attamen æternum periiſſet amata Virago;
Sed vivam Patrio reddis AMATE lare.

Antonius Lauro, Vir cùm ſanguine, tum ſapientia præclarus, Canonicus Neapolit. ac Cathedraticus publicus, Neap. uſque ad ann. 1534. Epiſcopus poſtmodum Stabienſis 1562. Cappellanus major, diem clauſit extremum, ac in Eccleſia S. Mariæ Gratiarum ſepultus; hæc in Tumulo, Fama buccinante, Inſcriptio legitur.

Digitized by Google

D. O. M.

Antonius Laureus.

Nobili Familia Amanthea oriundus, Stabientium
Epiſcopus, Regii Sacelli Antiſtes, publici Gymnaſii
Præfectus, Neap. Collegii primarius, vetere
Iuris prudentia, conſilii magnitudine ſpectata
In rebus maximis fide, Philippo Regi
A Conſiliis, & Patriæ æquè carus,
Hic ſitus eſt.
Vixit ann. LXXIX. obiit ann. 1577.
Bartholomæus, Carolus, & Iacobus Laurei
Patruo B. M. cum lacrymis. PP.

Vincentius Lauro, omnigenæ literaturæ Vir, cenſendus primus inter ſui ævi ſcientificos; à Pio V. Montis regalis Præſul creatus, ad varios Principes Nuntius miſſus; demùm à Gregorio XIII. 1583. inter Cardinales coaptatus. Ann. 1592. Romæ obijt, fama haud obiturus, propria in Urna hoc Epitaphio excitatus.

D. O. M.

Hic jacet
Vincentius Laureus tit. S. Clementis
Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
Præsbyter Cardinalis, Montis Regalis
Nuncupatus.

Obiit

Digitized by Google

Obiit decimo ſeptimo Kal. Ianuarii
MD.XCII.
Religio Miniſtrantium Infirmis
Hæres
Optimè de ſe merenti ex teſtamento
Poſuit.

Antonius Mirabelli, vitæ integritate, & doctrina præditus, Urbis Termoli Præſul ab Innocentio XI. electus fuit. Iacobus Caballo, Magnæ Curiæ Iudex, ſub Regina Ioanna II. Bonaventura Caballo, ſanguine, & ſcientia conſpicuus Inſtituti S. Frencifci de Obſervantia Reformatorum, Commiſſarius Generalis Ordinis, & Epiſcopus Caſertæ. Vir eruditiſſimus. & optimè de literis elegantioribus meritus. Luci dedit *Vitam B. Nicolai Albergati, Cardinalis S. Crucis Romæ apud Vitalem Riccardum* 1654. *in* 4. *Orationem funebrem, in laudem Aloyſii Poderico, Ducis Generalis emeriti. Neap. apud Hæredes Secundini Roncagliolo* 1674. *in* 4. Et *Cardinalis Turnonii Vitam, apud Victorellum*; aliaq. plurima MS. Et viventes, Dominicus Marchio R. C. & Franciſcus Eques Hieroſolymitanus. Ioannes Rutilius Faba, peditum Dux apud Belgium, ſanguine ſuo, & filiorum, Familiam Inſignibus honoribus, feudiſque illuſtravit: Fidelitate clarus, pro Patria, pro Regibus, armis, pectore, & opibus adverſus populares rebelles, eximia, memorandaque apprimè exercuit. Albericus, & Michael Baldacchini, Hieroſolymitana Cruce, ſummè præclari.

Google

ri. Cæſar Baldacchino, contra Gallorum Claſſem, ſuo ęvo, in ſtrenuitate, & corporis robore, nulli ſecundus. Et Carratelli Proſapia, armis, & inſignibus clara.

Gregorius, & Ioſue, Urbis Gives, & Pręſules emeriti, pietate ac doctrina clari.

Antonius Scoccetti Minorum Inſtituti, Sanctitate, meritiſque celeberrimus.

Ioſeph Mileto I. C. Poeta, & orator conſpicuus: inter Incultos noſtrę Academię *Cardio*, cujùs *Poemata*, Muſarum omnium, ſua dulcedine, & ſtylo, oculos rapiunt,& Cor. Aliique non pauci apud de Amato in ſuo *Laconiſmo*.

AMYGDALIA.

PRopè Halecem fluvium, Oppidum nobile (*vulgò Amendolia*) olim Peripolis, teſtibus Plinio, & Tucidide, à Chalcidenſibus conditum, Elementorum ubertati apprimè charum: Sed illuſtrius Praxitelis, Statuarii, & Pictoris celeberrimi nativitate, qui artem ferro, naturam arte ſuperavit. In Proſerpinę raptu, Statuiſque Cathegusę, Ebrietatis, Bacchi, Satyri, Cupidinis, Mercurii, Veneris, Apollinis, Dianę, Herculis, Cereris, Florę, Triptolemi, Syleni, Neptuni, cęterorumque Gnidi, & Romę prçclaris, patravit miracula manibus, dum mortuis lapidibus vitam, motumque immotis (oh utinam non venereum) paſſim artę do-

Digitized by Google

donabat; unde meritò de ſua Niobe Muſa Athica canit,

Vivebam, ſum facta ſylex, quæ deinde polita,
Praxitelis manibus vivo iterum Niobe.

Quinque Volumina ſcripſit, apud Plinium, nobilium Operum in toto Orbe; quin primus Specula ætate M. Pompeii, Olimpiade CIIII. efformavit. Haud gloria minor, & hæreditate Cephiſodorus Filius, cujus apud Pauſaniam in Acticis, & Boeticis Bellonæ, Cadmi, Lathonæ, Veneris, Æſculapij, Dianæ, & Iovis copiæ prototypa ſuperavere.

AMYGDALARIA.

OLim Hieracleopolis, ideſt Herculis Civitas, ab eodem, vel condita, vel ſuis operibus illuſtrata, poſt quam Trojano bello extincto, non paucæ Græcorum naves cum Calcante Sacerdote, & augure, apud Homerum *in Illiad.* huc pervenere.

His rurſus Duces erant Æſculapii duo filii,
Medici boni, Podalirius, & Machaon.
His triginta concavæ naves ibant.

Hinc Strabo, *lib. 6.* poſt Lagariam paululùm ſupra Mare Hieracleopolim collocat, nnnc vulgò *Amendolara* dictam, à Trabiſatio ſex m. paſſ. diſſitam, Palladis, bacchique humoribus famoſam. Hoc ex Oppido fuit ille Religionis Paganæ admirator, apud Pope Blount, *in Cens. cel Auct.*, antiquitatis, bonarumque literarum conſultiſſimus, Pomponius Letus,

Lætus, qui Romæ tanto concurſu, & occurſu docuit, ut cum ante auroram docere inciperet, à media nocte, in auditorium, ad præoccupanda ſubſellia concurrerent, Alexandro VI. Pont. Max. apprimè charus, à quo in Germaniam miſſus, ut antiquitatum monumenta aucuparet, multa Romam advexit. Corrigendus Toppius, & cum eo Jovius, Calabræ invidus gloriæ, qui Pomponium, apud Picentes, extrà legitimum thorum effutiunt, neſcio à quo Salernitano Principe procreatum. *Librum* ſcripſit *de Mahomete -- Compendium Hiſtoriæ Romanæ--De Magiſtratibus Romanis--De Arte Grammatica -- Epiſtolas varias -- Suprà Varronem -- Supra Saluſtium -- Statii, ejuſque Patris Vitam -- Autographum in Quintilianum, Martialem*, aliaque ejuſmodi -- *Gloſſarium Medicum*, *& ſupra Livium* nonnulla, ſimiliaque Cedro digna, & immortalitate, apud Nicod. *Addit. in Bibl. Topp.* Claruit anno MCDLXXX. Evivis Septuagenarius exceſſit vini potu gelidiſſimo oppreſſus, piis humeris Eruditorum inſignium elatus, funus honeſtante Alexandri Papæ Purpurata Familia, ac Marſo Oratore laudante, Tumuloque variis Poematibus, ornato, inter quæ illud Pontani primatum conſenſu publico obtinuit.

POMPONI, tibi pro tumulo ſit laurea ſyva:
Oſſa, Maris rores, myrteaque umbra tegant:
Teque tegant, artuſque tuos, violæque, roſæque,
Ver habeat, Zephiros ſpiret, & ipſe cinis.

Stil-

Stillet & ipſe cinis, quas & Parnaſſus, & Antra
Theſpia, & ipſa ſuas Aſcra miniſtret aquas.

Et aliud Domitii Palladii

Hic jacet exigua LÆTUS POMPONIUS Urna,
Cujus honor merito pulſat utrumque Polum,
LÆTUS erat Romæ vatis ſublimis, & idem
Rethor, nunc campis lætior Elyſiis.

Ex eadem Urbe SS. Aprus, Ioannes, & Chrimbaldus, apud David Romæum, meritis, & ſanctitate conſpicui.

ANGITULA.

A' Suo Fluvio piſculento, & navigabili, qui oppidum adlabitur, ſic dicta, olim Criſſa, Phocenſium Urbs famoſa, apud Lycophronem, à Criſſo Panopei fratre extructa, frugibus ubera, venatione, & aucupio; à Freto 2. mill. paſ. diſſita; glorioſa Natali B. Ignatii Heremitæ, Sanctitate clari.

APRILIANUM.

OPpidum ditionis Conſentinæ, aëre, aruiſque nobile, Literatorum copia conſpicuum. Ex eo fuere Ioſephus Donato, aliàs *Panto*, Muſa, in ſuis *Poematibus*, amæna, & Iſidorus Pyro, Ord. Minimorum S. Franciſci de Paula, Vir meliori ævo digniſſimus, qui vel in tantis tenebris verita-

Digitized by Google

tis, philoſophicam lucem aſpexit. Edidit Venet. 1707. Typ. Andreæ Politi: *Philoſophiæ rationalis, correctæ, & inſtauratæ libros tres.*

AQUARIUM.

ARenæ Pagus, Patria Hieronymi, Inſtituti Capuccinorum, Prædicatoris eximii, & Provincialis emeriti, vita, & morte, mirabilis.

ARENÆ.

OPpidum in Apennini declivio locatum; Oleis, Caſtanetis, Saxifragiis, lapidibus molaribus, fæcundum; at felicius ſuis Concivibus, Petro, & Laurentio, Inſtituti S. Baſilii Magni, ſanctitate, meritiſque conſpicuis, qui virtutum ſemine, Patriæ germinarunt honorem; nec non, & Ioanne Nicolao, Militum Duce, contrà Thraces in Hydrunto, viribus incomparabili.

ARINTHA.

NUnc vulgo (*Renda*) dicta, Oenotrorum Oppidum, inter Emolam, & Sordum amnes in ſublimi locatum. Terra undequaque fæcunda in ſuis oleribus, frugibuſque. Adverſus Manfredum Regem heic Sacra Militia, nutu Innocentii IV. collecta, ann. 1283. Arcem, locumque famoſum red-

di-

didit. Cœlum ſolo propitium ſuæ mannæ dulcedine; aſt felicius in ſuis Concivibus Bernardino, & Thoma, virtutibus, & ſanctitate præclaris, qui nedum Minorum Ordinem, verùm & Brettiam totam glorioſè illuſtrarunt. Typis eluxit Nicolaus de Chriſtianis, Inſtituti Minimorum S. Franciſci de Paula, qui Venet. ann. 1595. *Omnia Capitulorum generalium ſui Ordinis acta, uſque ad ann.* 1628. publico juri dedit; Quemadmodum, & Patriæ lumen, Bernardus Mele, in Medicina, & Chirurgia Doctor inſignis, qui ſummo ſtudio, labore, diligentia, ac expenſis ζώντες omnium ferè Plantarum medicinalium copiam collegit, cum ſynonimorum appendicibus cæterorum hac in Arte Eruditorum, proximè Typis, ad Sæculi utilitatem, Opera edenda; Fætus expectandus à Parmacopolis, à Phyſicis, à Philoſophis, à cunctis, & admirandus.

AROCELLA.

OPpidum propè Mare ſaxoſum, arte, & natura munitum, olim Amphiſſia dictum Fluvio, *Sagra*, famoſum, Crotoniatarum cæde præclaro, de quo Ovidius *Met.* 5.

Linquit Japigiam, levibuſque Amphiſſia remis
Saxa fugit, dextra prærupta Cocynthia parte
Zephiriumque legit, Naritiamque, Cauloniamque
Evincitque fretum, Siculique anguſta Pelori.

 Igna-

Ignatii, ordinis S. Auguſtini doctrina, & pietate, illuſtre.

AROCHA.

CAſtellum hoc, ad fretum occurrit; quod Crotalus, vulgò (*Corace*) adlabitur amnis; Patria Agatii Guidacerii, Presbyteri, pietate ſummi, ac in lingua latina, græca, & hæbraica apprimè clari. Leone, & Clemente Pontificibus, Romæ hæbraicam doctrinam publicè docuit; ibique amiſſa Bibliotheca in Caroli Borbonii direptione, Pariſios petiit, ubi pluribus annis eamdem publico juri poſuit, teſtibus Genebrardo in Coſmographia, *ann. Chriſti* 1530., & Geſnero, non ſine additamentis Simleri, & Phriſii. Hæc Opera pro virili Sapientibus edidit.

Agatii Guidacerii Verſio, & Comment. in Cant. Cantic. Pariſiis 1531. *in* 4.

Agatii Guidacerii Verſio, & Comment. in XXIV. priores Pſalmos Davidis. Pariſiis 1540. *in* 8.

Agatii Guidacerii Grammat. Hæbraic. Pariſiis 1540. *in*. 8. Aliaque quam plurima, maximè *in Danielem*. Obiit ſexagenarius, plenus meritis, doctrina immortalis. Pariſiis, Pauli III. ætate, anno VIII.

AR-

Digitized by Google

ARTEMISIUM.

VUlgò *S. Agatha*, antiqua Oenotrorum Civitas, nunc Oppidum Calabriæ citerioris, ex quo Iſaurus naſcitur piſculentus: à Freto M. P. octo diſſitum. Frugum, animaliumque omnis generis ferax. Calchanto, Rubrica fabrili, Lapideque phrygio, famoſa. Patria Joan. Baptiſtæ Jannella, Ord. Minim. S. Franc. de Paula, qui Typ. dedit ære inciſam, *ſuæ Religionis Arborem*, magno in fol. diligentiſſimè elaboratam, aliorumque in juris Prudentia præcipuè illuſtrium.

BACCARIUM.

MOntalti Pagus frugifer, (*vulgo Baccarizzo*) Serico, caſtanetis, & fagis; Ex Rubeorum, Argentinæ, Sanctæque Liberatæ ejuſdem Urbis. Vicorum reliquiis extructus: aere, aquarumque bonitate in Montanis famoſus. Patria Franciſci, & Samuelis Muglia, Oratoria, Poetica, atque Legali Sapientia conſpicuorum; nec non Seraphini Definitoris, & Ludovici Inſtituti Seraphici Reformatorum Verbi Dei Præconis celeberrimi.

BADOLATUM.

OPpidum, non longè diſſitum à Promontorio Cocynthi, famoſum; propè Brudam, Alecam-

camque, fluvios conterminos ſitu editum, natura, & arte munitum. Charum elementis, Floræ, & Pomonæ jucundum. Hic olea fruges, mella, ſerica inſignia, quæque victui humano neceſſaria, uſque ad delicias guſtantur. Heic Parnaſus in ſuis Muſis minimè diſſonus: Aſtrea in ſuis aſſeclis minimè ignara. Prata, Laureta, floreſque varii ex quibus texeræ, pro Civium corollis, certò in omnigena literatura charorum. Quales fuere.

Dominicus Longo, Doctor egregius, in ſua *Apologia pro Domina Laura Vivino*. Neap. typis Roberti Molli, 1638. in 4. donata.

Joannes Dominicus Coſcia, in Cathedra Neapolit. publicus Juris Profeſſor, & Lector primarius, qui ſuas Diſſertationes Iudicii Neap. Typ. Dominici Maccareni 1652. in fol. impreſſit, in quibus quivis inveniet *Digeſtos, Tractatus de præcedentia Lectorum. De Religioſorum renunciatione, ante Religionis ingreſſum. De extinctione fidei commiſſi. Et Antipologiam*, ſub alterius nomine elaboratam; cujus viri memoriam perpetua dignam laude, ſequentes verſus, qui in Eccleſia S. Mariæ Salutis Ordinis Prædicatorum ad ejus tumulum marmoreo inciſi lapide leguntur, jure merito promunt.

D. O. M.

Joanni Dominico Coſciæ Badulatenſi, qui ob navatam egregiè XL. annos in Pontificio, Cæ-

Caſareoque Jure ſumma cum laude interpretando, ſemel, & iterum Comitis Palatini dignitatem adeptus eſt, Viro, & vitæ innocentia, & legum eruditione celeberrimo, Iſabella Gallo Uxor mæſtiſſima, Antonia, & Dorothæa Coſcia filiæ, ejuſque Generi II. J. D. D. Jacobus Barra, & Carolus Giptii Montazzoli, & Capincti Dominus, pro ſe, ſuiſque hæredibus Sacellum, & tumulum, non ſine lacrymis poſuer. Obiit Ann. ætatis LXVII. Sal. M. DCXXXX. Aug. XI.

Octavius Sancta Cruce, Ducis Alphonſi à Secretis fideliſſimus.

Laurentius Loyerius, Ord. Prædicatorum, in ſuo *Roſario de Sanctiſſimo Jeſu Nomine*. Neap. apud Secundinum Roncagliolo. 1627. in 12. Vir doctrina, pietateque conſpicuus.

Ioannes Maria Coſcia, pro Iure, & Iuſtitia, Neap. Lector publicus, & acerrimus Propugnator.

Gaſpar Toralto, Calatravæ Eques invictus, ac in Statu Mediolani Tribunus militum Generalis.

Franciſcus Toralto, S. Iacobi Eques Cataluniæ Tribunus militum, ac Maſſæ Princeps emeritus.

Vincentius Toralto, Patriæ Baro, pauperumque Pater inſignis.

Ful-

Fulgentius Berlingeri, enſe, & Calamo, Cæſar. Et Iulius, Cathedrat. publ. Neap. 1622.

Urbanus Fiorenza, Chartuſianus, *de Laudibus, & Privilegiis Deiparæ*, Typis impreſſis, nunquam ſatis laudandus.

Franciſcus Maria Loyerius, poſt varios labores pro Eccleſia Romana exantlatos, Umbriaticenſis Præſul Ann. 1721. meritò inauguratus.

Ioannes Maria Caporali Strozzi, inter noſtros Incultos *Anaſſilaus*, in ſuo Opere, cujus Titulus: *Factum, & jus pro D. Anna Apollonia Caporali Strozzi, &c.* Quæcunque Notula Palladem ſpirat.

BALBIA.

NUnc *Altomontum*, Caſtrum nobile, conditum ab Oenotriis, quod Grondus amnis adlabitur. Apud Athenæum clarum; manna, Sale, chryſtallo famoſum; ubi Vina olim Balbina, apud Plinium in pretio fuere. B. Pauli, ordinis Prædicatorum ſepulchro, glorioſum.

BALNEARIA.

POſt Cratæjam amnem, de quo Plinius *Crateis amnis Mater, (ut dixere) Scyllæ*; & Homerus *in Ulyſſem, lib.* 12. in perſona Circis Vlyſſem conſulentis,

Sed valde vehementer expelle clama autem Cratæin Ma-

Matrem Scillæ, quæ ipſam peperit, nocumentum hominibus,

Caſtrum occurrit, Balnearia dictum, Oppidum recens, ſed multis tempore locupletatum hominibus, maximèque puellis, vultus amænitate decoratis, nunc Uulgò *Bagnara*, Maris proſpectu nobilis, temperiei felicitate amæna, Xiphiarum piſcatu jucunda. Fruſtulo Dominicæ, Crucis, Tabulæ Cœnæ Domini, nec non, & B. V. Peplo, inter Reliquias inſignes perpetim admiranda. Duos inter amnes Stalaſſam, & Catianum ſita, non longè à Parma, conſpicitur. Celeberrima in ſuo Marco Philippi, *Funeſto*, dicto, qui *Vitam, & Mortem B. Catharinæ, V. & M. de Alexandria* poematibus illuſtravit; & in Antonio, Ordinis Seraphici Capuccinorum, memoriæ venerandæ; & in Clemente Blaſio, Ord. Prædicatorum, Magiſtro Regente, & Doctore eminentiſſimo.

BELICASTRUM.

ALiis Geneocaſtrum, propter nobile Phanum Caſtoris, & Pollucis, nomine, & frequentia mirabile. Veterem Chonam arbitratur fuiſſe Barrius; Petiliam, vel antiquam Cremiſſam à Philoctete conditam, Strabo, & Apollidorus, ideoque opulentam à Lycophrone in ſua *Alexandra* meritò vocitatam, quam Syrus, nunc Naſcarus amnis adlabitur. A' Ionio paſſ. m. octo diſtat. Civitas Epiſcopalis

H græca,

græca, poſteaque latina, deliciis plena, frugibus, oleribuſque fæcunda. Ex hac Vrbe fuit ille Doctor Angelicus Thomas de Aquino, in cujus nativitatis Domo hactenus Stella (*uti Dicunt*) pro ſua memoria feſtiva, miraculosè refulget. Hac pro veritate ſtat Antiquitas, Traditio non abſona Civium, proprio ore confirmata Aquinatis, dum *in prim. Methaph. Ariſtotelis*, Pythagoram Philoſophum Calabrum, & ſuum conterraneum vocare, minimè erubuit. De ſuis Operibus, dicam, quod Hieronymus de Cypriano ſcriptum reliquit: *Qua Sole ſunt clariora, ſupervacaneum videtur eorum indicem texere.* Hanc Vrbem pariter illuſtravit S. Antherus Papa, Civis, doctrina, & pietate præclariſſimus, qui apprimè Martyrum facinora per Notas quaſdam colligenda, ut ad ſummum Eccleſiæ triumphũ ſibi commiſſæ conſervarentur, curavit; de quarum Notarum Scriptoribus cecinit Martialis.

Currant verba licet, manus eſt velocior illis:
Non dum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Martyr occubit ſub Maximino, circà annum 238.

Accedunt pro gloria Urbis, Lucius de Urſo, Vir in omni reconditarum literarum officina affabrè perpolitus, qui explevit opera multa publico Iuri data: *Epiſtolas varias*, plenaſq. rerum. Trani apud Laur. Valer. 1627. in 4. *Orationem* etruſco ſermone recitatam in Tranenſi Civitate, *ad laudem D. Nicolai Peregrini*, Patroni, & Protectoris ejuſdem. Typ. Trani, apud Laurentium Valerium, 1627. in

in 4. Aliam *Funebrem in obitu Fabritii Ruffo*, Scyllæ Principis, Synopolis, Burelli, ac Nicoteræ Comitis, Cæniſque Domini Neap. per Ægidium Longo 1628. in 4. Ac *utriuſque Calabriæ Terremotus, ocularem, fideliſſimamque deſcriptionem*. Michael Pitirri, Termoli & Puteolorum Epiſcopus, Vir divinarum, Humanarumque literarum Scientiſſimus, & Eccleſiaſticæ libertatis Propugnator acerrimus. Aliique plurimi, doctrina, & eruditione clariſſimi, apud Cropanum.

BELLIFORTUM.

SUbſicinum, apud Antonium Pium, in Itinerario; Oppidulum, quod Medama fluvius adlabitur. Patria SS. Onuphrii Abatis S. Baſilii, Elenæque Sororis, ex Comitibus ejuſdem Oppidi, pænitentia, & pietate Conſpicuorum. Primus propè Panagiam, ann. 995. Secunda eodem in loco, *ann.* 992. ſepulti, apud Agreſtam *in Vit. S. Baſ. M.*

BELLIMONTUM.

OPpidum à collium, nemorumque amænitate dictum quod Verris fluvius adlabitur. Patria Antonii Barone, Philippi Bruno, aliorumque de Abbatibus, in legalibus, poeſi, & philoſophia conſpicuorum. A freto fere milliario diſſitum: Illuſtreq; Cobellorum Familia, & doctrina.

BESIDIA.

CIvitas, vulgò *Biſignano*, ſeptem in Collibus ſita, antiquitate, armis, literis, pietate, inſignibus, ubertate præclara. Pronepote Noè, Aſchenatio conditore gloriatur, qui per Beſciam Ducem, Collium amænitate allectum, poſt Regii Julii extructionem, Urbis prima fundamenta jecit. In ſuis arvis omnia rident, quidque neceſſarium, utileque uſque ad delicias deſideratur, æmulatione quadam, omnia elementa ſuppeditant. Urbs Epiſcopalis, Sedi dumtaxat Romanæ ſubjecta, cujus primus Præſul Andronius Romanæ Synodo, ſub *Zaccharia*, Pontif. Max. anno Chriſt. 743. intervenit. Cives undique emeriti, ſanctitate, contemplatione, miraculis, ac pænitentia conſpicui. B. Proculus, S. Nili diſcipulus, Inſtituti S. Baſilii. B. Martinus, Auguſtinus, Humilis, Ruffinus, & Bernardus, Seraphici Ordinis. Epiſcopali Infula, Urbi, & Orbi glorioſi, Guillelmus, & Ulactus, 1292. Biſiniani. Fridericus, Caſſani. Nicolaus, Nolæ. Gottfridius, & Bernardus, ejuſdem Civitatis. Ioſeph Charo, Eccleſiæ Rubenſis. Ammonius, Hieracenſis. Marcus Salvidius, S. Leonis. Vincentius Ferrerius, antea Epiſcopus Montiſpiloſi, poſteà Umbriaticenſis, 1578. Et Hiacynthus à S. Germano, Cathedræ Nuſcanæ, Præſules in omnigena literatura, nunquam ſatis laudandi. In Juriſprudentia clari fuere

Joan.

Joan. Maria Aquilani, qui Typ. Venet. 1597. impenſis Scipionis Ricci, Bibliopol. Neapolit. in fol. donavit. *In primam Infortiati, ac etiam digeſt. novos Commentarios acutiſſimos, ſelectaſque prælectiones.* Aſcanius Ferrari, & Vincentius, Iuris Conſulti doctiſſimi. In Philoſophia, & Aſtrologia conſpicui, Julius Cæſar, & Franciſcus Martini filius. In coſmographia, & Hiſtoriis, tam Sacris, quam Civilibus, Joan. Baptiſta Fede. Veſpaſianus Granata, Fabritius Conſentinus, & Onuphrius Rogliani, Patritii optimè emeriti, Ac demum Auguſtinus de Biſiano, Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, *in ſuis Lectionibus ſupra Canticum Magnificat*, Florentiæ, 1612. apud. Joan. Antonium Canc., in 4. Theologus, & Prædicator eximius. Martiales Viri, omnique exceptione incomparabiles, fuere Rogerius, & Marius Luzzi, Hieroſolymitani Equites, variis titulis cohoneſtati. Octavius, & Pompejus Conſentini, Peditum Duces, Mediolani ſub Iſerniæ Principe. Matthæus Granata itidem, ſub Ferdinando Rege Aragonio. Petrus & Joannes Rogliani, Prætores Claſſis, maritimæ, Equiteſque S. Jacobi, ſub Philippo IV. Hiſpaniarum Principe: pro fructibus gloriam, pro ſudoribus laudem, pro honoribus famam non morituram, aucuparunt.

BLAN-

BLANDA.

VUlgò, *Belvedere*, ab aeris ſalubritate, ſolique amænitate, Mariſque proſpectu, meritò dicta, ab Auxoniis condita, reſtaurata ab Oenotriis, & à Phocenſibus aucta. Hic ſaccarum, & goſipium, Vina, & Olea, & Serica nobiliora, atque præclara. De qua Poeta Sebetyeus, in ſua *Nautica*.

Muſcoſamque Adamanta lego, Blandamque virentem,
Plurima letus, ubi ſua munera jactat Jácchus.

Quam Soleum flumen adlabitur. Viris pietate robore, ac doctrina famoſis, maxime illuſtratur: præcipuè Franciſco Piſani, & Cini, ac Daniele de Frajanella, Provinciali Miniſtro, Capite, & Duce ſeptem Martyrum Seraphici Ordinis, quorum quot fuere plagæ, tot Eccleſiæ triumphi, quot Patriæ gloriæ, tot Brettiorum Delubra.

BOMBICINUM.

BAronia olim Familiæ de Paula, Civitatis Montiſalti Patritiæ emeritæ Oppidum Saccaro, ac terebyntho famoſum, ſed illuſtre B. Ciriaci nativitate, cujus Corpus in Monaſterio Baſilii Magni, non longè à Pago, honorificè aſſervatur.

BOR-

Digitized by Google

BORGIA.

SQuillacenſis Pagus, agnomine Principis cohoneſtatus, frugum, omniſque generis olerum, uber. Felix in ſua Aurelia Cacia, Tertii Ord. Capuccinorum, Fundatrice Monaſterii S. Crucis in Civitate Montisleonis, quam operibus ſic inſignibus virilem effecit æternitas, Cordi quid addendo, quod Sexui defecerat. Obiit 1612.

BOVA.

CIvitas Epiſcopalis, in Montis cacumine, non Longè à Peripoli ſita conſpicitur. Melle, lacte, oleo, aliiſque frugibus opulenta, & famoſa. De Laurentio, primo Bovenſi Epiſcopo, qui Romanæ Synodo, ſub Symmacho Papa interfuit; ac de BB. Helia, & Leone, Ordinis S. Baſilii M., Sanctitate, & doctrina Conſpicuis, ſummoperè gloriatur. Ann. 500.

BORELLUM.

JUxtà Metaurum amnem piſculentum, & navigabilem, Oppidum, in omnigena frugum abundantia famoſum. Clarum natali B. Randiſii, Inſtituti Benedectini, ex Comitibus ejuſdem, Viri quemadmodum in vita, ſic & in morte undequaque mirabilis; Franciſci Zungaro, & Martini Minoritæ, ſanctitate, & literis conſpicuorum.

BLANDA.

VUlgò, *Belvedere*, ab aeris ſalubritate, ſolique amænitate, Mariſque proſpectu, meritò dicta, ab Auxoniis condita, reſtaurata ab Oenotriis, & à Phocenſibus aucta. Hic ſaccarum, & goſipium, Vina, & Olea, & Serica nobiliora, atque præclara. De qua Poeta Sebetycus, in ſua *Nautica*.

Muſcoſamque Adamantà lego, Blandamque virentem,
Plurima lætus, ubi ſua munera jactat Jacchus.

Quam Soleum flumen adlabitur. Viris pietate robore, ac doctrina famoſis, maxime illuſtratur: præcipuè Franciſco Piſani, & Cini, ac Daniele de Frajanella, Provinciali Miniſtro, Capite, & Duce ſeptem Martyrum Seraphici Ordinis, quorum quot fuere plagæ, tot Eccleſiæ triumphi, quot Patriæ gloriæ, tot Brettiorum Delubra.

BOMBICINUM.

BAronia olim Familiæ de Paula, Civitatis Montiſalti Patritiæ emeritæ Oppidum Saccaro, ac terebyntho famoſum, ſed illuſtre B. Ciriaci nativitate, cujus Corpus in Monaſterio Baſilii Magni, non longè à Pago, honorificè aſſervatur.

BOR-

BORGIA.

SQuillacenſis Pagus, agnomine Principis cohoneſtatus, frugum, omniſque generis olerum, uber. Felix in ſua Aurelia Cacia, Tertii Ord. Capuccinorum, Fundatrice Monaſterii S. Crucis in Civitate Montisleonis, quam operibus ſic inſignibus virilem effecit æternitas, Cordi quid addendo, quod Sexui defecerat. Obiit 1612.

BOVA.

CIvitas Epiſcopalis, in Montis cacumine, non Longè à Peripoli ſita conſpicitur. Melle, lacte, oleo, aliiſque frugibus opulenta, & famoſa. De Laurentio, primo Bovenſi Epiſcopo, qui Romanæ Synodo, ſub Symmacho Papa interfuit; ac de BB. Helia, & Leone, Ordinis S. Baſilii M., Sanctitate, & doctrina Conſpicuis, ſummoperè gloriatur. Ann. 500.

BORELLUM.

IUxtà Metaurum amnem piſculentum, & navigabilem, Oppidum, in omnigena frugum abundantia famoſum. Clarum natali B. Randiſii, Instituti Benedectini, ex Comitibus ejuſdem, Viri quemadmodum in vita, ſic & in morte undequaque mirabilis; Franciſci Zungaro, & Martini Minoritæ, ſanctitate, & literis conſpicuorum.

BOVOLINA.

OPpidum à Freto paſ. m. duobus diſtans, aucupio clarum, Herbarum medicinalium fertile, frugumque omnis generis apprimè fæcundum. Fuit Patria B. Franciſci Minoritæ, meritis, & ſanctitate clariſſimi; nec non & Camilli Coſtanzo, Societatis Jeſu, Viri in omnigena eruditione, & pietate conſpicui. In lingua Orientali, præſertim Sinenſi, & Japonica, hic maximoperè doctus, & ſcriptor, glorioſiſſimè pro fide in præfatis Regionibus dimicavit, proprioque ſanguine Patriam, Religionemque illuſtrando, Martyr occubit, ann. 1622.

BRIATICVM.

IUxta Hipponium, mill. à Mari ſemotùm Oppidum, & frugale, Calab. ult. Patria P. Antonii Nicolini Alcalà J. C. Comitis Palatini, Nobilis S.R.I. In Vrbe Patav.Cathedr.atque multorum Operum Scriptoris Maximi. Nec non A. Gravatii & Petri, doctrina conſpicuorum.

BRYSTACIA.

CIvitas Epiſcopalis, ex Vrbe Paterno hùc ſede translata, nunc *Umbriaticum* Cal.citer.in montis ſaxei Cacumine ſita, ab Oenotriis condita, à Freto mill. 13. diſſita. Agri ubertate pinguis, manna,

na, goſſipio, terebintho, elabaſtrite, gypſo, lapide molari, Seſama, famoſa. Patria Eliæ Aſtorini, Ordinis Carmelitarum, in Sac. Pagina Doctoris, & Magiſtri, atque in alma Senarum Vniverſitate, olim publici Philoſophiæ, ac Mathematicæ Profeſſoris. Vir fuit Elias totius Orbis Conſenſu in utraque lingua, ac in omnigena literarum Encyclopedia exercitatus, & doctus. Publico Iuri dedit Senis, Mathematicas Diſciplinas, quas in nova Nobilium Senenſium Accademia profitebatur, hoc titulo *Elementa Euclydis*. Similiter *Apollonii Pergæi Coniça, integritati ſuæ, Ordini, atque nitori priſtino reſtituta*. Neapol. De quo in frontiſpitio legitur.

Quæ pridem ex veſtris manarat Pythagoræis
In Calabros refluit per te ASTORINE, Matheſis.

Aprodromum Apologeticum, de Poteſtate S. Sedis Apoſtolicæ. Senis 1693. apud Bonettas Typis Publici. *De vera Eccleſia Jeſu Chriſti, contrà Lutheranos, & Calvinianos, Libros tres*. Neap. 1700. apud de Bonis Typhographum Archiepiſcopalem; aliaque plurima MS., aut deperdita, aut rapta, cedro cuſtodienda. De Aſtorini noſtri nativitate, (non minus ac de Homero, & Torquato) multa oppida, Civitates, ac Caſtra contendunt, dum unumquodque illum ſibi vindicat, tanti Civis gloriam ad ſe trahendo; aſt Bryſtaciam dumtaxat ſuprà Cirum, Strongylum, Campanam, Levidoniam, Lucium, Olivadum, cæteraque loca palmam abripere, non dubitandum; & Bernardi Piccoli, Niſienſis Archi-

præſulis, & poſteà Strongili, an. 1621. nec non Gervaſii, Michaelis, Nicolai Rainaldi, Pellegrini, Roberti, & Rufini ejuſdem Civitatis Epiſcoporum.

CACURIVM.

OPpidum undique decoratum à *Simoneta* Familia, omnibus clara virtutibus, & titulis. Ex ea enim prodiere Franciſcus Simoneta, in omni diſciplina egregiè doctus, maximèque in utroque Jure clariſſimus, Franciſco Sfortiæ, Mediolanenſium Principi apprimè charus; Prætoriſque Titulo pro meritis inſignitus. Joannes frater, græco ſimul, & latino ad perfectum inſtructus eloquio. Scripſit Opus, mole, & eruditione mirabile, *Sfortiadem* dictum, uno, & triginta libris, præfati Principis geſta comprehendens; Et Iacobus Simoneta, in utroque Iure, divinis, humaniſque literis diſertiſſimus; Nomen omni ævo venerandum; meritòque à Paulo III. Pontif. Max. Cardinalium Cætui coaptatum. A' Petilia M. P. octo Cacurium diſtat: Sale foſſili, oleo, reopontico, aquiſque ſulphureis abundans; Sylvæ, vulgò *Sylæ*, radicibus ſitum.

CALANNA.

IN radicibus Appennini (vulgò *Aſpromonte*) ſitum Oppidum, antiquitate, fortè Auxoniorum, Gallico, Lubonoque amnibus in Fretum cadentibus,

appri-

apprime clarum; ubi paſcua læta, venatio varia, aucupia fæcunda, omniumque frugum abundantia, & varietas. De ejus Sylva ſic Pontanus. *Lib. de Hortis.*

Eſt nemus extremis Calabrum inviolabile terris,
Diis Sacrum patriis, multa & pietate verendum.
Arborei dives fœtus, volucrumque rapinis,
Opportuna domus, tuta, & ſpelunca ferarum.
Hoc nemore in ipſo, luciſque horrentibus olim
Advectam memini ſtirpem, quæ citron ab omni
Parte, & odore quidem, foliis, & flore referret.
Sed fructu variata, & longe aliena figura
Vix orbem retinet, protento, & corpore longo
Se ſe agit inductus, varia & trahit agmine cauda.

Hoc in Oppido nati, Hieronymus, & Angelus, Inſtituti Capuccinorum; & Marullus Scaglione, Societatis Jeſu, Vir prudentia, pietate, & doctrina, nemini facilè æqualis.

CAPISTRANUM.

PAgus, quem Angitola Fluvius adlabitur: Oleo, aliiſque frugibus Uber. Gloriatur de ſuo Camillo Buongiorno, Viro omnigena literatura præclaro.

CARULEUM.

OLim Ixias, Civitas mediterranea Oenotrorum, nunc Oppidum nobile, haud longe à Mene-

cina diſſitum: Caſtaneis, Serico, ſiligine, lentibus, ſylice, cinariis ſuperabundans. Patria Baſilii, in utraque lingua præſtantiſſimi: Didaci de Raguſa, Proregis Neapol. Medici clariſſimi: totius Regni Protophyſici, ac Neapolitanæ Accademiæ; publici Medicinæ Profeſſoris emeriti. Theodori ab Alexandro, in Sacra Pagina Magiſtri, & Doctoris, doctrina, prudentia, & eruditione conſpicui: in Concione lepidi, & docti: Neap. Studiorum Regentis: bis Calabriæ Ordinis Carmelitarum Provincialis, ac Cathacenſium Præſulum Theologi, Synodaliſque Examinatoris. Petri Thomæ de Raguſa, inter Incultos noſtros (*Gordonius*) dicti, Ordinis Carmelitici, Provincialis, & Definitoris Generalis Calabriæ vigilantiſſimi: Præconiſque Verbi Dei, apprimè eruditi; & Alexandri, Inſtituti Seraphici Capuccinorum, 1627. pietate, ac exemplo præclari.

CASIGNANUM.

OLim Althanum dictum, à Syracuſanis direptum, ſupra Georgium extructum, cujus Arva ubera, frugumque plena, ac habitantibus opportuna. Patria S. Euſebii Papæ, & Confeſſoris, qui ann. 310. Dei Eccleſiam ſanctiſſimè rexit, quique maximè in educatione Euſebii Epiſcopi Vercellenſis, mallei Arianorum acerrimi, de Eccleſia, de Religione, de Fide eſt meritus.

CAR-

CARPANZANUM.

COnſentinæ ditionis Prætura haud ignobilis. Hoc ex loco fuere Bonaventura Pontieri, Seraphici Ordinis, in Sacra Pagina Magiſter, & Doctor eximius, venerandæ memoriæ; & Cajetanus Vitale, Canonicus Conſentinus, qui nomine anagrammatico, *Agatonis Levitæ*, adverſus quemdam Theologum *Epiſtolam Apologeticam*, impensè doctam publico Iuri fecit. Conſentiæ MDCCXIII. & Ægidius, Inſtituti Capuccinorum, pænitentia, ac exemplo conſpicuus.

CASTELLA.

ANnibalis claſſibus Oppidum clarum, cum portu nobili, agro frugifero, & pabulis apto; ejuſque Mare piſculentum, coralliumque uberum: lapidumque molaris, & olearii, terra fæcunda. Ajaci conterminum Amni, apud Lycophronem in *Alexandra*, famoſo.

Ubi errantem moleſtam videbit vitam
Lacmanii bilentis Ajacis aquas.

Celebreque Natali Ioannis, Epiſcopi Inſulani. 1128.

CASTIONUM.

VUlgò, *Caſtiglione*, agri Conſentini nobilis Pagus, Oppidique magnitudini par: Arentho

Digitized by Google

tho fluvio adlabente, qui Crathidi miſcetur, famoſus, & irriguus. Frugum omnis generis proficuus, mannaque arvis è Cœlo demiſſa, temperies dulcis; amænitate, ſitu, & lepore affluens, apricus ager. Sed illuſtrior Cæſariorum Familia, ex qua prodiere Ioan. Antonius Pater, & Ioannes Paulus filius, ambo in omni humanioris literaturæ genere, ſummi. Publico Iuri Primus, *Grammaticæ Inſtitutionis rudimenta. In Livium Notationes. Quatuorque millia Carminum*; ac *Plutarchi de immoderata verecundia Translationes*, eruditiſſimè edidit. Secundus, publicus Romanarum literarum in Romana Urbe Profeſſor. *In primum Librum Odarum Horatii*, ingenium acuit: luſit & *Poematibus*: *Oratoria*, & *Poetica* ſcripſit, Phebo, Mercurioque amantiſſimus. Aliaque plurima ſcripta ad Ianum Anyſium, ad Niphum, & ad alios de ſua *peregrinatione*, & in Urbem *profectione*, leguntur; maximèque in ſuis *poematibus* hæc de I. Antonio Patre lepidè palam facit.

Non idem eſt animus, non eſt mens omnibus una,
Unuſquiſque ſuum carpere novit iter.
Hic ſibi tænario molitur marmore tecta,
Sedulus, & natis commoda multa parat.
Hic riguos more Aclinoi bene conſerit hortos,
Ætas ut frugi poſtera cantet avum.
Lanigeras hic paſcit oves, tauroſque Taburni
Vertice, & Euganeo gramine nutrit equos.
Ille ſerit fruges, cultiſque ſeneſcit in arvis,

Ille

Ille avidus Syriis mercibus auctat opes.
Omnia ſed celeri ſunt hæc obnoxia morti,
Tempore ſunt quoniam diripienda brevi.
Hinc mens ille Pater fortunæ munera temnens
A puero coluit numina Pegaſidum,
Atque opus hoc fecit monitu Tritonidos Almæ,
Quod magis, atque magis fama loquetur anus.

De ſemet pariter ſequentia ſcribit.

Deditus à puero Muſis Helicona virentem
Viſcere conſtitui, Perioſque lacus,
Ære meo ſtudiis parto nupſere ſorores,
Ære meo vivit frater, & ante parens.
Adjuvi quoties potui pro viribus omnes,
Et patuere fores nocte, dieque meæ.
Potor aquæ, parcuſque cibi, patienſque laborum,
Armis impoſui pondera iniqua meis,
Pontificum juſſu pubes Romana docentem
Audit me claro per tria luſtra loco.
Non tamen hæc feſſo pietas mihi profuit unquam
Nulla mihi requies eſt data, nullus honos.

Hanc Patriam pariter decoravit Ignatius Guarani, U. I. D. inter Incultos noſtros *Philodacrius*, dictus, in quo luxuries ingenii haud indecora: Petrarchæ ſtylo, Muſa non abſona; de Patria, de Accademia, optimè meritus.

CA-

CASTRIFRANCUM.

INter Conſentiam, & Montaltum 6. mill. P. circiter ſitum oppidum, Olim Pandoſia, Oenotrorum Regia, quod Acheron (*nunc Capiniano*) Fluvius adlabitur. Hìc, Alexander Rex Epiri, Dodonæo deceptus Oraculo,

Pandoſia perdes Populum, quandoque trivertex,
hæc loca, in Theſprocio adhuc extantia, illicò aufugiens, deluſus, à Bretiis obtruncatus occiditur, Strabone, & Iuſtino teſtibus. Serico, aliiſque frugibus fertile: glorioſumque antiquitùs in ſuis denariis, Apollinem, & ex poſtico Tripodem ſignando; recentique ævo in ſuis Concivibus, adverſus Manfredum Regem, pro Religione, ſacro fædere junctis.

CASTROVETUM.

OLim Caulonia, vel Aulonia, Civitas ab Achivis condita, vel reſtaurata, juxtà Cocynthum, Locros inter ad auſtrum, & Scyllaceum ad boream, interque amnes, Sagram, & Bozzam, nunc *Alarum*, Moſamque ſita. Urbs olim Epiſcopalis, ſub Præſule Rhegino: deliciis plena; Flora, Baccho, Cerere, & Pomona obſtreticantibus; de qua Venuſinus

Ver ubi longum, tepidaſque præbet
Juppiter brumas, & amicus Aulon

Fer-

Digitized by Google

Fertilis Bacco, minimum, Falernis
Invidet uvis.

Et Martialis, *Lib.* 13.

Nobilis, & lanis, & felix vitibus Aulon,
Det pretioſa tibi vellera, vina mihi.

In Magna Græcia, inter famoſas Urbes, minimè ſecunda. Cudebat in numis, ex una Ceruum cum urna, & altera ex parte Creſum, manu Oleam habentem, hac græca inſcriptione ſignatis καυλωνιατῶν. In memoriam fortè Creſi, amabilis Iuvenis in Sagram amnem demerſi, apud Maraſiotum *in Chron.* Chriſtianam fidem ab Apoſtolo Petro, & à Polycarpo recepit, dum Romam verſus iter facerent, civium traditione minimè moritura. Philoſophos inſignes Sectæ Pythagoricæ, Athletaſque famoſos peperit, quin & recentes, omni doctrina, & pietate præditos, ſanguine, & armis.

Ex antiquis, *Dicon* obiicitur, teſte Pauſania *in Eliac. lib.* 6. *Callibroti filius, qui quinque è Pythico curriculo, tres ab Iſthmico, quatuor è Nemæis, unam de pueris, duas de viris ex Olympicis palmas tulit. Atque ei quidem totidem ſtatuæ, quot victoriæ fuere, erectæ ſunt in Olympia. Et puer ſanè Caulonates (ſicuti fuit) renunciatus eſt: at vir jam factus Syracuſanus, ut nominaretur precio obtinuit.* Sin probè, improbève, vel Patria noverca, vel filius inhumanus, utrùmque incertum. Poſtea Callibrotus Pater, & Drimon in Philoſophia præſtantiſſimi, apud Iamblicum *de Sect. Pythag.*

Ex recentibus haud pauciores, quales certò fuere: Fauſtinus Salerno, Carthuſianus, qui *de præſtantia B. V. M. & ſuper pſalmos*, opera egregia, apud Cropanum, eruditè conſcripſit, lucique donavit. Ioan. Baptiſta de Blaſio, in Patavino gymnaſio utriuſque Iuris primarius Lector, multorumque Operum diſertiſſimus Scriptor. Camillus Salerno, qui *Conſuetudinibus Neapolit. Additamenta: & ſupra Angelum Pariſium, in L. ſi vacantia, Cod. de bonis vacantibus, Lib.* 10. publico Juri fecit. Vincentius Protoſpataro, Neapolis, & Regni Protophyſicus inſignis. Ioſeph Protoſpataro, in Bojani Inſula Præſul minimè inglorius. Carolus Pancello, Clementis IX. Summ. Pontif. à Secretis fideliſſimus. Dominicus Aſciutti, ad omnes Militiæ gradus, ac dignitates pro Catholico Rege in Catalaunia, Mediolano, & Salutio, meritò exaltatus. Michael Carthuſianus, pietate, puritate, ſimplicitate, ac exemplo, incomparabilis. Victorius, *an.* 1628. Auguſtinus, 1625. Franciſcus, Provincialis Ordinis, 1607. Dominicus, bis Provincialis, 1604. alter Franciſcus, 1580. omnes Seraphici Inſtituti, pænitentia, literis, & contemplatione, mirabiles.

CASTROVILLARUM.

OPpidum nobile mediterraneum, ex reliquiis Sub Marani, Xipheæ, & Grumenti extructum, ab Apollineo Monte herbis medicinalibus fa-

Digitized by Google

famoſo haud longè diſſitum, Lacanum inter, & Sybarim amnes: olim Apruſtum, ab Auxoniis conditum, & ab Oenotris reſtauratum: temperie clarum: Vino, oleo, Seſama, goſſipio, maſtice, manna, & omnigenis frugibus, undequaque fæcundum. Olim Sedes Epiſcopalis, nunc Coſæ, ſive Coſano adjuncta. Sanctitate, pietate, titulis, armis, literis, glorioſa. Patria ſex Martyrum Inſtituti Seraphici, Samuelis, Angeli, Donnuli, Leonis, Nicolai, & Ugolini, qui Daniele duce, apud Barbaros proprio Sanguine Eccleſiam decoravere.

Infulâ celebres fuere Ioannes Baptiſta Nepita, Epiſcopus Maſſæ. Bernardinus Calà, Pontificius Crucifer, & Præſul. Carolus Peregrini, Prothonotarius Apoſtolicus, qui luci dedit Opus, cujus Titulus. *Praxis Vicariorum, & omnium in utroque Foro Juſdicentium, quatuor partibus Comprehenſa. Ven. apud Michaelem Milochum, 1667. in fol.* & Epiſcopus Avellinenſis. Martialis Peregrini, Patavii publicus Iuris Profeſſor: Concilii Tridentini Theologus, & Epiſcopus Nazareth, Franciſcani inſtituti. Et Philippus Geſualdi, ejuſdem Ordinis, Auctor *Plutoſophiæ*, Caſſani Antiſtes; & Paulus, Ord. Minimorum, Epiſcopus Bovenſis.

Sanctitate conſpicui, ex Minoribus de Obſervantia: BB. Ioannes, Ioannes alter, & Michael Cozza. Ex Conventualibus: B. Petrus de S. Andrea, S. Franciſci Patriarchæ diſcipulus, & Victorius Capello. Inſignibus, ac literis clari. Hector de Gui-

do, Doctor celeberrimus: qui *de viribus Confeſſionis Judicialis, & extrajudicialis, tam in criminalibus, quam in civilibus Tractatus pleniſſimos* publici Iuris fecit Neap. Typ. Dominic. de Ferdinando Maccaroni. 1623. in 4. Bernardinus Motta, Pauli IV. Pont. Max. Secretarius, & in Concilio Tridentino ejuſdem Eques auratus, nec non, & Caroli V. Cæſaris Familiaris amantiſſimus. Carolus Muſitanus, Medicinæ Profeſſor, multorumque operum Scriptor egregius. Paulus Stabile, in ſuis *Panegyricis Orationibus* eminens, Ordinis Minimorum, ejuſdemq; Inſtituti, Antonius Conſtantini, Ex-Provincialis, & ad Inſulam Tranenſem inauguratus: Vir doctus Oratoria, & Poetica, imò ad omnes Artes natus, quarum luculenta Signa in præclaris ſuis Monimentis reliquit, quæ ſequuntur: *De Canonibus Apoſtolorum, Diſſertatio unica Hiſtorica, Chronologica, & Dogmatica, adverſus hujus temporis Criticos*. Rom. Typ. Ioan. Iacobi Komarek Bohemi. 1697. & hetruſco ſermone, lepidoque Poemate: *Vienna liberata. Buda conquiſtata; o ſia la ſuperbia Ottomana abbattuta. P. 1. & 2.* Romæ. 1699. Amadeus, Franciſcani Inſtituti, pietate, ac doctrina clariſſimus, Rom. apud Roſſi, hetruſco ſermone, ſequentes edidit fætus = *Il Metodico ſu'l predicare a braccio, con l'Arte memorativa per corroborare la memoria naturale: imparare Predicbe, la Cronologia, e le Lingue foreſtiere.* = *Sagri Stimoli ad amare Gesù.* = *L'affetto ſcambievole trà Gesù, e l'Anima.* = *La Scienza*

de;

de' Santi all' Anime bramoſe di farſi Sante. = *Scherzo della Grazia in S. Paſquale Bailon, che vivo viſſe da morto, e morto da vivo.* = *Faſcetto di gigli in onore di S. Antonio di Padova.* = *Il Zelo apoſtolico nelle Sante Miſſioni, Tomi due.* Aliaque plurima MS. haud contemnenda.

Ac demum Urbis Brettiorumque Corona, & decus. Cn. Servilius Muſitanus (cujus Familia nunc in Civitate Rhegii Patritia conſpicitur) Romano Conſulatu potitus, *ann.* 337.

CASULA.

Conſentinus Pagus, & Prætura, cunctis conſonus aere ſolo, & cœlo. Patria Hyacinthi de Caſula chirurgi peritiſſimi, ac nulli in hac profeſſione ferè ſecundi.

CASUONUM.

Caſtrum ſupra Strongilum; (vulgò *Caſabuona*) à Freto P. M. ſeptem diſſitum, ubi alabaſtrites, ſulphur, & gypſum è terra fodiuntur: frugibus commodum; temperie ſalubre. Glorioſum Nativitate Bonaventuræ, Ordinis Minorum de Obſervantia, memoriæ haud obituræ.

Digitized by Google

CATAZANUM.

POſt generalem devaſtationem Magnæ Greciæ à Mauris factam, ſupra Crotalum amnem in vertice Montis, à Gentibus, undique diſperſis, Nicephori Cæſaris juſſu per Flagitium Comitem, condita fuit Civitas hæc Epiſcopalis, Calabriæ ulterioris conſpicua, aeris temperie, Cœli amenitate, frugum copia, Sericeæ texturæ luxuria, ac omnigenæ felicitatis abundantia, ſupra ceteras Calabriæ Urbes præſtantior. Sex mill. à Freto diſtans, Literis, & Titulis, Armis, & Sanguine, clara.

Ex ea prodiere Viri, omni exceptione potiores Vincentius de Amato, Patritius ejuſdem Urbis, ex Iulii Familia, Iacchæ Civitatis Siciliæ, Domina, quæ Locros perventa, *ann.* 1192. à Guillelmo Bono, pro bonorum jactura tolerata, multis Feudis Hieracii, præfati Regis privilegio, potita eſt. Ex hac eadem Proſapia (minimè ab alia Amantheæ diſſona) fuit ille Antonius, & Antonellus de Amato, inter Militiæ Duces, nunquam ſatis laudandi, quorum Progenies per Europam gloriosè diffuſa Titulis Marchionatus, Principatus, Baroniæ inſignita ab Imperatore Friderico, Griphi in Stemmate teſſere redimita à Ferdinando, *ann.* 1461. pro prœmio; demumque à Carolo V. Cæſare pro victoria contrà Gallos habita, feudis, privilegiiſque cohoneſtata, tantum eminet, *quantum lenta ſolent inter Viburna Cupreſſi*. Nec prætermit-

mittendus Anellus de Amato, Aulæ Regiæ Præſes: memoria dignus, qui eruditiſſima *Jurium reſponſa*, Typis commiſit Cæſari ſimilis: Calamo, & enſe.

Nec minus glorioſa Cardinalatus Teſſere, quo pro meritis Petrus Ruffo, Aloyſius Saxo, & Aloyſius de Aragona, fuere inſigniti.

Infulam illuſtrarunt, Hieronymus Paſſarelli, Iſerniæ Antiſtes, deinde Salerni Archiepiſcopus. Evangeliſta Tornafranza, ejuſdem Urbis Epiſcopus, & Civis emeritus. Antonius de Paula, Abbas Ciſtercienſis, ex Præſulatu Neocaſtren. ad Cathacenſem ſub Adriano IV. translatus. Itidem Hieronymus de Paula, Nepos, 1646. Fabius Olivadeſius, olim Lavellinus Epiſcopus, mox Bovenſis, ac demum Patriæ ſuæ Præſul, omnigena literatura præclarus. Stephanus de Roſis, utriuſque Signaturæ Referendarius, & Epiſcopus Hieracenſis. Franciſcus Bibilia Epiſcopus Inſulanus, qui publici Iuris Opus fecit, cujus Titulus, etruſco ſermone. *Diſcorſo ſopra l'aggiuſtamento della moneta, e cambj del Regno di Napoli*. Neap. 1621. in 4. Pariter, & Inſulanus Præſul Ioan. Franciſcus Ferrerius. Guillelmus, Archidiaconus Urbis, Epiſcopus Umbriatici. Vitalianus Mareſcanus, Præſul Umbriaticenſis.

Typis omnigena eruditione conſpicui: Agatius de Somma, in Legalibus, Oratoria, & Poetica, eminens; Regis Catholici Capellanus honoris, qui publico Iuri fecit etruſco ſermone = *Dell'America, Canti cinque*; una cum ſermone *Sopra l'Adone del Ma-*

CATAZANUM.

POſt generalem devaſtationem Magnæ Greciæ à Mauris factam, ſupra Crotalum amnem in vertice Montis, à Gentibus, undique diſperſis, Nicephori Cæſaris juſſu per Flagitium Comitem, condita fuit Civitas hæc Epiſcopalis, Calabriæ ulterioris conſpicua, aeris temperie, Cœli amenitate, frugum copia, Sericeæ texturæ luxuria, ac omnigenæ felicitatis abundantia, ſupra ceteras Calabriæ Urbes præſtantior. Sex mill. à Freto diſtans, Literis, & Titulis, Armis, & Sanguine, clara.

Ex ea prodiere Viri, omni exceptione potiores Vincentius de Amato, Patritius ejuſdem Urbis, ex Iulii Familia, Iacchæ Civitatis Siciliæ, Domina, quæ Locros perventa, *ann.* 1192. à Guillelmo Bono, pro bonorum jactura tolerata, multis Feudis Hieracii, præfati Regis privilegio, potita eſt. Ex hac eadem Proſapia (minimè ab alia Amantheæ diſſona) fuit ille Antonius, & Antonellus de Amato, inter Militiæ Duces, nunquam ſatis laudandi; quorum Progenies per Europam glorioſè diffuſa Titulis Marchionatus, Principatus, Baroniæ inſignita ab Imperatore Friderico, Griphi in Stemmate teſſere redimita à Ferdinando, *ann.* 1461. pro prœmio; demumque à Carolo V. Cæſare pro victoria contrà Gallos habita, feudis, privilegiiſque cohoneſtata, tantum eminet, *quantum lenta ſolent inter Viburna Cupreſſi*. Nec prætermit-

mittendus Anellus de Amato, Aulæ Regiæ Præfes: memoria dignus; qui erudititſſima *Jurium reſponſa*, Typis commiſit Cæſari ſimilis: Calamo, & enſe.

Nec minus glorioſa Cardinalatus Teſſere, quo pro meritis Petrus Ruffo, Aloyſius Saxo, & Aloyſius de Aragona, fuere inſigniti.

Infulam illuſtrarunt, Hieronymus Paſſarelli, Iſerniæ Antiſtes, deinde Salerni Archiepiſcopus. Evangeliſta Tornafranza, ejuſdem Urbis Epiſcopus, & Civis emeritus. Antonius de Paula, Abbas Ciſtercienſis, ex Præſulatu Neocaſtren. ad Cathacenſem ſub Adriano IV. translatus. Itidem Hieronymus de Paula, Nepos, 1646. Fabius Olivadeſius, olim Lavellinus Epiſcopus, mox Bovenſis, ac demum Patriæ ſuæ Præſul, omnigena literatura præclarus. Stephanus de Roſis, utriuſque Signaturæ Referendarius, & Epiſcopus Hieracenſis. Franciſcus Bibilia Epiſcopus Inſulanus, qui publici Iuris Opus fecit, cujus Titulus, etruſco ſermone, *Diſcorſo ſopra l'aggiuſtamento della moneta, e cambj del Regno di Napoli*. Neap. 1621. in 4. Pariter, & Inſulanus Præſul Ioan. Franciſcus Ferrerius. Guillelmus, Archidiaconus Urbis, Epiſcopus Umbriatici. Vitalianus Mareſcanus, Præſul Umbriaticenſis.

Typis omnigena eruditione conſpicui: Agatius de Somma, in Legalibus, Oratoria, & Poetica, eminens; Regis Catholici Capellanus honoris, qui publico Iuri fecit etruſco ſermone = *Dell'America, Canti cinque*; una cum ſermone *Sopra l'Adone del Ma-*

Marino. Romæ, apud Bartholomęum Zannetti, 1623. in 12. = *Dell' Origene dell' Anno Santo*. = *L'Arte di viver ſelice: le trè giornate d'oro; Dialogo d' Ariſtippo, e di Filadelfo, in* 12. Meſſanæ apud Iacob. Matth. 1649. Et Neap. 1654. ad inſtantiam Ioan. Alberti Tarino = *Iſtorico racconto de' Terremoti della Calabria, dell'anno* 1638. *fino al* 41. Neap. 1641. in 8. Antonius Rocco, Æſculapius alter, peritia ſumma, ac fidelitate conſpicuus; ab Alphonſo I. 1459. fol. 148. in Execut. 22. Magn. Archiv. R.C. pro meritis repenſus. Annibal Mannarinus, Poeſi amæniſſimus, celebris inter Muſas, Ioannæ Caſtriotæ laudes canentes. Antonius Maria Serſale, Urbis Patritius, & Clericus Regularis, doctè B. V. Epiſtolam ad Meſſenios ſcriptam, compoſuit, & edidit, hoc titulo, ſermone hetruſco = *Epiſtola Militare*. Meſſanæ, apud Hæred. Petri Brea 1657. in 4. Antonius Saccone, Antonuccius dictus, Iatrophyſicus Regius, ann. 1491. in Rational. 6. Simon. Caſolla Regii Theſaur. fol. 58. à t. in Magn. Reg. C. Archiv. Fridericus Rocca, Urbis Patritius, *Aragoniæ Chronicon* Lutii Marinei Siculi, etruſco idiomate fideliter tranſtulit. Meſſanæ apud Fauſtum Bubalinum, 1590. in 4. Franciſcus Albertini, Abbas S. Leonardi de Urbe, mox Societatis Ieſu pietate, & doctrina inſignis, cujus Opera cedro digna hæc extant = *Corollariorum Theologicorum, ex principiis Philoſophicis deductorum*. *Tom.* 2. *quorum I. continet Corollaria deducta ex præcipuis principiis*

com-

complexis, quæ ferè pertinent ad primam, & ad tertiam partem Summæ S. Thomæ. Neap. apud Tarq. Longum, 1606. & correctius, auctiuſque Lugduni, per Hor. Cardon. 1610. in fol. = *II. continet Corollaria, ſeu Quæſtiones Theologicas de Trinitate, Incarnatione Verbi, & de Euchariſtia, ex principiis Philoſophicis incomplexis, ſeù de Prædicamentis Subſtantiæ, quantitatis, ad aliquid. Lugduni per Cardon. 1616. in fol.* Aliaque plurima apud Alegam. in ſua Biblioth. Franciſcus Pavone, Societatis Ieſu, Collegii Neapolit. Lector primarius, literis, & exemplo, præclarus. Ejus Opera edita = *Summa Ethicæ, ſeù Commentarius in Libros Ethicorum Ariſtotelis*. Neap. Lugduni, Moguntiæ, & alibi recuſus. *Introductio in Sacram Doctrinam, Partibus 3. comprehenſa*. Aliaque non pauca in utraque lingua, apud Alegam. in ſua Biblioth. Franciſcus Zaccone, Muſa, & ſanguine nobilis, inter Neapol. Collegiales Doctor celebris. Typ. dedit etruſco ſermone = *Le Stravaganze d'amore*. Neap. per Hectorem Cicconium, 1653. in 12. = *Le Gare de' Diſperati* = *Una Orazione in lode di S. Anna*; & *l'Incoſtanza punita*, Trag. Com. Neap. apud Robert. Molli, 1676. in 4. Franciſcus Zaccone, alter, Dominicani Inſtituti Magiſter, & Doctor, Prior Conventus Sanitatis Neap. ejuſdem Ordinis, & Vicarius Provincialis, illiuſque Congregationis Regens Studiorum generalis: primus, qui *Dogmata* publicè expoſuit, edidit, & nervosè coram Hæreticis, & Nuntio Apoſto-

lico, Julio Spinola, S. R. E. Cardin. emerito, Neap. edita 1658. propugnavit. Ioan. Jacobus Paveſe, in Philoſophia, & Medicina præſtantiſſimus, Lector publicus in Rom. & Patav. Archigymnaſiis. Typ. dedit = *In Prologum Averrois ſuper Analytica Poſteriora Ariſtotelis Comment. Patavii, apud Jacob. Fab. & Joan. Baptiſtam Amil.* 1552. *in fol.* = *Peripateticæ Diſputationes in prima Ariſt. Philoſophia. Ven. ex Officina Marci de Maria, Salernitani Bibliop. Neap.* 1566. *in fol.* Joan. Franciſcus Paparo Doctor celebris, luci hæc dedit Legalia. = *Iudiciaria Praxis, in qua actiones civiles magis utiles, & frequentatæ in Regia Aud. C. U., & ſecundum communem Praxim Supremorum Regiorum Tribunalium, tractantur, ac Conſuetudines Catanzarienſes, explicantur.* Neap. apud Lazar. Scorigium, 1635. in. 4. Joannes Horatius Scoglio, Hiſtoriam Eccleſiaſticam, luci donavit hoc titulo = *A Primordio Eccleſiæ Hiſtoria, cum Chronologia ab Orbe condito, ad annum Domini MDCXL.* cum hac Epigr.

Quæ Baronius Cardinalis, & ultra,
Mille bis centum alii conſcripſere annis
Voluminibus diffuſa innumeris
Hiſtoria Auctor digerit breviloqua.
Integer, verax, clarus in Hiſtoria.

Gregorius Pinello, Ordinis Prædicatorum, Magiſter, & Doctor in Sacra Pagina. Typis edidit præclara hæc Monumenta. = *Stimulus Charitatis, omnibus peregrinantibus ad Cœleſtem Hieruſalem: utilis,*

lis, ac neceſſarius. Neap. apud Scipionem Boninum, 1636. in 4. Et *Politica Criſtiana, ridotta in breviſſimi documenti, utili à qualſivoglia perſona, che deſideri vivere regolatamente, con un breve metodo per conſervare la ſalute del Corpo, raccolti da molti gravi Autori*. Romæ apud Franciſcum Moneta, 1655. in 4. Ignatius Majoranus, Scriptor eruditione plenus: Publico Juri Opus dedit, etruſco idiomate = *Ozj eruditi*. Neap. apud Novellum de Bonis, 1665. in 12. Marcellus de Lauro, Soc. Jeſu, Orator facundiſſimus, plura Opera Quadrageſimalia, & Panegirica edidit apud Toppium in Biblioth. Vincentius de Amato, junior, Typis donavit etruſco ſermone = *Le Memorie Iſtoriche della famoſiſſima, e fideliſſima Città di Catanzaro*. Neap. apud Joan. Franciſcum Paci. 1670. in 4. Conſtantinus Grimaldi, Reg. Conſil., in ſuis *reſponſionibus Apologeticis* contrà Benedictum Aletinum, incomparabilis, Colon. apud Hect. Tom. 3. in 8.

In Accademia inſignes = Cæſar de Paula. Thomas Marincola. Hyacinthus de Amato. Franciſcus Sanſeverino, Marcellinaræ Baro. Gaſpar de Malpica. Ignatius Majoranus. Gaſpar Paſſarellus. Antonius Poeſius. Ioſeph, & Salvator de Falcho. Antonius Serra. Carolus Politi. Marcus Antonius Rocca. Aliique plurimi, inter Recentiores doctiſſimi, & Antiquitatis Reſtauratores.

Regularium Cætui, literis, ac pietate conſpicui aggregandi. Aloyſius Marincola. Fabius Mo-

Io. Franciſcus Suſanna . Ioannes Baptiſta Arceri. Marcus Ferrari. Et Petrus Nociti Societatis Ieſu, qui Soli æquales, iſte lucem, illi Chriſtum Antipodis deportarunt.

Bonaventura, ex Familia Aragoniæ, & Ajerbæ, Inſtituti Capuccinorum, Provincialis Calabriæ, ac Hiſpaniæ, Galliæ, & Italiæ, Generalis Viſitator integerrimus. Beatrix Caſatina, nobilis, ſanguine, pietate, & exemplo, qui annulo ſubharrata à Criſto fuit, ſeptennio nata, cum ipſo perpetim regnatura. Antonius, Manſuetus, Seraphinus, Franciſcus, Ludovicus, Ioſeph, Ludovicus alter de Familia Mele, Bernardus de Cumis, omnes Inſtituti Seraphici, Athletæ præclari Capuccinorum.

Alexander Ferrari, Franciſcus Pavone, Societatis Ieſu, literis, pietate, ac martyrii deſiderio incomparabiles.

Riſolus, Ignatius, Iacobus la Ruſſa, Ignatius alter, Iacobus Ranerius, Franciſcus Niger, Nicolaus Niger, Petrus, Franciſcus Vicarius Provincialis, ac Viſitator Generalis Siciliæ, Antonius Paparicus, Ioannes Iazzolinus, Cherubinus de Ænea, Vicarius Provincialis, Elias, B. Pauli Sinopolitani Diſcipulus, Franciſcani Ordinis de Obſervantia dicti, Religioſi in omnigena virtutis paleſtra integerrimi, nec non & Cajetanus Paſſarellus Cler. Reg. Caroli II. à confeſſionibus, multorum Operum Scriptor diſſertiſſimus.

Vin-

Vincentius, inter primos Reformatores Congregationis Calabriæ, Ordinis Prædicatorum pietate, & obſervantia clariſſimus, quem Sanctiſſimus Patriarcha Dominicus replicatis apparitionibus Surianum miſit ad ſui Ordinis Cænobium erigendum; quod & fecit, tanto cum religionis profectu, quanto majora in Sancta illa domo patrata ſunt mirabilia: ac obſervantia ipſa Regularium ibi degentium, omnia pene dictæ Religionis cænobia ſuperans, non modicum ipſius Vincentii merita celebrat.

Ioſeph Ciminus, & Albertus Ferma, Magiſtri, & Doctores in S. Pagina, nec non Provinciales, & Definitores Generales Ordinis Carmelitarum, Viri doctrinæ, & judicii Magni.

Inſignibus, ac Titulis in Urbe præclari. Ioannes Malatacca, Reginæ Ioannæ Generalis Ductor, ac in agendis dexteritate, nulli ſecundus. Ioan. Antonius Morano, Urbis Patritius & Ferdinandi I. Regis Conſiliarius. Albericus Albertini, Uſiti Baro, Patriæque Conſervator. Paulus de Franza, pro fidelitate à Ferdinando Principe, pluribus feudis locupletatus. Franciſcus Riſo, cujus Familia plures Equites Hieroſolymitanos glorioſè produxit, Urbi, & Orbi claros. Guillelmus Froſina, Urbis Patritius, Vicariæ Regens emeritus. Nicolaus Sanſeverinus, Marcellinaræ Dominus, ac Eques invictus. Ioan. Antonius Ricca, Inſulæ Baro, & Franciſcus Ricca, Tribunus Militum, in Portugalliæ bello conſpicuus. Bernardinus Rhodia, Amathi

Ba-

Digitized by Google

Baro; Nardus Grimaldi, literis, & ſanguine clarus: pro meritis à Cæſare Aquila coronata in Stemmate, aliiſque Inſignibus Familia decorata. Salvator Marincola, Dux Petritii, nobilitate, & virtute præclarus. Thomaſinus de Cumis, Tyrioli olim Dominus; ac Nicolai Comitis Ruffo, familiaris amantiſſimus. Joan. Baptiſta Paſſatellus, ex Baronibus Mottæ Placanicæ, & Brognaturi, Stemmate, & Scientia illuſtris. Joan. Alphonſus Rocca, Amathi Baro, Coronæ Catholicæ Sanguine proprio, & opibus, Militiæ Generalis emeritus. Vincentius Famareda, nobilis Dux Militum pro Cæſare contrà Thraces ſemper invictus. Rogerius Carbonello Cathedralis Urbis Canonicus doctiſſimus, *in hiſtorica eruditione* impensè verſatus, cujus Monimenta olim in Muſæo Jani Parraſii Conſentini, nunc in Monaſterio S. Joan. ad Carbonar. pretiosè aſſervantur. Abbas Joan. Franciſcus Raimondi, omnifaria literarum Scientia inſtructiſſimus cujus hæc Monumenta = *Franciſci Raymundi, unico cum Libro umbrarum genialium miſcellanearum, & Poëmata. Tres Centuriæ politicarum. I. de Vita Civili. II. de Togata prudentia. III. de Prudentia militari.* Romæ apud Angelum Bernabò, 1658. Et etruſco Sermone = *Lettere del Signor Abate Gio: Franceſco Raimondi, diſtinte in Cap.* 82. Romæ apud Tizzon. 1673. *Scelte di lettere, e Titulario;* Roncilion. apud Menechellum, 1702. Aliique plurimi apud Noſtrates.

CEA-

CEANUM.

ARenæ Pagus, gypſo, aliiſque mineralibus uber. Patria Ioſephi Sir. Giovanni, in Oratoria, Poetica, ac in omnigena Scientia incomparabilis, Typ. dedit Opus hoc tit. etruſco. *l'Apoſtroſo interdetto*. Ven. apud Laurentium Baſſeggio, 1714.

CÆCINUM.

A' Suo Fluvio navigabili dictum, nunc *Satriano*, Oppidum 4. mill. à Freto. Melle, goſſipio, Seſama, terebintho, gypſo, foſſili, vitice, tamarice, oleandro, & lentiſco clarum. Euthymi Athletæ, Pugiliſque nobilis, teſte Pauſania, *Eliac. lib.* 6. Statua, & pugillatoris victoria inſignis, qui ad Cæcinum amnem apparere deſiit. Patria Julii Cæſaris Deſtito, Soc. Ieſu, ne dum eximii Poetæ, verum & omni liberali eruditione non leviter tincti, qui Typ. dedit *Polyhymnia*, *ſivè Sylvarum libros tres*. Neap. apud Ioan. Gaffarum. 1644. in 8.

CELLARIA.

COnſentiæ Pagus. Ager hic frugifer, ac temperie conſonus; memorandus apprimè nativitate S. Chelidoniæ Virginis, Inſtituti S. Benedicti, Monialium Principis, Sanctitate & pænitentia illuſtris.

COE-

COELICUM.

PRopè Iovinum Fluvium, Torentinis abundans, Conſentiæ Pagus, ſivè mavis Oppidum nobile, argenti, aurique mineralibus haud infæcundum. Temperie ſana, aere, ſoloque jucundum, ac omnigenis frugibus uberum. Patria Joan. Ioachimi Abbatis, Congregationis Floriacenſis Inſtitutoris, ubi non ſine Sanctitatis indiciis conceptus fuit: apud Barrium, *de Sit. Calab. Lib.* 2. Claruit 1201. ob immenſam Prophetię ei divinitus conceſſę famam, vel Intelligentiæ maximę lumina, impensè prę-clarus. Obiit ante annum 1215. Sanctitate, literis, ac meritis plenus. Scripta extant ſequentia.

De Concordia Veteris, ac novi Teſtamenti, Lib. V. Iuſſu Lucii III. Urbani III., & Clementis III. Sum. Pontificum elucubrati. Apud. Cave in ſuo ſęculo Scholaſtico.

Commentaria in Hieremiam Prophetam. Ven. 1525. & Colon. 1577. in 8.

Pſalterium decem chordarum.

Commentaria in Iſaiam Prophetam.

Commentaria in nonnulla Capita Naum, Abacuc, Zachariæ, & Malachiæ Prophetarum. Omnia prę-fata Ven. 1519. in 4. prodiere.

Commentarius in Apocalypſin D. Ioannis Ven. 1519. cum notis Ioſephi Scaligeri, & Ioannis Adraſder, Francofurt. 1608. Auctiora apud Wolfium Memorab. Lect. Tom. 1. p. 444.

In

In Cyrilli Carmelitæ revelationem, in Eritbræam, & Merlinum Commentaria; aliaque plurima Vaticinia Italicè cum Annotationibus Anſelmi Marſicani, Ven. 1589. prodierunt. Aliaque non pauca MS. apud ſuos Ciſtercienſ. Toppium, & Leonardum Nicodemum in Additam. Bibl. Top. recenſita.

De Eo, in Tumulo, hęc exarata:

Si licet Aſtra viros ſuper almos Carmine Vates
Ferre: Joachim jam conſidet Empyreo.
Cælicolus naſcens parvulus magnalia geſſit,
Mundi dum vixit ſæcula fretus homo.
Hic decus, & virtus Calabrum, quem corde cupita
Expulit ad Dominum maxima Religio.
Parturiens Orbi mirum Ciſtertia proles,
Ordinis in ſontem protulit alma Virum.
Florenſis genitor (quondam Curatia dona)
Floribus inſignis florida Templa dedit.
Quæ tanta haud repulit verax, & cuncta fovendo
Aſſumpſit Mater tempore læta tuo.
Filius, & genitor; vitis veneranda propago
Alta Joachim ſic maximus Orbe fuit.
Quæ cernis donis hominum, tum Principis egit.
Sanctorum Dominum jam reparanda manent.
Nam tam dicta Patrum novit, qui nube fuerunt
Protecti, & vidit quæ peragenda forent.
Veridicus Vates prædixit: multa fuerunt
Completa, ut monſtrat lumine facta dies.
Quæ ſcripſit matris cunctarum (jure) coegit
Eccleſiæ pedibus filius ipſe piis.

Omnia probantur: quæ verò pauca repellit,
Dictavit zelans ſimplicitatis amor.
Vita, quam tenuit, præclara luce coruſcans
In terris, ſedes jubilat Empyrica.
Cerbereas fraudes fregit, mundique catervas:
Et carnem domuit, bella cruenta gerens.
Plurima dum vixit (dicunt) miracula fecit:
Mortuus, & gratus gentibus, & Domino.
Carceris exutus vinclo Cœleſtia ſervat
Munera, qui Chriſti, tempus in omne fuit.
Abbas Florenſis divinis floribus Abbas
Vixit, & vivet laude perenne ſua.

Hoc in Oppido claruere pariter Ioan. Baptiſta Pariſius, Ordinis Minimorum Procurator generalis, literis, & vigilantia præſtantiſſimus. Philippus Guerra ejuſdem inſtituti, non ſine honoris præfatione nominandus, qui Typ. dedit Romæ apud Iacobum Dragonelli, 1668. *Axiomata Phyſognomica, & moralia in duos Tomos diſtributa*. Et *Axiomata Phyloſophica, & Medica, itidem in duas partes diviſa*. Cherubinus Inſtituti Seraphici Capuccinorum, meritis, & exemplo conſpicuus, 1636. Franciſcus, Ord. Minimorum Generalis, pietate, & literis Eminentiſſimus. 1635. aliique plures.

CÆ-

CÆNISIUM.

SUpra Cænidem Promontorium,aliis Cænis, vulgò *Fiumara di mori*, plantis hinc inde frequentibus dictum. Oppidum nobile, quod Cænis amnis adlabitur. A Rheginis conditum, veluti propugnaculũ, teſte Strabone, *Lib.* 3. in confinio, quod Columellam Turrim, ſive Columellam Rheginam, apud Maraſiotum *in Chron.* vocavere; devaſtatumque poſtmodum à Barbaris, nunc edito, penſilique loco extructũ. Diſtat à Rhegio ferè mill. Paſſ. 12. Sericea induſtria famoſum, ac Viridariis limonum, malorumque aureorum uberrimum. Patria Hieronymi Faba, Civis integerrimæ vitæ, latinarumque literarum minime ignari; de quo ait Barrius, *Lib. 2. de Sit. Calab. Innumerato habet ingenium, nam et carpentariam, & ſutoriam artes, quandiù libuit, exercuit. Picturam quoq. & Sculpturam optimè ſcit. Fructus facit ex buxo cujuſvis generis artificio mirabili, ut facilè crederes veros eſſe, ac recenter decerptos ex arbore. Quare plerique decepti ſunt. Rhedam fecit ex ligno magnitudine grani tritici, (incredibilem videor fortaſſe quibuſdam rem ſcribere, at vera refero) in qua ſtantiunculæ, hoc eſt viri, ac mulieres ſedentes, & boves, qui Rhedam trahere videbantur, & rhedarium ſedentem, rhedamque regentem. Aliam fecit, quam pulex Catena lignea alligatus trahebat. Fecit item ex buxo opus, in quo tota paſſionis Chriſti ſeries continebatur, ut cæna cum Apoſtolis: Captura in horto à Judæis, &*

Digitized by Google

Juda: flagellatio ad Columnam: coronatio ſpineæ corona, & deluſio; damnatio à Pilato, & Chriſtus Crucem bajulans: Crucifixio cum Latronibus, & Reſurrectio. Quod opus tanto erat artificio, ut in cortice nucis avellanæ contineretur. Fecit eodem artificio, ac magnitudine, domum Pilati cum Miniſtris educentibus Chriſtum per ſcalas Crucem bajulantem, & Pilatum lavantem manus. Erat ibi & hortus penſilis, in quo flores erant, & aves; erat & cavea cum Carduele ave: vaſa item cum floribus. Fecit eodem artificio, & magnitudine hiſtorias veteris Teſtamenti, & alia ejuſmodi pleraque. Ejus Opera ad Carolum V. Cæſarem, & ad Gallorum Regem, & ad Philippum, Regem Hiſpaniarum pro miraculo advecta ſunt. Hactenus Barrius.

Eodem in loco celebres, pietate exemplis, & pænitentia, B. Iuniperus, & Leo, Ordinis Seraphici Capuccinorum.

CERENTHIA.

SIvè Gerenthia, Pumentum olim dicta. Ab Oenotriis condita, & à Philoctete reſtaurata, undique rupibus cincta. Civitas Epiſcopalis, nunc Chariatenſi Eccleſiæ juncta. Arva quoquo verſum frugibus fæcunda. Vino, oleo, melle, clara. Sale, alabaſtrite, ſulphure, alumine fertilia. Oleribus, ſiliquis, Cappare, & glycirizza, famoſa. Urbis præfatæ Præſules fuere Bernardus Abbas, B. Ioannis Ioachimi Diſcipulus, doctrina, & ſanctitate plenus,

nus, Matthæus, & Abundantius. Patria B. Polychronii, ejuſdem Civitatis Epiſcopi; Sanctorumque Canii, & Cyriaci Martyrum, qui mortem prò fide conſtantiſſimè ſubiere.

CERILLI.

Cirella nunc dicta, antiqua Civitas Auxoniorum, ab Oenotriis, poſteaque à Brettiis, & Phocenſibus habitata. Romæ Senatui chara, & fidelis, adverſus Annibalem Pænum, ſuæ copia gentis, hoſtis acerrima, teſte Sylio 8.

. . . Huc ſe ſe extollere miles
Leucoſiæ è ſcopulis, nunc quem Picentia Peſtæ
Miſit, & exhauſtæ mox Pæno Marte Cerillæ
Hunc Silaris, quos nutrit aquis &c.

Libertatis amatrix uſquedum à Lucanis ſubacta: at fortunæ, non timiditati ſervitus adſcribenda. Civitas olim Epiſcopalis, apud Ughellum, *Tom.* 9. Sub Martino Papa, circà *ann.* 649. Glorioſa in ſuo Præſule *Romano*, qui Romę Synodo interfuit; omnigena fertilitate pręditi.

CHALATRUM.

IN quadam Valle, quod Metaurum Amnis adlabitur, undiquè collibus cinctum, Oppidum eſt extructum; Elementorum divitiis quoquo verſum abundans; ibi piſcatus, aucupia, Sylvæ, campi nobiles,

Digitized by Google

in quibus natura,& ars invicem luxuriantur. Glorioſum B.Heliȩ,Ordinis S.Baſilii Magni,morte, & Sepulchro; celebreque, Benedicti, Inſtituti Capuccinorum nativitate, meritis, & exemplis.

CHARETUM.

CAſtrum exiguum, *Chareri* dictum, Solo, & Cœlo amantiſſimum; hoc etenim Mannȩ delicias, illud tuberum, aetiſque pretia coloni donat: *&* ſi humile,glorioſum Natali Didaci Franciſcani Inſtituti Reformatorum, ſcientia, & virtute celeberrimi.

CHARIATUM.

TErræ, Marique amica, atque participans, piſcatu, & aucupio, Neptuno, & Pomona,Civitas Epiſcopalis ante milleſimum, quam Bonifacio Rhegino Præſuli Gregorius Papa, in illa Brettiorum clade ſummopere commendavit; ejuſque Epiſcopum Meneeratem Romano Concilio ſub Symmacho interveniſſe, tradunt. Nunc quaſi depopulata, diu potius Thrace, quam noſtrate idiomate uſa, apud Maraſiotum *in Chronicon*. Celebris in ſuis Bernardo, Gilberto, Guillelmo Polychronio, Præſulibus, & Joanne de Volcis, literis, & pietate conſpicuo.

CHAR-

CHARIDA.

OPpidum parvum, quod gratiam conferens interpretantur; climatis dulcedine clarum, ideoque vini, olei, Caſtanearum, aliorumque frugum apprimè ferax: venatione, aliiſque deliciis abundans. Sociorum S. Nicandri, nimirum Petri, Gregorii, & Demetrii, meritis, & Sanctitate inſignium, impensè præclarum.

CHATERENA.

POſt Cocynthum Promontorium, Oppidum non vulgare; 4. mill. à Freto diſſitum, frugibus omnigenis, ac lanificiis famoſum: vulgò *S. Catherina Badolati*, à quo tribus milliaribus diſtat; climate, & ſitu nobile; ſed nobilius Jacobi, & Euſebii, Inſtituti Seraphici, nativitate, meritis, & virtute clarorum. Quin, & Sylveſtri Leuzzi Sacræ Theologiæ Magiſtri Ordinis Prædicatorum, prædicationis munere inſignis, qui publici juris fecit opus, cui titulus *Sagri tributi di lode offerti à diverſi Santi* Neap. apud Raillard. 1713. Nec non Antonini Garſia ejuſdem Ordinis, viri pietate, ac doctrina celebris, præcipue in educandis adoleſcentibus prudentiæ ſingularis: qui multa edidit manuſcripta myſticæ, ac moralis Theologiæ, quæ ob ejus mortem anthore orbata, luce quoque publica caruerunt.

CIRUM.

CIvitas ab Oenotriis condita, & in Coloniam à Philoctete deducta. Crimiſſa dicta à ſuo Promontorio, ſepulchro Aretæ Alcinoi conjugis famoſo, nunc Alecium. Edito loco ſita; à Freto 4. mill. diſſita, vulgo *Cirò*; ſivè mavis græco uti vocabulo, *Ypſicron*, de qua Lycophron *in Alexandra*, de Philoctete loquens.

Illum verò & Æſari fluenta, & parva Civitas
Oenotriæ terræ, & Cenchrinæ punctum
Crimiſſa torris recipiet occiſorem.

Iſacio interpretante, quod Philoctetem Alexandri interfectorem Æſaris fluenta, atque Crimiſſa Oenotriæ, & Italicæ Terræ, nedum humo; ſed Ariſtotile teſte, *lib. de mirabilibus*, Delubris, tanquam Deitatem recipient. Indè Paternum dicta, apud Antonium Pium, *in ſuo itinerario*. Civitas Epiſcopalis, ex qua Abundantius, Urbis Epiſcopus, & Civis, Synodo Conſtantinopolitanę VI. tanquam Agathonis Papæ Legatus, & Locumtenens, interfuit; nunc poſt Pænorum cladem, Umbriatico juncta. Ejus arva quoquoverſum luxuriantia; quidquid Soli pro deliciis, neceſſitateque intereſt, Cœlo patrocinante, tenent: Pomonæ, Floræ, Baccho, Dianæ, Cereri, Neptuno, chara. Glorioſam Urbem fecere S. Nicodemus, Inſtituti S. Baſilii Magni, Sanctitate, & exemplo clarus. Aloyſius, & Antonius Giglio, in omnigena literatura conſpicui, apprimè in Mathe-

ma-

Digitized by Google

matica ; qui in Kalendarii Romani reformatione, ſub Gregorio XIII. S. P. felicitèr propriis ſedibus Eccleſiaſticos Faſtos, 1580. reſtituentes, omnium ferè Accademicorum, & Principum, amorem, laudeſque provocavere, apud Ianum Nicium, *in ſua Pinacoth.* Janus Caſoperus, refloreſcentis eloquentiæ Princeps, multorumque Operum Scriptor maximus, & impensè eruditus. Ianus Lacinius, ſubtilis inveſtigator, ac in omnigena ſcientia conſpicuus. Typis dedit Opus hoc titulo = *Pretioſa, ac nobiliſſima artis Chimicæ collectanea, de occultiſſimo, ac pretioſiſſimo Philoſophorum Lapide.* Ven. apud Altum, 1546. in 8. & Norimbergæ, apud Gabrielem Hayn 1554. in 4. Coſanus Maleni, Vir exquiſita eruditione, & omni politioris literaturæ cognitione, clarus. Angelus Cirella, Carmelitarum Calabriæ, Provincialis Magiſter, Siciliæ, & Apuliæ Commiſſarius, & Viſitator generalis, Accademicus Incultus: Plura ſcripſit panegyrica eloquentia, ſtyloque politiori, edenda, non edita. Ac Inſula, glorioſus, doctrina, ac pietate clarus, Antonius, Cathanzarii Præſul vigilantiſſimus.

CITRARIUM.

MAris proſpectui eminenter in ſaxo conſpicitur; olim Lampetia, à Phœtontis Sorore, nominata, & extructa, Lycophronio, Mela, Polybio, Stephano, & Plinio famoſa. Navale hic fuit,

uſque ad Barrii tempora, ubi Triremes fabricabantur, exuſtæ haud paucæ Iovii ævo à quodam Pirata, Barbaroſſa, communiter dicto. Frugibus jucunda, temperieque delicioſa. Hæc Patria fuit BB. Franciſci, Matthæi, & Antonii Minorum Inſtituti, de Obſervantia vocati, ſanctitate, doctrina, miraculiſque clarorum; atq; Albentij Carthuſienſis, pænitentia inſignis.

CLARAVALLIS.

A Collis amænitate, vallique contermini, ubi videtur extructum, climatis, dulcis, jucundæque temperiei Oppidum, undique fructibus delicioſum, nomen accepit. Conſpicuum in ſuo Franciſco, Inſtituti Capuccinorum, vita, & meritis venerando.

CONSENTIA.

CIvitas Auxonia, Oenotrorum incolatu, Brettiorumque, à Brettio Herculis, & Baletiæ filio deſcendentium exornata, magnificentia, antiquitate, nobilitate, titulis, literis, armis, inſignibus, cæteris præferenda, per quam Brettium nomen, & Calabræ crevere Gentes, famaque, & gloria. Numiſmata demonſtrant, in quibus ex una βρεττίων, & ex altera βρεττιων; & Tabulæ Iulii Agrii Simulacro Tyberi erecto, teſte Barrio, *de Situ, & antiquitate Calabriæ, lib.* 2. In cujus parte ſuperiori,

etſi

etſi non integrè, hæc extat Inſcriptio.

Julii Arciani U.C.& in L.*

In baſi verò ſequentia

Julio Agrio U.C.& in L.Nobilitate, Juſtitia, Clementia*
Conſpicuo,
Et à primo ætatis flore, Probato, Quæſt. Candidato pro Conſuli Siciliæ, pro Conſ. Orient.
Legato ampliſſimi Ordinis Tert. Urbi
Judicii.
Sacrarum cognitio.
Iterum ob egregia ejus in Sena. Quod illis Summus in cujus loc.
Per annos triginta ſententia vetuſtate prælucet,
Eique ea. honeſta, ſeu juſta Conſen.
Nobiliſſimus Ordo Conſen.
Statuam merita ejus perpetua ætate primus agens cum ſuis.

Solo, partim declivo, partimque plano ſita. Pagis, Oppidis, Montibus, Sylvis, & collibus, quaſi Corona undique cincta. Irrigata à Crathide, & Buſento amnibus piſculentis. Pomonæ, Floræ, Cereris, Bacchi, Dianæ, Vertumni luxurie, aruum per longum apprimè jucundatur: de quibus Fluminibus Poeta *Metamorphos.*

Crathes, & hinc Sybaris noſtris conterminus oris
Electro ſimiles faciunt, auroque capillos,
Et prope piſcoſos lapidoſi Crathidis amnes
Parvus ager &c.

Alarici, Gothorum Regis, Othonis Friderici Cæſa-

ſaris, & Aphronii cujuſdam Principis, ſepulchro, Scapha, fulmineque, famoſa. Archiepiſcopatu, (cui juncta Montaltina Eccleſia) ex quo Iulianus Conſtantinopol. Synodo VI. ſub Agathone, contrà Monothelitas interfuit, celebrior. At illuſtrior in ſuis. Vera Regnatorum, Sapientum, Bellatorum Viraginum Phœnix non moritura.

Quorum primùm Alphabetico Iuri Familiam de *Abiñante* ſubnectimus, Inſignibus Militaribus S. Ioan. Hieroſolym., Magnatum Crucium, Commendatorum, Prioratus, nec non, & Calopiziati, Crimiſſæ, Mamertique Dominatu decoratam; & teſſere; Ex qua præ aliis Heroas ille Petrus Antonius, non procul à Florentia, Militum omni exceptione Magnus Ductor, Orangio Principe à Fato ſublato, Caroli V. Cæſaris Sceptro, Claſſem gubernavit, & rexit; & S. Nicolaus, ex ſeptem illis Martyribus Fratrum Minorum, in Mauritania pro Chriſto necatus, ambo pro Fide Catholica decertavere: primus, pro gloria terrena; pro cœleſti ſecundus: enſe, & ſanguine.

Sequitur *Arduina* Proſapia, ex qua prodiere Petrus Paulus, Iocci, Marcique Dominus: & Andreas, Caroli V. Cæſaris amantiſſimus.

Inde Familia *Andreotti*, non minus in ſuis Inſignibus, ac Titulis clara, cujus Ioannes Carolus, omnigena virtute conſpicuus, Auratæ Militiæ Eques, Turturis, & Aetæ Dominus, à Carolo V. Cæſare inter ſuos Familiares, meruit amantiſſimè coaptari.

Ex

Ex Proſapia *Aquini*, Adenulphus, Caſtionis Dominus, Vallis Crathydis Iuſtitiarius, ac Roberti, Primogeniti Regis Siciliæ, Conſiliarius emeritus: & inter Equites Hieroſolym., & S. Stephani, Ludovicus, Antonius, & Ioſeph, qui Sapientibus Apollineum, Fortibus Martialem præripuere Laurum, & Palmam.

Ex *Barraccha*, Ioannes, omni exceptione major, qui fidelitate, ſapientia, fortitudine, nulli ſecundus, à Regibus, Friderico de Aragonia, & Ferdinando Catholico, Latarici, & Eboli Dominatu ſibi elargito potitus fuit. Aliiſque ex hac Progenie relictis, Cruce, Mitra, & enſe præclaris, Urbi, & Orbi: nec Parnaſſo diſſonis; inter quos Mauritius Hieroſolym. Eques, plura Opera Comica Neap. luci donavit, apud Dominicum Caſtaldo, 1615. in 4. verè Palladius, enſe, & calamo doctus.

Ex *Bernaudis*, Philippus, Ferdinandi Regis Familiaris, ex quo Bernardinus Friderici Regis, ac Regni Secretarius emeritus, ejuſdemque Principis ad Papam, & Ferdinandum Legatus, qui ob præclara geſta, Camardæ Oppidum obtinuit, cognomine ſuo Bernauda dictum, fuitque Montis acuti Dominus. Ferdinandus, Ducis titulo à Philippo II. cohoneſtatus; & Franciſcus Filius Titulo, Alcantaræ Habitum junxit, merito, & virtute præclarus.

Ex *Bombina* glorioſiſſimè prodiere Bartholus R. C. Præſes. Æmilius, Umbriaticenſis Epiſcopus. Curtius, Militaris Ordinis Eques. Paulus, Inſtituti

ti Soc. Ieſu, poſteaque Sommaſchiat. Generalis Præpoſitus, qui publico Juri fecit, apud Alegamb. *Orationem funebrem in Obitu Margaritæ de Auſtria*, Rom. apud Zannettum 1611. in 4. Aliamque Coram Summ. Pontifice Paulo V. apud Maſcardum, & Cobellum, 1612. in 4. Sequentia vero apud Toppium, cedro digna = *Breviarium Rerum Hiſpaniarum ab Hiſpania reviviſcente*, *Enneadem Primam*. Ven. 1634. in 4. = Et *Secundam Enneadem* habebat perfectam, teſte Allatio, quemadmodum & *Hiſpaniam Auſtriacam*, *Lib. XVII.* proximè edendam. = *Oratio*, *in funere Philippi III. Hiſpaniarum Regis*. Mantuæ, apud Franciſcum Oſannam, in 4. & Sermone italico = *La Vita di S. Ignazio Lojola*. Neap. apud Lazarum Scorigium. 1615. in 8. Bernardinus in Legalibus impensè doctus, qui Typ. donavit, *Conſilia*, *Quæſtiones*, *atque Concluſiones ad diverſas cauſas*, *ac frequentiores*, *quæ in jure verſantur*. Ven. apud Franciſcum Franciſci, 1574. in fol. ſimiliter, & *Repetitiones aliquot in Titulum de verborum obligat*. Ven. apud Franciſcum Tenenſem. 1583. in 8. Aliique plurimi, qui Acies, Aulas, Aras decorant, dum decorantur.

Ex *Caroleis*, Antonius, ex Epiſcop. Oppiden, Biſiniani Antiſtes; & Nicolaus Antonius propè Caſtrovillarum cujuſdam Pagi Baro, Renatique *de Angiò* Acierum Imperator.

Ex *Brittis*, Ceccus, & Rogerius, Cropalati, & Petrepaulæ Domini; & Joan. Baptiſta, à Siſto V. Pon-

Pontifice ad Pretejannem Æthiopię Regem pro Legato miſſus, multis dignitatibus honorariis inſignitus.

Ex *Caſella*, Thomas, qui Cathedras Oppidanam, & Cavenſem prudentiſſimè regendo, Eccleſiæ ante vixit, quam ſibi, translata dignitate, nil Dignitatis amiſſurus: ſed de hoc ſuo loco.

Ex *Cuzzolina*, Divus Sylveſter, Congregationis Sylveſtrinæ Inſtitutor, & Abbas Auximi. Carolus, Eccleſiæ Vritanæ, & Puteolanæ Infula glorioſus. Pompejus Vallis S. Primi Baro; & Franciſcus, Cervicati Dominus, & Joſeph filius, eques Hieroſolym. qui Patriam, & ſuos glorioſo honeſtamento munerarunt, mytra, cruce, & clypeo.

Ex *Caſtillionea Maurella*, Ptolomæus, Vallis Crathidis, & Terræ Jordanæ Juſtitiarius, Ioannæ Pater, Gualterii Ducis Athenarum, Brennæ Domini, Comitis Aletii, conjugis emeritæ, cujus filius aliquando Florentiæ Gubernium tenuit, apud Franciſcum Manfredi. Franciſcus Rheginæ Cathedræ adminiſtrator. Odoardus, Imperatoris Orientis Cubicularius. Nicolaus, Marani Dominus. Alphonſus Conſentiæ Pręſul, in omnigena ſcientia pręclarus. Franciſcus in Germania, Equitum Pręfectus, Equitatus S. Eccleſię Generalis Legatus, & Imperator. Coſmus Poeta eximius. Didaeus, Marchio Vallis Longę. Fabritius, ex Principibus Antiochenis, Author Operis cujus Titulus: *De Patritia Conſentina Nobilitate Monimentorum*

Epi-

Epitome, (à quo multa pro noſtris laboribus excerpſimus) Ven. MDCCXIII. apud Hieronymum Albritium. Aliique non pauci, Majeſtate, Sapientia, æquè ac pietate perpetim conſpicui.

Ex *Cavalcanti*, Feudis, Infulisſque præclara, exiere Philippus, Reginæ Joannæ Cubicularius, Serlitanique Dominus; cujus Familia Geruntiæ, Petremalæ, Serræ, Turani, Malueti, Rheginæ,dominatum exercuit. Infula glorioſi fuere, Ludovicus, Nuſci, & Biſiniani Præſul, & Petrus, Puteolorum Antiſtes; aliique plurimi Cruce Hieroſolymit. percelebres; Faſtis, ac Factis ſemper laudandi.

Ex *Cicala*, Bernardinus, apud Reges Aragonios Legati munere functus, multa à Regibus honoraria,& inſignia de Patria meritus impetravit.

Ex *Conteſtabili Ciaccia*, Petrus, Regius Conſiliarius, M. C. U. Iudex emeritus. Marcus, Septingiani Dominus, ejuſque Succeſſores, Crotonei, ac Auſſarii dominatu potiti; Avi fama præclari.

Ex *Curatis*, Ludovicus, Fridericus, & Ioannes Baptiſta; primus, Caſtri Quaratæ in Apulia Dominus: Secundus Regius Familiaris; & tertius, S. Jacobi Baro; dubitandum utra virtute majores, ferro, an ingenio?

Ex Othonis *Dattili* Proſapia, S. Paulæ, Bellimontis, Conſæ, S. Theodori, S. Angeli, Foſſecechæ, Vallisnolę, Rovarę, Candidi, Petręmalę, ac Carcabottaccę Domina, prodiit Andreas, ęvo Caroli III. Calabrię Juſtitiarius, cujus deſcendentes

Gaz-

Gazzellę Baronia, ac S. Catharinę Marchionatu potiti ſunt. Nicolaus Maria, Archiepiſcopus Roſſanenſis. Gregorius, Eques Hieroſolymitanus, & Capuæ Prior. Alphonſus in Acie, incomparabilis Miles, qui unica dumtaxat pugna, ſeptem Hoſtium Vexilla, pro valoris Teſſera reportavit. Robertus Conſentiæ, Cathanzarii, Lupiarumque Præſes: in Flandria Supremus Tribunus Militum à Philippo IV. Catholico Rege, Villæ franchæ Marchionatu redimitus; aliique plurimi digni, qui tanto Parenti ſuccederent.

Ex *Ferrai* Familia, Rugerius Paterni, Dipiniani, & Belſiti Dominus. Gottifredus, Teſſani, Siciliani, Gazzellæ, ac Venerelli Oppidis, Feudiſque potitus eſt. Antonius, Mattafolloni, Sancti Soſti, & S. Agathæ dominator; pietate magnifica, Fratrum Minorum Inſtituti de Obſervantia Reformatorum Conſentiæ Monaſterium, proprio ære, & ſumptibus erexit, & auxit. Et Cæſar S. Agathæ Princeps, Fagiani, Sangineti, & Luciorum Dominus; Europæ Principibus familiaritate devictus, celebres Majorum laudes propria virtute cumulavit; & Ioſeph, Niceæ Archipræſul.

De Epaminondæ *Ferrariis*. Bernardinus, Biſinianenſis Eccleſiæ Præſul, quo uno ejuſdem ſollicito Capite, libertas Eccleſiaſtica ſecuritate non caruit: & Carolus in Romana Curia Advocatus celeberrimus.

Ex Familia de *Francia*, Paulus, Urbis Lega-

tus ad Reges Aragonenſes, tot prædītus dotibus, ut illum incolumem probarint Principes, Populi, & exteri, amiſſum omnes ſuſpirarint.

Ex *Cajetæ* Proſapia, Franciſcus, Epiſcopus Squillacenſis. Gottifredus, Regius Conſiliarius Alphonſi I. R. C. Locumtenens. Philippus, Commendatarius Melitæ, Magna Crux, & alii, qui rerum proviſu, conſiliorum diſpoſitu, fandi vi, Principum admirationi fuere.

Ex Familia *Garofali*, Franciſcus, apud Ferdinandum Regem, Urbis Legatus, M. C. V. Judex emeritus; & Alexander Eques Hieroſolym., qui Religionem, & Fidem pro heroica ſibi Teſſera propoſuiſſe meritò creditur.

Gervaſia Gens, Literis eminens, Sanguine nobilis, Inſignibuſque præclara; Militari Privilegio, Equitatuſque Decore, à Carolo V. Cæſare, & Ioanna per Alexandrum inſignita, *ann.* 1520. 23. Octobr. atque à Carolo VI. Imperatore ſemper Auguſto, 1701. 17. Martii ſpeciali Diplomate confirmata; Comitatuſque S. R. J. Teſſere in perſona Rochi Hieronymi tota Poſteritas redimita per eumdem Auguſtum ſub die 2. Aug. an. 1713. Neapolim primùm, ubi originem traxit, dein Conſentiam, ubi Incolatum ſtabilivit, & ſedem, tam inſitis, quam aſcitis virtutibus, Acie, Aula, Parnaſſo decorat, dum decoratur.

Ex *Longorum* Stirpe, Filippus S. Joan. Hieroſolym. Cruce redimitus, contrà Thraces in Rhodia-

diano Conflictu, nulli ſecundus. Agnellus M.C.V. Judex emeritus. Agnellus II. S. Juliani Marchio; aliique non pauci, ſuorum meritis pares.

Ex *Loriæ* Proſapia, Rugerius, Maris Præfectus, Petri Regis Aragoniæ, Conſentaniæ Comes, Lauriæ, Terrænovæ, Aetæ, Turturæ, Laculnigri, aliorumque Oppidorum Dominus; Vir ad Regiæ armorum Præfecturæ culmen ingreſſus, bellator, & debellator in quinquaginta ferè præliis sẽper invictus. Tanta geſſit, ut Famæ geſtorum numerus officiat.

Lupinacci Familia, undiquè glorioſa Titulis, famoſa Sanguine, atque Pietate, Literiſque præclara: Urbi, ubi ſplendidè degit meritò adnectenda. Ipſa etenim Nobilibus Torani, Sartani, Lupinaciorumque in Sila Sylva inſignita Feudis, redimita Connubiis cum Cavalcantibus de Aragona ex Torani Ducibus, Seriſalibus, Majoranis Gineti, Dactylis Villæfrancæ Marchionibus, Siſcharis, Ferrariis Zinghæ, Macchiæque Dominis, Rotis Gerentiæ ex Principibus, Guarinis, Licienſibus ex Aleſſani Ducibus, Belveriiſque, S. Catharinæ, & Cervicati Dominis, perpetim ſibi, ac ſuis ornamentum ominatur, & laudem; nec minor pietate in ſuis Euphraſia, & Antonia Inſtituti Seraphici Capucc. famoſis, atq; exemplo: Sapientiaq; futuræ expectationis in ſuo Vincentio Maria, Ord. Prædicatorum; qui in juventutis flore Montaltum, ejuſdemque Urbis B. M. Virginem de Serrone Patronam, & Protectricem, nativitate auxit, peregrina eloquentia decoravit.

Familia *de Majo* in Nobili Montana Neapolis Seſſione deſcripta, ab ann. 1533. apud Fabric. Morelli *in ſuis de Patric. Nob. Conſ. Monimentis*, in Urbe commorata; Mitra Inſulana, Heroſolymitana Cruce, atque connubiis per quinas generationes cum Spinis, Spiritibus, Caſtilionæis Maurellis, Toſtis, Rubeis, Cavalcantibus ex Rotarum antiquis Dominis, ac Alimenis ex S. Martini Baronibus, famoſa, atq; illuſtris.

Ex *Mangoni* Familia, Joannes Ferdinandi Regis ævo, literis impensè eruditus, & Collegii Spinellorum Patavii Prior. Valerius, inter illuſtres Heroas, quem Carolus V. Cæſar, Conſentiæ, tanquam familiarem accepit.

Ex *Marano* Stipite, plures virtute, & prudentia præditi, prę aliis Rugerius, Gilibertus, & Philippus, qui pręter Maranum, Caletum, Sabutiumque, quę diutius, tanquam Domini, tenuere, Regibus Aragoniis Cubicularii, armis, literis, rebuſque publicis ſummè pręclari extitere.

Familia *Martirana*, ex Mamerti Civitate, cujus dominio per multos annos potita, nomen ſumpſit; nobilitate, antiquitate, literis, ac titulis glorioſa. Prodiere ex hac Proſapia duo Viri omni exceptione majores, Bernardinus, & Coriolanus. Bernardinus omnigena ſcientia clarus, Caroli V. Cęſaris, Regnique Neapolit. Secretarius extitit, eidem Imperatori amantiſſimus, apud quem Auguſtus ille, hoſpes Neap. triduò permanſit: Coriola-

Ianus verò doctrina, & Inſula S.Marci preclarus. De primo hęc Inſcriptio apud Laurentium Schradero in Monumen. Italię legitur.

Bernardinus Martyranus Conſentinus, Imperatoris Caroli Cæſaris Auſtrii à Conſiliis in Regno Neapolitano Secret. qui magnis domi, Militiæq; functus honoribus, decus vetuſtiſſ. familiæ auxit ſua Virtute, & dignitate, poſt labores honeſtè, fortiterque ſuſceptos, ex opere novo concharum Nymphæum hoc, genio poſuit, & ocio liberali.

MDXXXIV.

De ſecundo, multa Monimenta cedro digna, eruditionibus plena, publico Iuri data leguntur, qualia ſunt.

Coriolani Martyrani Conſentini, Epiſtolæ familiares. Neap. 1556. in 8.

Coriolani Martyrani Conſentini, Epiſcopi S.Marci Tragediæ VIII. Medæa. Electra. Hippolytus. Baccha. Phæniſſæ. Cyclops. Prometheus. Chriſtus.

Comediæ duæ. Plutus. Nubes.

Odyſſeæ; Lib. XII.

Batrachomyomachia.

Argonautica. Neap. 1556. Ioan. Marius Simoneta Cremonenſis excudebat, in 8. Aliaque plurima apprimè commendata apud Barrium, Martyranum, & Quattrimanum. De quo Scriptore Antonii Guidonii Epiſtola hęc inter alias in ſuo Muſęo legitur, apud Nicodemum in ſuo *Additam. pag.* 64.

Legi

Legi Volumen Epiſtolarum. Peream malè, niſi latinæ viſæ ſunt, ſimplices, rectæ, & quæ non? totæ Atticæ. Cave enim exiſtimes hoc auribus tuis dare. Sed me hercule ita res habet, magnus Vir es Coriolane, & cujus paucos pares in omni, & doctrinæ, & ſcribendi genere reperiri putem poſſe. Nam & Phæniſſæ Euripidis, & Medæa, & Electra; Addo etiam Ariſtophanis Nebulas, & Plutum, ita à te ſunt Latinæ factæ, ut ne Græca quidem meliora eſſe ſtatuam. Item quos ex Homeri Odyſſæa Libros XII. Latinis verſibus, reddidiſti, ſic admiror, ut cum à Virgilio diſceſſi, hos vel omnium probem maximè. Scripſiſti præterea Chriſtum, Tragædiam, Dii boni, quam gravi figura dictionis &c. quaſque in manibus Tragædias habere te reliquas audio, Cyclopem, Prometheum, & Bacchas, ut abſolvas abs te vehementer peto, &c.

Ex *Matera* Familia, Philippus, ultrà Pharum Secretarius Regni; demumq; Mamertinus Epiſcopus. De quo in Tumulo.

D. O. M.

Philippo de Matera, ex Urbe Conſentia,
Brytiorum Metropoli Epiſcopo Martyranenſi,
Friderici II. & Conſtantiæ ejus Uxoris Auguſtæ
Regni utriuſque Siciliæ Magno Cancellario,
Qui anno à Virgineo Partu milleſimo ducenteſimo, vigeſimo ſecundo

In-

Interfuit Dedicationi majoris Eccleſiæ Cuſentiæ
Franciſcus Epiſcopus Martyranenſis
Viro Optimo; ex materno genere conjuncto
Ob Deliam Hieronymi ex Familia de Matera
Patritii Conſentini filiam,
Ex qua, & Joan. Paulo, ex Familia Monacho
Patritio Cuſentino,
Et Pontificii, & Cæſarii Juris Conſulto
Conjugibus idem Franciſcus natus eſt,
Et ut vetuſtate jacentem à temporum injuria
Vindicaret
Hoc amoris ſui monumentum poſuit
Kal. Martii, anno à Jeſu Chriſto nato
Milleſimo ſexcenteſimo quarto.
Clemente VIII. Pontif. Max.
ann. ejus decimo tertio.
Philippo III. de Auſtria
Regnante.
Anno Regni ejus ſexto:
Et Epiſcopatus ejuſdem Franciſci Monaci
Anno duodecimo.

Procopius, Conſiliarius à latere, Supremi Imperialis Viſitatoris. Guillelmus, Duni, & Mayerà Dominus. Angelus, in Picentinis, Hytpiniſque Prorex, & Magnus Cubicularius. Sylveſter, Anglonenſis Epiſcopus. Trauenſis Præſul Berardus. Et Nuccius, Caſtrifranci Dominus, cujus Nepotes, Oppido Pictarellæ potiti, Hieroſolymitanis Inſigni-

gnibus, aliiſque honorariis Teſſeribus, Urbi, & Orbi clari extitere.

De *Merenda*, Alexander, Legatus Ioannis Auſtriaci ad Pium V. S. P. in Navali conflictu contrà Thraces, Miles emeritus, ac inter Romanos Patricios pro meritis meritò coaptatus.

Ex *Migliareſi* Familia, olim multis Inſignibus, Cruce, ac Feudis Malueti, & S. Maurelli decorata, Philippus bina legatione pro Urbe ad Reges Alphonſum, & Ladislaum optimè functa, regalique munificentia remunerata; & Nicolaus, locum tenens generalis Calabriæ, prodiere, ambo ardua meritorum faſtigia ſine faſtu ſcandentes, laude, & præmio.

Ex *Pariſiis*, Matthæus, cui Alphonſus II. Rex ob grata merita Feudum Monaſſe de Alibrando, ann. 1494. conceſſit. Andreas, Ferdinandi I. à Secretis amantiſſimus. Hieronymus, Dux Equitum, cui à Corduba, Generali Capitaneo Roccæ Caſtri expugnatio potiſſimum commiſſa fuit. Petrus Paulus ex Rugerio, Urbis, & Orbis decor, inſignibus, & literis: Lector publici Juris Romæ, Patavii, & Bononiæ. 1521. & 22. Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor: Nuſci Epiſcopus, 1538. Eccleſiæ Anglonenſis Adminiſtrator, ac demum S.R.E. Cardinalis emeritus. Iuri dedit Opera, quæ ſequuntur.

Conſiliorum Petri Pauli Pariſii, S.R.E. Cardinalis ampliſſimi, Pontificii, Cæſariſque Iuris Conſultiſ. Parſ. I. II. III. & IV. Ven. apud Bevilacquam, & Socios, 1570. Et per Toppium adhuc Francof. 1590.

= *Su-*

Digitized by Google

= *Suprà 2. Librum Decretalium 1. in Cap. Præſentia. Et in Cap. quam contra de probat.* = *De Teſtibus. De Exceptionibus. De Præſcriptionibus.* Ioan. Baptiſta Zilettus in Ind. lib. Iud. fol. 11. à t. Demum honorificis laboribus perfunctus, quietem ſibi, mærorem ſuis, memoriam omnibus immortalem reliquit: Oldoini, Guidonis, Theodoſii, omniumque Eruditorum laudibus, nunquam ſatis laudandus, hoc Epitaphio

Petro Paulo Pariſio Coſentino
S. R. E. Presb. Card., qui ob ce-
Lebrem Juriſprudentiæ famam
In nobiliſſimis Italiæ Catedris
Spectatam à Paulo III. Pont.
Max. Bononia Romam accitus,
Apoſt. primùm Cameræ Au-
Ditor creatus, mox in ampliſſi-
Mum Ordinem adſcriptus, ſignan-
Diſque gratiæ libellis Præpoſi-
Tus, Sacri tandem Concilii Trid.
Legatus, & Præſes electus, ut
Vivens ætatis ſuæ, Chriſtianæque
Reip. conſilio, atque virtute;
Ita poſt mortem præclariſſimis
Editis ingenii atque doctrinæ mo-
Numentis plurimum poſteritati
Profuit.
Obiit V. Id. Maii anno Salutis
M. D. XLV. ætatis ſuæ LXXII.

P *Fla-*

Flaminius Pariſius Epiſcopus
Bitontinus
Gentilis ſui ſtudiorum, & glo
riæ emulus,
Patriæ, & familiæ ornamento
Fieri teſtamento mandavit, qui
vixit annos XL.
Fabritius Gaieta, & Proſper Pariſius
Executores curar. An. MDCIV.

Corpus humo tegitur
Fama per aſtra volat.
Spiritus Aſtra tenet.

Ioannes Paulus Pariſius ex Thomaſio, dictus Aulus Ianus Parrhaſius, Ferdinandi II. Regis amantiſſimus, ac Domini titulo, ob egregia ejus facinora ab eodem Principe cohoneſtatus, virtutum omnium, ac omnigenæ eruditionis, Orbi clarus, Romanæ Cathedræ Profeſſor publicus à Leone X. hac Bulla in Phano S. Ioann. ad Carbon. ſervata, vocatus = foris = *Dilecto filio Iano Parrhaſio*. Intus verò =

Leo PP. X.

Dilecte Fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cupientes ut Romanum Gymnaſium optimis Doctoribus abundet, quo ii, qui ſe bonis artibus dediderunt, ea ex re percipere fructus uberiores poſſint; de tua in ſtudiis mitioribus, doctrina certiores facti, ad ea docenda, profitendaque Romæ publicè te eligimus, ſtatuimuſ-

Digitized by Google

masque, ut ſingulis annis ducentos aureos haberes. Quamobrem hortamur te, ut ad Urbem quamprimum te conferas: libenti enim, & paterno animo te videbimus. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris. Die XXVIII. Septembris MDXIII. 1. Anno ſecundo.

P. Bembus.

Sequentia Orbi literario apprimè chara, commendataque publicè fecit.

In Cl. Claudianum, de raptu Proſerpinæ. Baſileæ ex offic. Roberti Winter. menſ. mart. 1539. in 4.

Epiſtolæ Heroides Ovidii Comment. Ven. apud Joan. Tacuin. de Tridin. 1522.

P. Ovidii Naſon. Heroides. Brixiæ, apud Ludovicum Brittanicum. 1551. in 4.

Compendium Rhetoricæ ex optimis utriuſque linguæ Auctoribus excerptum. Baſileæ, apud Robertum Winter. 1539. in 8.

Epiſtolæ, Oratio, & Annotationes in Ciceron. Orat. pro Milone. Pariſ. 1567. in 8.

Oratio ante prælec. Epiſt. Cic. ad Atticum, in 1. tom. Theſaur. crit. pag. 820. & 827.

In Horatii Flacci Artem Poet. Comment. in luc. aſſert. Neap. apud Joan. Sulztbacchium. 1531. in 4.

Jani Parrhaſii Syllogge IV. de rebus per Epiſtolam quæſitis, aliàque ad rem criticam ſpectantia bis edita 1. apud Enricum Stephanum in 8. & 2. apud Gruterum in pr. Tom. Theſauri crit.

Super Ovidium in Ibin Comment. eruditiſſ. apud

Gaddum. 2. Tom. de ſcript. pag. 182. & apud Barrium lib. de Sit. Calabr.

Super Ovid. Metamorphoſ. Annotat. apud Geſnerum.

In Livium, ac Lucium Florum. apud Parrhaſ. in ſuo Comment. ſup. Claudian.

In Ciceronis Paradoxa MS.

Liber de Viris Illuſtribus, MS.

In C. Balbi lib. tres in fol. MS.

Prælectiones in Auctores diverſos MS.

In Cæſaris Commentarios MS. ac Valerium Maximum MS. aliaque, æternitati donanda.

De noſtro Parrhaſio, in ſuo Italiæ Peplo, ſic Joannes Toſcanus.

Ianus Parrhaſius.

Ille ſui Ianus Sacli Varro, ille veternum
Torpentem excuſſit, turba magiſtra, tibi.
Abdita Cecropiæ doctrinæ clauſtra refregit,
In Latiumque tuas tranſtulit, Hellas, opes,
Nec ſatis eſt veterum, quod natum ænigmata ſolvat,
Ille etiam numeros exprimit arte pari.

Parrhaſius Conſentinus, Vir eruditione non vulgari, nullique profeſſorum latinæ eloquentiæ ſecundus, ſumma cum laude Mediolani, ac Romæ litteras publicè docuit. Extant ejus Commentaria in Claudianum, ac Naſonis Ibin, & Liber præclarus de rebus per epiſtolam quæſitis.

Et Iovius in laudem ejuſdem, ſuis in Elogiis.

Du-

Duxerat uxorem Demetrii Chalcondylis filiam, qua felici cognatione, & Socer, & Gener mutui ſuffragatores in ſcholis utriuſque linguæ Imperium tenuerunt; tanta Parrhaſii fama, ut Trivultius ſummæ dignitatis ſexagenarius Imperator inter Iuvenes Auditores conſpiceretur, &c. Unde relictis Barrio, Bernardino Martyrano, Enrico Stephano, Bartio, aliiſque eruditis Scriptoribus; hoc unum dumtaxat doctiſſimi Viri de Quattromano, in ſua Conſentia, ſivè de Urbis Conſentiæ principio, & exordio, de Parrhaſio, etruſco ſermone ſubnectam.

Giovanni Paolo Pariſio, detto poi in tempo, che i Letterati ſi cambiavano i nomi, Aulo Giano Parraſio, fù huomo di molto giudizio, e di molte lettere, e così dotto nella lingua Greca, e nella Latina, che ſe ne portò il pregio di quanti Valenthuomini fiorirono all' età ſua. Leſſe molti anni pubblicamente a Milano, e con tanta dottrina, e con tanta eloquenza, e con tanta ſoavità di voce, che Gio: Iacopo Trivulzio Capitano d' eſtremo valore, e pieno d' anni, e di gloria era ſpeſſo ad aſcoltarlo, quando egli leggeva in Cattedra. Fù chiamato da Leone X. a Roma, e con aſſai oneſte condizioni, dove leſſe qualche tempo, non ſenza molta ſua lode. Al fine aſſalito dalla podagra, non eſſendo ancora molto vecchio, ſe ne tornò alla Patria, dove ſi morì trà gli abbracciamenti de' ſuoi. Scriſſe un Comento ſopra la Epiſtola di Orazio a' Piſani: Sopra l' Ibi d' Ovidio; un volume delle coſe, che li furono cercate da gli amici per lettere, diviſo in XX. libri, mà non ne furono

da-

dati fuori fuor che trè, i quali furono impreſſi à Parigi, e dedicati à Ludovico Caſtelvetro. Coſtui fù d' ingegno così ferace, e compoſe tanti libri, che ſe lo non l' aveſſi veduti co gli occhi proprii, non crederei mai, ch' egli n' aveſſe potuto comporre un numero così grande; mà egli portò al ſuo perfetto termine tutti queſti libri, i quali ſi conſervano tutti nella Libreria di S. Giovanni a Carbonara, ch' è in Napoli. Una eſpoſizione ſopra i trè libri dell' Epiſtole ad Attico, ſopra il primo dell' Oratore, e ſopra i Paradoſſi di Cicerone; alcune Annotazioni ſopra Livio, e ſopra Lucio Floro, ſopra i Comentarj di Ceſare, e ſopra Valerio Maſſimo, e ſopra le Selve di Stazio. Un Comento ſopra l' Elegie di Tibullo, e ſopra le ſatire di Giovenale, e di Perſio, e ſopra i trè libri di Cornelio Tacito, e ſopra l' Epiſtole d' Ovidio, e ſopra il primo Libro dell' Ode d' Orazio, e ſopra Valerio Flacco. Un Trattato di Sibari, e di Crati, e della Città di Thurio. Un libro di Epiſtole ſcritte a diverſi amici. Un libro di tutt' i ſuoi verſi, dove ſono così vaghe Elegie, e così nobili Endecaſillabi, che non cedono punto a li antichi. Un libro di verſi, e di Lettere ſcritte di diverſi amici al Parraſio. Un Comento ſopra il libro delli Uomini illuſtri, che và ſotto nome di C. Plinio, e ch' egli vuole, che ſia di Cornelio nipote. Portò da greco in latino Pauſania. Sciſſe una Rettorica in Latino, che non è punto da ſprezzare. Un Libro di Proemii ſopra quei Libri, ch' egli aveva ſpoſto nelle Cattedre; & ultimamente un' Apologia contro un certo Furio, che l' aveva

tocco, e trafitto, piena di tanta dottrina, e di coſe coſì ripoſte, che in queſto genere non mi ricordo d'aver letto coſa migliore, &c.

Ex *Paſcalibus*, Franciſcus Galeotti, Cerillorum, & Caſtrocucchi Dominus, Regiſque Ladislai familiaris emeritus. Prȩfatis Caſtris, Lainȩ, Caſtellucci, & Scaleȩ dominatum adjunxit, virtute, & prudentia conſpicuus. Scipio Caſalis Montis Ferrati Epiſcopus, utraque lingua impensè eruditus, ac in rebus agendis prudentiſſimus. Ad Regem Catholicum Legatus pro Mantuȩ Duce, ad Purpuram pro merito exaltandus, ni immatura morte quieviſſet. Philippus Rhegius Conſiliarius, ac prȩſtantiſſimus ſcriptor: eruditè etenim edidit opus, *de Viribus patriæ poteſtatis*, elegantia, & eruditione conſpicuum: & Adam, Præſul Alamentinus, Infula, & Calamo glorioſus.

Ex *Paſſalacqua* Familia, Cæſar, Carolo V. Cæſari, ob ſui egregia merita, fidelitatemque, amantiſſimus, fortitudine, ac dexteritate incomparabilis, dum præliaturus contrà Gallos ſub Ticino, unus fuit ex Equitibus, quibus Franciſcus I. Galliæ Rex, ſe victum dedit, & captivum: Et Mutius, Inſtituti Hieroſolymitani Eques inclitus, qui ob clara merita, in Claſſibus, juxtà maritimas Hiſpaniæ Oras, ſanguine proprio acquiſita, Regia magnificentia, honorariis inſignibus, atque impenſis fuit cohoneſtatus; Succeſſoribus prȩmia continuando, & honores augendo.

Ex

Ex *Prati* Proſapia, Antonius, Antonuzzo dictus, Regius Conſiliarius, ac Feroleti, pro pręmio laborum Dominatu potitus; prudentia, & fidelitate pręclarus.

Ex Familia *Quadrimana*, Hieronymus, celebris J. C. Regius Conſiliarius, R. C. Pręſes, Gioję, & Seminarię Dominus. Galeottus, Epiſcopus Crotoniatenſis. Rugerius R. A. Ludovici III. Conſiliarius; & Sertorius, Phænix Literatorum, ſui temporis, nulli in omnigena eruditione ſecundus. Publici juris fecit, ſermone hetruſco, Monimenta plurima, Urbi, & Orbi clara, qualia fuere.

Rime di Monſignor Giovanni della Caſa, ſpoſte dal Signor Sertorio Quattromani. Neap. apud Lazarum Scorrigium, 1616. in 4. Quę Expoſitio in fine Poęmatum, Proſarumque Horatii de Martha reperitur apud Carolum Framontanum.

Lettere di Sertorio Quattromani, Gentiluomo, & Accademico Coſentino, diviſe in due Libri. E la Traduzione del Quarto dell' Eneide di Virgilio del medeſimo Autore. Neap, apud Lazarum Scorrigium, 1624. in 8.

Le Iſtorie delle guerre fatte in Italia da Conſalvo Ferrando d'Aylar di Cordova, detto il gran Capitano; tradotte in Lingua Toſcana da Sertorio Quattromani, detto l'Incognito Accademico Coſentino. Neap. apud Joan. Iacobum Carlino, 1607. in 4.

La Filoſofia di Bernardino Teleſio, riſtretta in brevità, e ſcritta in lingua Toſcana dal Montano Ac-

Digitized by Google

Accademico Coſentino. Neap. apud Ioſephum Cacchi, 1589. in 8. Conticet vero nomen ſuum Quadrimanus, ob rationem adductam in Epiſtola ſua ad Joannem Mariam miſſa. *Io non cerco* (ut ſcribit) *loda niuna da queſto Libro, e vedaſi, che non ci hò poſto il mio nome &c.* Ad pag. 137.

Dialoghi dell'Impreſe.

Diſcorſi delle bellezze del Petrarca.

Altro diſcorſo de'luoghi tolti dal Petrarca d'altri Scrittori.

Trattatello, nel quale ſi moſtra, che il Petrarca, prepone anche le Lettere all'Armi.

Spiegazione del detto Petrarca, maſſime ſopra il Sonetto : Giunto m'hà amor frà belle, e crude braccia &c., ut in ſua Epiſtola ad Joan. Baptiſtam Ardoinum, num. 129.

Dichiarazione d'alcuni luoghi di Plauto; ut in Epiſtola, ad Franciſcum Molli, num. 75.

La Coſenza vindicata, e lodata. Apud Fabritium de Gaeta, in una ex Epiſtolis Quadrimani, num. 85.

Sopra il Dante. Ut in Epiſtola ad Franciſcum Antonium de Amico, n. 110.

Spoſizione ſopra Demetrio Falereo, Ermogene, e Dioniſio Longino, apud Franciſcum Antonium Roſſi, in dedic. Epiſt. Quadrimani ad Ferdinandum de Mendozza. Aliaque plurima MS. uti creditur apud Petrum Valerum, teſte Nicod. in ſuis Additam.

Digitized by Google

De *Rocchi* Familia, Joannes, & Bernardinus, Legatorum munere potiti pro Urbe ad Aragonios Reges prudentia, & dexteritate conſpicui.

De *Rubeis*, Thomas, qui Geruntinam Eccleſiam optimè rexit, ann. 1425. & Joannes Hieroſolimitanus Eques emeritus.

Ex *Samblaſia*, Rugerius Lacconiæ, Samblaſii, Bervicati, & Mayera Dominus, ac in Calabria Juſtitiarius Vallis Crathydis, & Terræ Jordanæ. Philippus, S. Antonii, Rocchettæ, & Porcilis dominatu, cohoneſtatus. Hieronymus, Ordinis Prædicatorum, & Collegii Conſentini Regens, Typis dedit hetruſco ſermone = *Il Ragnaglio di Coſenza, e di Trentuna ſue Nobili Famiglie*. Neap. apud Vid. Lazari, 1639. in 8. Bartholomæus, Campanæ Princeps, Cruſiæ Dux, Cariathi, Terræ veteris, Calopitiati, Petræ Paulæ Mandatiritii, Caliviti, & Buchilerii Dominus. Et Paulus, Malueti, olim Tempſæ dominio præditus; Inſignibus Hieroſolym. & Calatrav. Proſapia glorioſè redimita, ac Hiſpaniarum Magnatu præclara.

Ex *Scaliona* Proſapia, à Regibus Normannis derivata, exiere Robertus Comes, 1141. Magnus Regni Comeſtabilis. Franciſcus, Mareſcallus Regni, Mamertique Comes, aliique plurimi, qui Caſtris Altiliæ, Grimaldi, Rendarum, Mottæ S. Luciæ, Philocami, S. Felicis, Mandaradoni, S. Nicolai, Limbadi, Caroni, Cruculi, Colubricæ, Conflenti, Marani, Cirellæ, Pittarellæ, ac Sciliani,

glo-

glorioſè ſunt dominati, paterna laude clari, & ſua.

Ex Proſapia de *Schinoſis*, Antonius, Familiaris, & Cambellanus Ladislai Regis, & Feudatarius; ſuique ſucceſſores ab Alphonſo Rege, multis inſignibus, ac titulis cohoneſtati.

Familia *Seriſalis*, quam à Xerſe, perſarum Rege, nonnulli, vel à Ruperto Sorrento Campanorum Principe, penes alios derivatam dixere: titulis, inſignibus, ac feudis in hac Urbe ſemper glorioſa extitit; cujus ſucceſſores in Petro, Bartholomæo, Joanne Baptiſta dominatu Mottæ, Fajani, Petræmalæ, Sabutelli, Laci, Cropani, Zagariſii, Cervicati, Ceriſani, Marani, Serræ de Leo, aliorumque Caſtrorum plurimum effulſere; ac Infulis, Tribunitia Poteſtate, Equitumque Teſſeribus inſignita: invidens nemini, & nemini inviſa: gloria, & majeſtate.

Proſapia *Spadafora*, quæ in Sicilia ultrà Pharum, inter Principes apprimè elucet: Meſſana verò Conſentiam in perſona Fabii, & Ioannis Baptiſtæ appulſa circa annum 1444. ob graves cum Barreſia familia ſimultates, inter Conſentinos Patritios illicò, cooptata, Feudis, ac Titulis maximoperè enituit. In Equitum Præfectura glorioſa: in Pagis, Caſtris, & Oppidis, minimè inglotia. Eſt etenim potita Lutiorum, Roſarumque Caſtris, Nucis feudo, & Aquæ formoſæ Vico. Cujus de Stemmate Nomen, de nomine Animum, de animo Geſta, ſi-

ne jactantia divinabis. Ex ea, præ aliis prodiere B. Dominicus, Ordinis Prædicatorum, doctrina, & Sanctitate præclarus nec non & Adrianus Guilielmus, Vir in rerum antiquarum Encyclopedia verſatiſſimus, ad quem, dum Neapoli per ſpatium 90. annorum verſaretur, periti omnes, tam exteri quam noſtrates conveniebant, ut antiquariis Cumis, Puteoliſque ſummo ſtudio repertis, ſolarentur. Archiviarius Regiorum quinternionum, in ann. 1536. apud Toppium in ſua *Bibliotheca*, de ſuis, de alienigenis optimè meritus. De quo in ſuis *Elogiis* Iulius Cæſar Capaccius, *fol.* 337. & Bernardinus Rota, *in Lib. de Epigrammatibus*, talia reliquere Monimenta.

Uror, amo, excrucior, divellor, ſaucior, odi
Surripior, jactor, reſtituor, taceo,
Iraſcor, fugio, ſileo, queror, inſequor, opto,
Deſpero, ſpero, decipior, metuo.
Hæc in amore meo ſunt mi Gulielme, nec ipſe
Heu mori, cùm jam vivere deſierim.

Aliud.

Ecquis te melius poterit Gulielme referre
Furtivas ſcripſit, quas modo Porta notas?
Ecquis item melius poterit te Porta referre,
Quæ Gulielmus habet ſigna vetuſta domi?
Dat lucem chartis alter, dat vivere ſaxis
Alter: ita ingenio, ut ſanguine, utrique pares.
Alter utrumque refert: ſic uno nomine ſi quis
Alterutrum dicet, dicet utrumque ſimul.

Ex

Ex Proſapia *Salerni*, Roſarum Marchionatu, Martis, Minervæque Inſignibus decorata; inter alios virtute, ac doctrina claros, prodiit Ioan. Baptiſta, Societatis Ieſu, literis eminentiſſimus, qui pro Sancta R. E. multa exantlatus, Geſtorum merito, ſapientiæ cumulo, Clementis XI. judicio, ex ſui Virtutum candore Purpuram traxit, Cardinalatus de Majeſtate meritus, priuſqam acciperet; contra Eccleſiæ perduelles, tot Monumentis Typis datis, quibus Chymæram, monſtris fætam fortis, non ferro, ſed calamo præfocavit.

Ex *Spiritibus*, Viterbio natis, Inſignibus Patriarchatus, Infularum, & militiæ præclaris, in Conſentiæ Urbe ex Petro, Antonius Cruce Hieroſolymã redimitus, & Alphonſus Caſabonæ Marchionatu potitus; qui Majeſtatis commune Theatrum cum Muſis habuere.

Stocchi Proſapia, undiquè glorioſa, Stemmate, Literis, & Dominatu, in Paulo: & Ferdinando, qui omnigenę Sapientię laurea cinctus, quam aliĩ per ſudorem, hic per ocium carpſit: Philoſophia, Mathematica, Aſtronomia, Aſtrologia, Sęculo elapſo, novum Orbem, nova lumina, novoſque motus detegendo.

Proſapia *Tharſenſis*, tùm antiquitate, tùm armis, tùm literis ſemper clariſſima floruit. A Normanno Sanguine ſuam Originem trahere, & cum Normannis huc perventam, nonnulli autumant; Quinimmò, & aliis placuit ex Rege illo Tharſis, mu-

munera noſtro Servatori elargiente derivatam Progeniem. Ex ea prodiere Nicolaus Galeatius, Regi Alphonſo amantiſſimus, qui pro laborum meritis, ac fidelitate Bellimontis Caſtro potitus eſt. Franciſcus, qui pro Carolo V. Cęſare in Longobardia invictiſſimè decertans, Aprutii Prorex, Magneque Curię emeritiſſimi Regentis titulo decoratur. Rupertus Roſſani Comes. Matthęus, Falcunarie, Fuſcaldi, S. Angeli, Tarſiæ, Coriolani, Crucoli, Cannæ, Nucaræ, & Bonifati Dominus, ac Calabrię Prorex. Iacobus, Inſtituti Hieroſolym. Eques Caroli I. Conſiliarius, ac apud Libyę Regem Orator; & Galaſſus, magni Iuſtitiarii Locumtenens, in omnigena literatura præſtans: Poetarum Hippocrene: Marti Muſam conjungens, cythara, & enſe.

Theleſia Gens, antiquitate, ſanguine, literis inſignibus, ac titulis glorioſiſſima. Melicucciæ, Ceriſani, Marani, Caſtrifranci, S. Agathæ, Bonifati, Mattafolloni, S.Soſti, & Theleſiæ Marchionatus, Principatus, ac Baroniæ teſſeribus dominata, plures edidit Heroas, Regios Conſiliarios, Tribunos, Legatos, Cubicularios, regali munificentia præclaros. Inter quos Guillelmus, Seminariæ Dominus, in literis impensè eruditus. Nicolaus, omnigena Scientia inſtructus, qui de Venetiarum laudibus Monimenta dulci poæmate concinnavit, Conſiliarius Ludovici III. ac Reginæ Joannæ II. amantiſſimus. Joannes Baptiſta, inter Poætas hetruſcos, ſtylo, & metro ſublimis. Thomas Coſentinæ Ecle-

cleſiæ Præſul emeritus, Coſimo Magno Duci Etruriæ charus, ac in Aula Romana optimè viſus; & demum Antonius, & Bernardinus, duo Poli literarii Orbis, duo Italiæ ornamenta, ac Aſtra primæ magnitudinis Brettiorum; quorum primus ſcripſit extrà controverſiam doctiſſimè innumerabilia Volumina, ex quibus hæc ferè memorantur ab Eruditis.

Oratio quædam latina, in obitu Joan. Jacobi Trivultii, ab eodem Romæ recitata, ann. 1516.

Commentarium eruditiſſimum de Coronarum generibus. Coloniæ, apud Joannem Gymnicum, 1531, in 8. & *de Coloribus*, Ven. oper. Bernardini Vitalis, 1528. in 4. ut apud Pomar. & Iovium in ſuis Elogiis, verba facit Toppius in ſua Bibliotheca. Item ſuper *Horatium Notas locupletiſſimas*, hoc titulo nuncupatas.

Quinti Horatii Flacci Poetæ Venuſini, omnia Poemata cum ratione Carminum, & argumentis ubique inſertis, interpretibus Acrone, Porphyrione, Jano Parrhaſio, Antonio Mancinello, nec non Jodoco Badio, Aſcentio, viris eruditiſſimis: Scholiiſque Angeli Politiani, M. Antonii Sabellici, Ludovici Cœlii Rhodigini, Baptiſtæ Pii, Petri Criniti, Aldi Manutii, Matthæi Bonfinis, & Jacobi Bononienſis, nuper adjunctis. His non prætereà Annotationes doctiſſimorum Antonii Thyleſii Conſentini, Franciſci Robertelli Utinenſis, atque Henrici Glareani apprimè utiles addidimus. Nicolai Perrotti de Metris Odarum, &c. Venetiis 1559. *in fol. apud Bonellum.* Ex

Ex Bibliotheca verò Geſneri, non ſine laude ſequentia habemus:

Cyclops hexametro Carmine; & Galatæa, elegiaco. Liguri, apud Froſcoverum 1531. in 8.

Imber aureus, Tragedia, de Danae Acriſii filia, quam Juppiter in auream pluviam mutatus, gravidam fecit. Norimbergæ in 8. 1530.

Idyllia, ſivè Poemata ſeptem, *Cyclops, Reticulum, Hortulus, Galatæa, Lucerna, Tibia, Nautarum labor, Parma, Turris de Cœlo percuſſa, Æneas Nænia de Obitu Patris, de Ortu Archintorum*; aliaque Monimenta, partim Baſileæ, apud Joan. Oporinum, 1545. & partim Romæ 1524. apud Minutium Caluum, excuſa. Ex quibus non obſcurè infertur, Antonium noſtrum in omnigeno Muſarum lepore fuiſſe præclarum, meritòque vocatum à Carolo V. Cæſare, ut Philippum II. filium apprimè inſtrueret.

Bernardinus verò, talis fuit, cujus inter laudes eximias, non minimum ea locum meretur, quod nullus Viro hoc, nec diffitente invidia præclariùs ſit meritus, de tot Philoſophis, qui hucuſque ſcripſere. Tacitè venerandum Nomen, quod Orbis prædicat Univerſus. De eo Geſnerus, Joan. Imperialis, Ianus Peluſius, Sertorius Quattromani, Ferdinandus Caraſa, Maraſiotus, Barrius: unico verbo: tota Philoſophia; Elogiis, Poematibus, Epitaphiis in ſui laudem proclamat. Et ſi Marinus noſtro vixiſſet ævo, haud in ſua Galleria de Bernardino noſtro ceciniſſet.

Con-

Contro l'invitto Duce
De la Peripatetica bandiera
Armar l'ingegno oſaſti
O de la Bruzia gente onore, e luce;
E ſe ben di ſua ſchiera
La palma non portaſti
Tanto ſia, che ti baſti;
Poiche la gloria, e la vittoria vera
Delle impreſe ſublimi, ed onorate
E l'averle tentate.

Poſt quam Romæ, aliiſque Typis ſuum maximum Opus donavit, iterum in poſterioribus Editionibus ejuſdem Operis Titulum publico Iuri dedit.

Bernardini Thyleſii Conſentini de rerum Natura, juxtà propria principia lib. 9. Neap. apud Horatium Salvianum 1586. in fol. & Genevæ, apud Euſtachium Vignon.

Bernardini Thyleſii Conſentini, de his, quæ in aere fiunt; & de Terræmotibus, liber unicus; Neap. apud Ioſephum Cacchium. 1570.

Bernardini Thyleſii Conſentini, de Mari, liber unicus. Neap. apud Ioſephum Cacchium. 1570. in 4.

Bernardini Thyleſii, Conſentini, de Colorum generatione Opuſculum. Neap. apud Ioſephum Cacchium. 1570. in 4.

Bernardini Thyleſii varii libelli de rebus naturalibus ex edit. Ant. Perſii. Ven. 1590. Aliaq; MS. apud Quadrimanum *de Febribus, & de fulmine* fer-

ri ad inſtar, Caſtrovillarum cæſo.

Ex Familia *Tirelli* de Caſole dicta, Philippus Jacobus, nobilis Vir, ac Familiaris à Ludovico III. Rege, & à Joanna II. vocatus, multis Feudis cohoneſtatus, Reginæ munificentia ſuper Oppidis Altiliæ, Mottæ S. Luciæ, & Grimaldi locuples factus, ac Regius Conſiliarius. Angelus, apud Lucenſes Militibus glorioſiſſimè præfuit. Laurentius in Galliis Turmæ Equitum Præfectus, ac in Flandria ſtrenui Ducis nomine potitus, de eo Patria, ſui gratulabundi vota ſoluunt, laudeſque concinnant.

Ex *Toſcanorum* Gente, feudis, ac inſignibus cohoneſtata, prodiere Vinciguerra Ducis Calabriæ Falconerius, & Familiaris; quemadmodum & alibi Laurentius Lodenæ Antiſtes, Galliæ Regis Aulicus à Taſſo in ſuis Epiſtolis commendatus. Paulus, Abbas Claravallenſis; & Joan. Matthæus Muſarum Parnaſſo adſcripti, armis, & literis benemeriti.

Ex *Toſtorum* Progenie, Rugerius, Regi Ferdinando amantiſſimus, regalique munificentia cohoneſtatus; & Franciſcus Guardiæ Oppido potitus, qui poſt ejus obitum, honoraria inſignia filiis continuavit, honores auxit, labore, & fama.

Infula glorioſi fuere, Franciſcus Monacho, Epiſcopus Martyrani, 1592. inculpatæ vitæ, & doctrinæ Vir. Joannes Canonicus Roſſanen. Archiepiſcopus Roſſani. 1338. apprimè in Sacris Literis eruditus. Rugerius Quadrimano, Epiſcopus Caſſani in literarum cognitione ſupra fidem excultus.

Ni-

Nicolaus Melopero, Canonicus Conſentinus, Crotonenſium Epiſcopus, à Clem. VI. ann. 1348. Eccleſiaſticæ Immunitatis acerrimus propugnator. Thomas Rubeus, ex Canonic. Conſent. Gerentiæ Epiſcopus, 1425. emeritus. Ioannes de Serſalis, Epiſcopus Cariathenſis, 1506. ſanguine, & ſapientia clarus. Petrus de Majo, Epiſcopus Inſulanus, Nobilitate, & Inſignibus Hieroſolymit. Crucis conſpicuus. Ignatius Votta, Inſulanus Præſul, literis doctus; Belprandus ex Archidiacon. Conſent. ejuſdem Urbis Præſul digniſſimus. 1276. Nicolaus, ex Decano Conſent. ejuſdem Eccleſiæ Antiſtes, 1320. ſub Joanne XXII. Lucas, Civis, & Epiſcopus Urbis, Monachus, & Abbatis Ioachimi alumnus, doctrina, & ſanctitate plenus. Scripſit *quædam de Joachimo Magiſtro, & Hiſtorias à Chriſto nato uſque ad annum MCCCXVI.* Petrus Curti, Ordinis Minimorum Generalis. Franciſcus de Franco, Abbas, & Procurator Generalis Ciſtercienſium, inter noſtros Incultos *Pritanius* dictus, & Alexander Magnus ad præſens ejuſdem Inſtituti in Rom. Cur. Generalis Procurator. Aliique plurimi apud Ughellum, & Noſtrates: quos inter Iſidorus Samblaſius, Ordin. Minimor. Provincialis Tuſciæ, & Generalis vigilantiſſimus 1593.

Sanctitate clari. Theleſphorus, qui edidit *de ſtatu Eccleſiæ, & tribulationibus futuris*, Opus; & Lucas ſuprà laudatus. BB. Peregrinus, Bonatius, Zaccharias, Antoninus, Pancratius, Angelus, & Cæſarius, Inſtituti Seraphici. R 2 In

In literarum Encyclopedia conſpicui.

Vincentius de Via, Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, ſui, & Patriæ decus: Typis ſequentia dedit.

De Carnium abſtinentia, brevis diſputatio, in qua oſtenditur & plurimis Patrum auctoritatibus, & rationibus probatur à Chriſti Adventu, Apoſtolis, egregiiſque Viris, carnibus veſci prohibitum fuiſſe. Lugduni, apud Ioan. Pilleotte, 1618. in 8.

Crux omnium Religionum, aſperiorque Minimorum. Bononiæ, apud Carolum Zenerum, 1645. in fol.

Et *Anatomia Sacra* MS. apud Toppium in Bibliotheca.

Vincentius Agrippa, Florentiæ, 1549. in 8. *Hymnorum Librum ad Chriſtum Omnipotentem.*

Valentinus Gentilis Doctor, & Seductor, qui Fidem, & Patriam ſtylo, verbiſque fœdavit; adeoque reiiciendus.

Thomas Cornelius, Philoſophus, & Mathematicus inſignis, in publico Neapolis Lycæo Lector, nulli ſui ævi Compar. Publico Iuri fecit = *Progymnaſmata phyſica.* Venet. Typ. Hæred. Franciſci Baba, 1663. in 4.

Bernardinus Bombinus, in Legalibus doctiſſimus. Ven. apud Franciſcum Franciſci, 1574. in fol. luci dedit = *Conſilia, Quæſtiones, atque Concluſiones ad diverſas Cauſas, ac frequentiores, quæ in Jure verſantur*: Item *Repetitiones in Titulum, de Ver-*

bo-

borum obligat. Ven. apud Franciſcum Tenenſem, 1583. in 8.

Flavius de Fliſco, varia edidit, carmine, & proſa, muſis non abſonis. Etruſco ſermone = *La Sirena, Epitalamio nelle nozze di D. Taddeo Barberino, & Anna Colonna; in Roma appreſſo Andrea Feo, 1627. in 4. e dopo appreſſo li Camerali, 1629. in 8.* = *Relazione delle Pompe Funerali fatte dall'Accademia degli Humoriſti di Roma, per la morte del Cavalier, Gio: Battiſta Marino. In Roma, in 4., & in Ven. 1627. in 12.* = *La Voltellina, Poema Eroico, Satirico, Comico in Ven.* Aliaque plurima Michaelem Iuſtinian. in ſuis ſcript. Ligur.

Celſus Molli, Philoſophus, Medicus, & Poeta, *in laudib.* D. Ioannæ Caſtriotæ, Muſa jucunda.

Franciſcus Franchinus, in Oratoria, & Poetica famoſus. Baſileæ, & Romæ Typ. Ioan. Honorii Bibliothecæ Vaticanæ Inſtauratoris; & Hæredum Natalis Veneti, Kal. Septemb. 1574. in 8. *Poemata* nonnulla luci dedit, Cypriniæ potius, quam Vraniæ amantiſſima, de quo Matthæus Toſcano.

Tam dulci tenores cantat Franchinus amores
Carmine, plùs nulli, ut debeat alma Venus.
Ille tamen Veneri plus ſe debere fatetur,
Auſpice qua in tepidos venit amica ſinus.

Et Schrederus in Lib. Monum. Italiæ, fol. 183.

Fran-

Franciſco Franchino
Coſentino. Maſſæ Populoniæ Epiſcopo,
Prudenti, acrique Viro, atque venuſto Poetæ.
Qui Phœbi. Martiſque Caſtra ſecutus
Retulit ad patrios bina trophæa lares,
Jacobus Sfortia,
Et Joannes Baptiſta Franchinus Hæredes P.
Mœſtis. Vixit annos LIX.

Auguſtinus Caputo, doctrina, & ſanguine clarus. Typis Angeli Scorrigii, Neap. 1622. in 4. hoc dedit Opus, cujus Titulus, *de Regimine Reipublicæ Tractatus fertilis, quo omnia ferè, quæ Politicam nobilitatis, immunitatis, ſtatutorum, gabellarum collectarum, annonæ, aliarumve rerum ad Univerſitatum gubernium, materiam congerunt, continentur, opus apprimè neceſſarium.*

Auguſtinus Donio, in Medicina percelebris. Baſileæ apud Frob. 1581. in 4. Typ. donavit = *de Natura Hominis*, Libros duos.

Iacobus Puderico, in Medicina, & Philoſophia eminentior, luci dedit, *Opus neceſſarium, an venenatum Corpus in vita, & poſt mortem dignoſcatur.* Neap. apud Ioſephum Cacchium. 1588. in 8. = Item, & *de lapide ferreo ab aere lapſo: de ejus generatione, & cauſa.* ibid. 1588.

Theleſphorus Presbyter, & Heremita, ſanctitate, & doctrina incomparabilis, 1378. hæc Monimenta reliquit = *De Devotione Religionis lib.* 1. = *De futuris Eccleſiæ Schiſmatibus, lib.* 1.

Ex-

Explicationem Apocalypſis, *lib.* 1. = *De magnis tribulationibus*, *&* *de ſtatu Eccleſiæ vel de Cauſis præſentis tunc ſchiſmatis*, *ex Joachimo*, *Cyrillo*, *atque aliis compoſuit*, *lib.* 1. Aliaque apud Geſner.

Fabritius de Valle, in Conſentina Accademia, Orator, & Poeta præclarus. Scripſit ſtylo aureo, traduxitque eleganter *Cæſaris Commentaria*: *Bembi vitam*: multas *Epiſtolas*, & *Tractatulum* quemdam *ſuper loca Plauti difficiliora*: Dantis ſtudioſiſſimus: Parnaſſo apprimè charus.

Camillus Fera, hetruſco ſermone celebris in ſuo Opere, cujus Titulus = *Selva della Vita Umana*, *Opera nuova*, *dilettevole*, *&* *utile*. Neap. apud Matthiam Cancer, 1551. in 4. Inter Poetas Muſa caſtior.

Alphonſus Marzano, in utraque lingua eminens, moralique virtute minimè æquiparandus.

Philippus Rocco, Inſtituti Minimorum S. Franciſci de Paula, Theologus, & Concionator eximius. Typ. Ioan. Baptiſtæ Roſſi Conſentiæ, Poemate Sacro, 1656. etruſco ſermone donavit = *Il Memoriale dell'eſtremo giudizio*, *&* *il Sebaſtiano*, *Comedia Sacra*, in eadem Urbe, e *l'Agneſe*, non dum edita.

Franciſcus Muto, illuſtri doctrina, & fama, Ferrariæ 1589. in 4. edidit, *Diſceptationum lib. quinque*, *contrà calumnias Theodori Angelutii in maximum Philoſophum Franciſcum Patricium*, *in quibus*

ferè

ferè univerſa Ariſtotelis Philoſophia in examen adducitur.

Tiberius de Luca, in Sac. Pagina Magiſter, & Doctor emeritus. Typ. dedit. etruſco ſermone = *La Chiave d'oro della Grammatica, ch'apre ſpeditamente le porte alla lingua latina, undiceſima impreſſione*. Ven. apud Ioan. Mariam Panciutti, 1673. in 16. ad iſtantiam Adriani Bibliopolæ Neapolit.

Lælius Caputo, Neap. ex Typ. Lazari Scorrigii, 1623. in fol. publico Iuri fecit, Opus, cujus Titulus = *Ad Conſuetudines Neapolit. Præludia, Commentarius ad Caroli proemium, ac conſuetudinis, ſi morietur, Repetitio*.

Lælius Serſale, Vir græcarum, latinarumque literarum peritiſſimus, apud Auctorem laudum D. Ioannæ Caſtriotæ.

Flaminius Monacho, Vir profundæ eruditionis, etrusco idiomate Neap. apud Dominicum Maccarano Typ. donavit = *L'Addizioni alle Deciſioni del S. R. Conſeglio di Napoli di Gio: Tommaſo Minadojo, Patrizio Napoletano* 1629. in fol.

Franciſcus Samblaſius, Soc. Ieſu, Vir in literis Orientalibus conſummatiſſimę eruditionis. Apud Aleg. in Biblioth, fol. 134. Tractatus multos exaravit, *de Anima, de Somno, & de Pictura*.

Franciſcus Antonius Roſſi, Neap. apud Ioſephum Cacchi, 1590. in 8. luci dedit libellum *de Arte metrica*.

Ioannes Antonius Palazzo, Neap. 1604. Typ. etru-

etruſco ſermone donavit Opus = *Del governo, e della ragion vera di ſtato*.

Ioan. Antonius Pantuſo, Sanguine, & ſcientia præclarus, Literarum Præſul, ac in Concilio Trident. Prælatus aſſiſtens; nonnulla Opuſcula in tres Tomos diſtributa edidit *ſuper Epiſt. ad Rom.* 1596. apud Biblioth. Claſſic. Georgii Dreudii, impreſſa 1625. fol. 229.

Rutilius Benincaſa, totius Orbis judicio, ac teſtimonio comprobatus in ſuo libro luci dato, cujus Tit. *l'Almanacco perpetuo, illuſtrato, e diviſo in cinque parti da Ottavio Beltrano di Terra nuova di Calabria citrà*. Ven. apud Nicolaum Pezzana, 1668. in 8. = Ioan. Anton. Pandoſius, Campaniæ Epiſcopus: Optimè ſcripſit *de Prædeſtin. & Gratia; de Operibus, & Arbitrio; de Chriſti ſanguine, & Carne; & de Cœna Domini*.

Franciſcus de Amico, Soc. Ieſu, S. Theol. Profeſſ. in Colleg. Neap. Aquilæ, & in Germania Studiorum Viennę Pręfectus; Vir ſuo ęvo Sapientia, ac ſimplicitate inſignis. Apud Alegamb. in ſua Biblioth. fol. 113. Typis donavit Opus, cujus inſcriptio = *Curſus Theologici, juxtà Scholaſticam hujus temporis Societatis Ieſu methodum. Tom. 1. De Deo uno, & Trino*. Viennę Auſtrię, apud Gaſp. ab Rath. 1630. in fol. = *Tom. 2. de natura Angelorum eorumqe proprietatibus*. Antuerpię, Typ. Belleri, 1637. in fol.

Digitized by Google

Ioannes Baptiſta de Amico, Vir ſanè magnus in omnium linguarum, literarumque Encyclopedia; ideòque invidia necatus, de quo Patavii apud Schrederum in Monum. Ital. hoc legitur Epitaphium

Ioanni Baptiſtæ Amico
Conſentino, qui cum omnes omnium liberalium artium
Diſciplinas, miro ingenio, ſolerti induſtria,
Incredibili ſtudio, Latinè, Græcè, aque etiam Hebraicè
Percurriſſet feliciter
Ipſa adoloſcentia ſuorumq; laborum, & vigiliarum curſu
Penè confecto, à Sicario ignoto, literarum, ut putatur,
Virtutiſque invidia, interfectus eſt.
MDXXXVIII.
Præmia, quæ referunt aliis, vitamque perennem
Virtutes, uni huic cauſa fuere necis.

Tiberius Corteſi, Epiſcopus Lavellenſis, 1576. Vir judicii optimi, & egregię eruditionis.

Octavius Caputo, omnium diſciplinarum genere ornatiſſimus. Publico Iuri fecit ſerm. etruſc. *La Relazione della Pompa funerale, che ſi celebrò in Napoli, nella morte della Sereniſſima Reina Margarita d'Auſtria.* Neap. apud Tarquinium Longum, 1612. in 4. = Et *la Pompa Funerale fatta in Napoli nell'Eſſequie del Cattolico Rè Filippo II. d'Auſtria.* Neap. in Typ. Stigliolę, 1599. in 4.

Michael de Marra, Girifalchi Ducis Segret. emeritus, Muſarumque amantiſſimus, Italicè traduxit D. Petri Calderona Comœdiam, cujus titulus =

Digitized by Google

lus = *Con chi vengo, vengo*. Neap. apud Novell. de Bonis, 1665. in 8.

Matthæus Guerra, inter celebres Theologos, & Canoniſtas Concilii Tridentini nulli ſecundus, literis, & prudentia, Epiſcopus S. Marci, poſteaque ad Fundanam Cathedram translatus, 1567.

Manilius Caputo, de omni Literatura præclariſſimè meritus, apud Auctorem laudab. Script. D. Joannæ Caſtriotæ, Compilator Poematum in Obitu Sigiſmundi, Poloniæ Regis, muſica, & verſu præſtantiſſimus.

Aloyſius Rufo (aliis Roſſo) multijugæ lectionis Vir: Accademiæ Neapol. Rector emeritus, apud Raymundum Amati, Neap. 1560. in 4. publicè dedit opus, cujus titulus = *Oratio, & Elegia, ſub tit. nè Filius pro Patre conveniatur.*

Aloyſius Serra, in Scientia Juris antiqui, legumque Romanorum diſſertiſſimus. Typ. dedit = *Speculationes novas ſuper difficillima Lege Gallus, ff. de lib. & poſt. apprimè neceſſarias.* Neap. apud Matth. Cancrum, 1538. in 4.

Ignatius Samblaſius, Urbis Patritius Vir ſæculorum memoria dignus. Typ. videntur multa ipſiuſmet Monimēta, ut in Opere Typ. Neap. demādato 18. Februarii, 1666. apud Ægidium Longum in fol. cujus inſcriptio italica = *Pompe funebri dell' Univerſo, nella morte di Filippo IV. il Grande Rè delle Spagne, Monarca Cattolico, &c. celebrate in Napoli &c.* = Similiter & Opus, cujus titulus = *Il*

Regno Feſteggiante per l'entrata al governo del ſuo gran Vicerè, e Capitan Generale, l'Illuſtriſſ. & Eccellentiſſ. Signore D. Gaſpar de Haro, y Guſman, Marcheſe del Carpio, e di Licce del Conſeglio di Stato e guerra di S. M. e ſuo Ambaſciadore ordinario, & eſtraordinario, alla Santità d'Innoc. XI. Neap. 1683. In quo variis Poematibus, tàm latinis, quam etruſcis, omnes Regni Provinciæ, præfati Marchionis dulci, eruditoque metro gloriam concinnant.

Guido Cavalcanti, inter priſcos Poetas fæcundiſſimus, apud Allacium.

Ioannes Petrus Cæſarius, Orator inſignis; luci dedit *Orationem funebrem* factam in Obitu Ferdinandi de Archone Ducis in 4.

Ioannes Maria Bernaudo, uni termino æqualis gloriæ, Orator, & Poeta.

Ioannes Baptiſta Samblaſius, Poeta, & Orator celebris, à quo Charites Auroniæ didicere loqui.

Georgius Marra, ſtylo drammatico luci dedit *S. Georgii Martyrium*, 1650. Romę apud Ioan. Baptiſtam Roblectum in 8. & ejuſdem *Martyris Triumphos*, Rom. apud Ignatium de Lazaris, 1661. in 8.

Iacobus de Gajeta, Vir ubique mira rerum ſuavitate, ac veritate ſententiarum, verborumque robore, in utraque lingua pręclarus, & in Thyleſiana Philoſophia apud Auctorem laudum D. Ioan. Caſtriotę, conſpicuus.

Fran-

Franciſcus Vitale, vera Muſarum proles, & Gratiarum alumnus. Celebrant eum Monumenta ſua nobiliſſima, inter quę ſunt = *Pro ampliſſimo Viro Fabricio Pignatello, Marchione Circlarii, Præſide in Brettiis, Oratio ad Viros Provinciales, & Patres Conſentinos*. Neap. apud Matth. Canc. 1566. in 4. *De Magiſtratibus Romanis*. Et *ſupra leges M. Tullii*, Commentaria doctiſſima, impensèque erudita, apud Topp. in Biblioth. Aliaque plurima *in Grammaticæ diſciplina*; & Lucius Vitalis, tanti parentis in omnigena literatura digniſſimus filius.

Rocchus Morelli, herbarius incomparabilis, qui de earum virtute doctè, & eruditè, Muſa canente jucundatur.

Iordanus Rufus, in Medicina Equorum ex Bibliotheca Thuana doctiſſimus, apud Labbè, pag. 216. Gallico Iuri dedit Opus = *Jordani Ruffi Equitis, & Mareſcalci Imperatoris de Cura Equorum*, Gallicè hoc titulo = *Iourdaim Ruf Chevelier, & Maiſtre de la Mareſcancia de l'Empereur de la Mareſchaucie des Chevaux*.

Manilius Plantedio, qui in Epitomen, Guicciardini Hiſtoriam congeſſit, hoc etruſco titulo = *L'Iſtorie del Guicciardini ridotte in Compendio da M. Manilio Plantedio, Coſentino*.

Ferdinandus Stocchi, Patritius Urbis, & in Aſtrologica diſciplina pręclarus; publicè fecit opus etruſco ſermone = *Prima parte del portentoſo decennio, Opera aſtrologica*. Conſentię apud Ioan. Baptiſtam

ſtam Mojo, & Ioan. Bapt. Ruſſo.

Francus Dattilo, Patritius, Poetaque inſignis *poemata* multa edidit ſtylo, & metro pręclara.

Dominicus Zicaro Iunior (origine Montaltinus) *Carmina varia* Neap. Typ. Bernardi Michaelis Raillard, 1716. concinnavit. *Poemaque* aliud *heroicum* in laudem Sereniſſimi Principis Eugenii de Sabaudia edendum, plauſuque expectandum.

Franciſcus Zicaro, U. I. D. *Additamenta* multa elucubravit *ſuper Reſolutiones criminales Ioan. Mariæ Campana*, aliaque Monimenta promiſcua, & ſua, & Doctoris Nicolai fratris, & Dominici Senioris, Canonici, & Vicarii Generalis avunculi, & Thomę Patris, literarum luminum, de quibus nil tam magnificum, quin Virtus, & Eruditio id ſuperaret ſua,

Hyacinthus Arnone, Poema in octava rima, vernaculoque metro concinnavit cujus titulus = *Le diſgrazie, ſcherzi del Negrone*. Conſentię, apud Ioan. Baptiſtam Mojo, & Ioan. Bapt. Ruſſo, 1664.

Ioſeph Gerbaſi, ſanguine, & titulis eminens; *Virgilium*: & *Torquatum Taſſo* vernaculo metro traduxit, non dum Opus luci donatum, tametſi concupitum.

Ignatius Ricciuti, in Opere etruſcè exarato; *Vita della Beatiſſima Vergine*, pietate pleno, apud Petrum filium, de literis optimè meritus.

Ioſeph Generola. U.I.D. & impensè eruditus, inter multa, quę in eo admiratura eſt poſteritas ſunt

40. *Epi-*

40. *Epiſtolæ Morales* etruſco idiomate exaratę,nondum editæ, ſed proximè edendæ, & expectandæ.

Paulinus Jordano, Seraphici Inſtituti Reformatorum, raræ, & excellentis eruditionis, monumenta compoſuit italico idiomate,*ſui ævi hiſtorias*, continentia, ſtylo, ſententiiſque præclara.

Pyrrhus Schettini, in ſuis *Poematibus* Neap. apud Dominicum Antonium Parrini, 1716. Typis donatis, melleæ eloquentiæ Muſa, & in utraque lingua diſertus.

Galeatius de Tarſia, ſanguine, & literis eminens; Neap. apud Dom. Antonium Parrino, 1715. ejus *Poemata* Charitibus plena Typ. donata ſunt.

Bruno de Franco,Ord. Minimorum S. Franciſci de Paula, inter noſtros Incultos, *Argenides*, Vir graviſſimus, cujus de literis hoc unum ſummatim ponendum, nempè: quæ in aliis ſingula ſingulis,in eo univerſa claruiſſe,non dubitandum.Scripſit utraque lingua, pluraque Volumina edidit, quæ ſequuntur = *Diſcorſi Panegirici Tom.* 2. Neap. *La nuova Città Celeſte, ſimboleggiata nella divozione de' 13. Venerdì di S. Franceſco di Paola*. Romæ. = *Riſtretto della Vita di S. Pio V*. Neap. = *Diſcorſi Panegirici in due Tomi diviſi*. = *Prediche Quareſimali*. = *La Vita del Regente Serafino Biſcardi*. = *Le Glorie Auſtriache*. = *Diſcorſi Sacri, & Accademici in oſſequio dell'Auguſtiſſima Caſa d'Auſtria* = *Praxis formularia Civilis Curiæ Regularis*. *Idæa Eccleſiaſtici Principis, ſuper Vita, & geſtis quondam Eminentiſ-*

ſimi

ſimi Cardinalis Bernardini Spada. = *Tractatus de Apoſtolica Legatione &c.* aliaq; permulta.

Aloyſius Gerardi, Accademicus, & Canonicus Conſentinus, ingentis eruditionis, inter primarios, ſui ævi Poetas, à Sapientibus habitus. Scripſit prælo digna, ſed non dum edita, quamquam concupita.

Seraphinus Biſcardi Regens R. C. Neap. Guardiæ Marchio emeritus Vir, qui tanta puritate, eloquentia, & acumine ſcripſit, ut non hominem in pulvere literario verſatum, ſed in media Eruditorum luce, & in tractandis Reipublicæ negotiis tota vita exercitatum redoleat. Publico Juri dedit *Tractatus de Quindenniis* Neap. Aliaque Cedro digna, & æternitate.

Cajetanus Argento C. Regens, & S. R. C. Præſes emeritus, Vir ingentis animi, acris ingenii, in re literaria ad ſummum penè apicem evectus, qui totum Encyclopediæ circulum emenſus eſt. Plura ſcripſit, quæ pro copia laudatura omnis poſteritas, ſententiis, ſtylo, & acumine. *De Beneficiis, aliiſque legalibus Monimentis* Scriptor acerrimus: Regno ſuis, Brettiiſque omnibus decus, & corona.

Franciſcus Ventura R. Conſ. Vir eximiis animi dotibus locupletatus, cui ingenium facundiam, & judicium, vix alibi ſparſim reperienda, prodiga quaſi in cumulum congeſſit natura; in Regentem R. C. meritò inauguratus.

Octavius Ranieri, omni poſteritati Nomen ve-

venerandum. Extant Monimenta ſequentia, Typ. proximè edenda = *Philoſophia naturalis, cum qua Naturæ omnia phænomena mirificè explicantur.* = *Commentaria in Hyppocratis Aphoriſmos* = *Tractatus de lue venerea.* = *Chirurgia parva pro vulneribus in genere.* = *Tractatus de Mineralibus.* = *Tractatus, quò mirificè perficitur extractio animæ metallorum per Jovis fulmen* = *Diſſertationes medico* = *Theoricæ, & Theorico* = *Practicæ juxta humani Corporis leges, Phiſico Mechanicas.*

Joan. Thomas Pandoſius, in duobus libris *de Speculo comburente*, in altero *de practica arithmetica, & geometrica demonſtrativa*; in 3. *de Mechanica*; ac demum in cunctis *Archimedis Monimentis*, Vir incomparabiliter doctus.

Flaminius Pariſius publ. J. Pontif. Romæ Lector. Typ. dedit Ven. apud Scot. *de reſignatione Beneficiorum* Tom. 2. in fol.

Vincentius de Amato, Vir undecunque doctiſſimus, edidit italicè = *L' Eroe Pallavicino*, Regale Opus, Genuæ apud Calenzanum, 1673.

Petrus Matthæi, cui Medica ars ornatum debet, & Selectum Opus = *De Animadverſionibus Phiſico Medicis, in decem Dialogos digeſtis*, ann. 1704. Neap. apud Parrinum, Typis excuſum.

Joſeph, & Franciſcus Ruffo, in variis Monimentis æternitate dignis, luci editis, & edendis, Iatrophyſici inſignes.

Carolus Conſentini, U. J. D. in ſuo *Taſſo*, idio-

T

idiomate Calabro concinnato proximè edendo, incomparabilis.

Nicolaus Gerardi, J. U. D. inter Accademicos Conſtantes *Impenetrabilis* dictus, in ſuo Poemate, *Celinda*, nominato, ac Typ. Conſentiæ apud Joan. Baptiſtam Mojo, 1660. excuſo, præclarus.

Doctor Phyſicus Ioannes Raimundi, Accademicus Conſentinus, & inter noſtros Incultos, *Fronimus*, nominatus, cujus magna ſunt in literis merita: publico Iuri dedit Italicè = *Il Polimante*, *Comedia*, Neap. apud Honuphrium Paci, 1709. *Il Renegato per amore*, *Comedia*, apud Paci, 1710. *Le Funnacchere*, *Comedia nell'idioma Napoletano*, apud Paci, 1712. *L'Egitto glorioſo per la Vita di S. Antonio Abate*. Neap. apud Carolum Porſile, 1715. *La Calabria felice per S. Franceſco di Paola*, *Tragedia*. Neap. apud præfat. Bibliopol. 1719. = *La Povertà Evangelica*, *nella Vita de' SS. Filippo Neri*, *e Felice Capuccino*. Neap. apud Paci, 1722. = Opera verò nondum edita, ſed proximè edenda = *La Predicatrice Evangelica*, *S. Roſa di Viterbo*, *Tragedia* = *Il Patriarca de' poveri*, *S. Franceſco d'Aſſiſi*, *Tragedia* = *Le glorie nel Martirio di San Giorgio*, *Tragedia*. = *Trà le tenebre la luce*, *per la naſcita di Gesù*. = *L'Antro fortunato*, *per lo ſteſſo ſuggetto*: = *Il Cleonte* = *La Feliciana* = *Chi ſi fida*, *s'inganna* = Comediæ. Aliaque *Poemata* maximè Berni ſtylo coaptata = *Nuovo lume di febre*; *o ſia brieve Trattato apologetico intorno la Cauſa*, *ſintomi*, *ſegni*, *prognoſtici*, *& unita-*

ta-

tamente la cura, ſecondo l'antica, e nuova Ipoteſi in 4. = *Un libro di Segreti medicinali.* Latinè verò, *Epilogum Sphera*.

Leonardus Romano, U. J. D. in ſua *Caſſandra, Iulia, Roſa de Lima*, aliiſque Poematibus, Muſa haud ingloria.

Philippus Rocco, Ord. Minimorum, Typ. dedit Poema ſacrum italicè, cujus titulus = *Il Sebaſtiano*. Conſentiæ apud Ioan. Bapt. Mojo, & Ruſſo, 1656.

Franciſcus Manfredi J. C. & Accademicus Conſentinus emeritus: Luci dedit etruſco ſermone *Poemata multa*, omnia redolentia eruditionem. Neap. 1720. apud Secondin. Porſile. Gregorius Ricciardi, in omnigena eruditione præclarus, & Balthaſar de Franco, Ord. Minim. Provincialis emeritus, & in doctrina ſana præſtantiſſimus. Aliique innumeri apud noſtrates, & exteros.

CORIOLANUM.

Civitas antiqua, ab Auxoniis condita, ampliata ab Oenotriis, à Coriolano Romano Duce, ſuo proprio nomine inſignita, & ex reliquiis fortè Sybaritarum, & Mauri, non parum locupletata. Temperie dulcis: ſolo aprica; aere ſerena. Coriolano Amne labente, Arva deliciis omnibus ubera, frugum onuſta, fructuumque omnis generis feracia. Ibi vina, olea, clara. Goſſipio, ſeſama, cap-

pare, terebyntho, ſyliquis, marino funiculo ſuperabundans: limonum, citrorum, aureorum pomorum copia ingens. Aucupia fæcunda; Mare, à quo 3. mill. diſtat, apprimè piſculentum. Elyſio non extante, huc ſuam ſedem haberet, omnia omnibus affluens. De qua meritò ſuus Garopolus *in Carolo Magno (cant. 9.)* canere potuit.

Quì ſotto il Ciel temprato alma Natura
Quanto il Mondo hà di bello in un raccoglie,
Fertile ameno, è quì monte, e pianura,
Freſco, e placido il Rio, ch'indi ſi ſcioglie,
Apre la pianta il fior, mentre matura
Il frutto; e nato l'un, l'altro ſi coglie.
Così, che quando i lumi altri v'hà fiſi,
Chiama quelle Campagne i Campi Eliſi.

Glorioſa in ſuis, Sanctitate, pietate, titulis, literis, & armis. Sanctitate pleni fuere Leo, & Nicolaus, Ordinis Franciſcani, qui Patriam, & Fidem apud Barbaros proprio cruore decoravere. Matthæus Inſtituti Capuccinorum; & Joan-Baptiſta de Roſis Senior, Ord. Minimorum, pietate, & exemplis maximoperè præclari.

Typis, Infula, & Calamo conſpicui refulſere, Joan. Franciſcus de Ieſu Maria, Clericus Regularis de Scholis piis; Luci dedit Romæ, apud Jacobum de Falcho, 1664. in 8. Opus, cujus inſcriptio = *Joſephus Proſa--Elegiacis expreſſis Ven. Dei Servi Joſephi à Matre Dei, Fundatoris, & Generalis &c.* Ioannes Baptiſta Ponthæus, Epiſcopus Umbriatici, qui

qui apud Cardinalem de Luca, *Utriuſque Juris Cæſarei, & Pontificii* perutile *Monimentum* publico Iuri aſſervandum reliquit. Ioannnes Baptiſta Capucius, Iatrophyſicus ſuo ævo nulli ſecundus; ſcripſit *Novæ Medicorum Londinenſium Accademiæ fidelem, & accuratam narrationem*. Ioan. Baptiſta de Roſis junior, Minimorum Inſtituti, Opus edendum Franciſco de Longobardis Rom. miſit, in quo omnes *Bullæ Conſtitutioneſque Apoſtolicæ ad* favorem ſui Ordinis, ſumma diligentia collegit. Matthæus de Coriolano, Ordinis Seraphici Capuccinorum, Monumenta multa ſuis excudenda commendavit, in Bibliotheca Coriolani aſſervata, quæ ſequuntur.

Sanctilogia lib. 1. = *Commentaria in Paſſionem Domini, carmine latino exarata, lib.* 1. = *Canticum Virginis, ſuper illa verba Matthæi, Liber generationis Jeſu Chriſti. Lib.* 1. = *Miſcellanea moralia, lib.* 2. = *Quatrageſimale, lib.* 1. = *Annuale, lib* 1. *Expoſitiones Pſalmorum lib.* 2. *Adventum Hieroglíphicum, lib.* 1.

Ioannes Bernardinus Grandopoli, Literarum Præſul = *Itinerarium cujuſdam ſuæ Legationis Apoſtolicæ* compoſuit, à P. Franc. Longo in Cronolog. Summ. Pontific. renuntiatum.

Ioſeph Ponthæus, Umbriaticenſis Antiſtes, qui publici Iuris fecit *Cometicas obſervationes*, Rom. apud Nicolaum Angelum Tinaſſi, 1681.

Hector Capalbus, in Medicina præſtantiſſimus, *de reſpiratione Piſcium, & de motu cordis*, inſer-

ſerta in Opere *de Reſpiratione animalium* Marci Aurelii Severini, Monimenta doctiſſima dereliquit.

Franciſcus Capalbus, in omnigena literarum encyclopedia eruditus, plurima *Medica* edenda pariter literis prodiit.

Hieronymus Garopoli, inter Muſas ſui ævi celebrior, ſuam vulgò *Laurenam*; *Carolumque Magnum*, heroico Carmine, edidit. Primam, Typ. Bonon. apud Iacobum Monti, 1640. ſecundum, Rom. apud Hæred. Corbellet. 1660. *Apologiam adverſus Partevium*, Rom. apud eoſdem: = *l' Ondinare, overo la Coſtanza eſpugnata, e la coſtanza fatale, Opere Regie, Tragicomedie*. Romæ apud Franciſcum Moneta, 1665. in 12. Obiit Secretarius Paleſtrinæ Principis, Romæ, fama inſignis.

Horatius Lumbiſanus, in omni ævo ſua Medica ſuper futurus. Tria opera luci donavit. Primum, *de febribus, de earum eſſentia, prognoſtico, ſignis, & curatione*. Neap. ſub Matth. Nucci. 1629. Secundum *de Terræmotu, prout peſtis cauſa eſt*; & Tertium *Conciliationes, & deciſiones Medicea in vagantem cenſuram Roſſelli; & in cenſuram Sanctorelli, in 4.*

Franciſcus Longo, *Coriolanus* per antonomaſiam dictus, Ord. Capuccinorum; ſeptem Volumina publici fecit Iuris, omni exceptione doctiſſima, quæ extant = *Theologica Summa S. Bonaventuræ, ad inſtar Summæ D. Tom. Aquinatis, Rom. in fol.* 1622.

Sum-

Summa Conciliorum omnium. Antuerpiæ 1623. apud Balthaſarum Moretum. & Ioan. Mauriſium in fol. *Tractatus Caſuum Conſcientiæ*; Coloniæ, per Antonium Baetzerum, 1619. in 4. = *Chronologia Summorum Pontificum*, in fol. = *Tractatus Caſuum reſervatorum, juxta Bullam Clem. VIII. in* 4. *Horologium Spirituale, & Exercitium Angelicum.*

Marcus Aquilinus, quem pariter Biſinianenſes uſurpant. Lector Regius, & Princeps in Cathedra matutina Neap. Vir ſuo ſæculo omnium bonarum literarum planè eruditus. Edidit Ven. 1580. Societ. Neapol. expenſis *In primam Inſortiati, ac etiam ff. novi comment. acutiſſima, & ſelectas prælectiones.* Et Neap. *de Contractibus* librum unum.

Felix Solazzo Caſtriota, Biſiniani Antiſtes = ſuper Bullam *Unigenitus* eruditè, & nervosè ſcribens, nullum jaculum extrà metam expedivit, inter noſtros Incultos *Olympius*.

Antonius Valentone, originè Argentanenſis, in Poemate *Paſſionis Domini*, Vrania eminens, variaque doctrina conſpicuus.

Petrus Thomas Pugliſius, Ord. Carmelitarum, ter Provincialis, & Generalis Definitor; Vir planè doctus in omnigena literatura verſatus, plura Monumenta, & varia reliquit; quæ ſequuntur = *Quæſita Promptuaria* &c. in 4. fol. Catanæ, Typ. Pauli Biſagni. = *Vita S. Annæ, Matris Deiparæ Virginis*; in 8. Ven. Typ. Sebaſtian. Manegati. = *Antiqua Calabrienſis Provinciæ exordia, & progreſ-*

ſus.

Digitized by Google

ſus. in 8. Typ. Caroli Porſile. Neap. = *Scapularis Partheno -- Carmelitici Gazophilacium*, in 8. Neap. Typ. Caroli Porſile = *Hiſtorico--Theologico, Liber bipartitus, ſupremum Ieſu Chriſti Sacerdotium, Inſtitutionem ejus Vicarii, Poteſtatem eidem collatam* &c. in 4. Neap. Typ. Carol. Porſile = *Lapis angularis, ad confrigendam perfidiam Iudæorum*, in 8. Neap. Typ. Nicolai Abri = *Adverſus Dominicum Sorrento, Panoplia.* in 8. Neap. Typ. Nicol. Abri. = *Epiſtola gravis, & plena rerum, Anagrammatico nomine Petri Pauli Strigofrithemſi*; in 8. Ven. Typ. Hæred. Brigoncii. = *Ad Quæſita promptuaria Appendicula de Viſitatoribus, & Commiſſariis Generalibus.* in 4. Ven. Typ. Hæred. Brigoncii. = *Riſpoſta Apologetica al Memoriale del P. Antonio Beltrano, con nome anagramtico, di Pietro Paolo Magrifieſtos*, in 4. Ven. apud Brigonc. = *Hiſtorico--Aſcetica, & Moralis explanatio in Regulam Carmelitarum.* in 4. Neap. Typ. Nicolai Abri. = *Storia dell'antica Auſonia, oggi detta Corigliano* in 8. Neap. apud Nicol. Abri. = *Li due Gemelli alle poppe di Maria Vergine, cioè le Confraternità del Roſario, e del Carmine*, in 8. Neap. apud. Nic. Abri. = *Praxis Civilis, & Criminalis Canonica, quæ in Tribunalibus Religioſorum agitari ſolet*, in 8. Neap. Typ. Pauli Severini = *Varia, & multa Peritorum Jura, & facta* in 4. tom. collecta. = Aliaque Opuſcula non magni momenti, tum pro ſtabilitate *realis Depoſiti*, tum pro Procuratoris Generalis amici *defenſione*; in 4. Ven. ac Neap. Typ. edita.

Ma-

Manuſcripta verò quam plurima, poſthuma, an edenda? incertum.

Nec Familiæ deſunt, omni exceptione majores, Titulis, Feudiſque inſignitæ; inter quas Illuſtre Germen Georgii Caſtriotto de Scanderbeg, Albaniæ Principis, adverſus Thracem ſemper invicti, iiſdem Armis, & diplomatibus in Baronibus S. Demetrii, Macchiæ, & S. Coſmæ aſſervatis.

Accedit, & Familia Abenantis celebris in ſuo Barnaba primo Barone Calopiciati, Zinghæ, & Maſſænovæ, Alphonſi de Aragonia Caballitione emerito, ſuis, Patriæque gloriam aſſecuto. De quo in Tumulo Phani PP. Minorum Conventualium hoc legitur Cenotaphium.

D. O. M.

Barnabæ Abenante, Galopezzati Domino,
Quem Domi, foriſque bene ſpectatum
Ferdinandus, Alphonſuſque
Aragonei Neapolitanorum Reges
Ejus in ſe pietatis, atque officiorum tractandis,
Item rebus fidei, ac diligentiæ Memores
Honeſtarunt.
Commodiſque auxerunt plurimis.
Marianus Filius
Patri opt. & B. M. P. Ann. à Partu Virg.
MDXXII.

Alii floruere plures eodem ex Stipite, ut Joan. Bapti-

Digitized by Google

ptiſta, qui à Carolo V. Cæſare Stemma duabus Aquilis, ac Leonibus redimitum, pro meritis obtinuit. Bernardinus, Eques Hieroſolymitanus, & ejuſdem Inſtituti Commendatarius. Martius, præter Commendas Mazaræ, & Veronæ, Magna Crux, Piſæ Prior, & Oræ maritimæ Italiæ Claſſis Præfectus; & Andronicus, qui primus, apud Pugliſium (*Antiquæ Calabrien.Prov. mihi pag.* 117.) in Civitate Conſentina Familiam erexit, Alphonſi II. de Aragonia Equitum Gubernator, ac ſuæ Progeniei Decus & Ornamentum.

Ex Murgia Proſapia, Infulis, aliiſque Inſignibus glorioſa, Jordanus Ferdinandi II. Regis amantiſſimus, ac ſtrenuiſſimus Miles. Melchior, qui ob præclara geſta pro Ferdinando Principe Feudis *Manciacaſale, & Rinaldone*, vulgò *dictis*, potitus fuit. Joan Maria pro Carolo V.Cæſare in bello Senenſi, & Ticini Præliator invictus. Aliique non pauci in armis, & literis nunquam ſatis laudandi.

Nec defuere alii, qui Patriam, ſuoſque propria virtute, & ſanguine decoravere, quales fuerunt Bernardinus Buongiorno, Gregariorum Militum maximus Prætor, in Bajadoſſo. Petrus Angelus Gajetano, in ditione Mediolanenſi pro Rege Catholico Locumtenens generalis,Equitū. Martius Pagliaminuta, Sabaudiæ Ducis egregius Prætor; & Lucas de Roſis, Montisfuſculi Regius Auditor.

Literis, prudentia, pietate, & gubernio præſtan-

ſtantiſſimi; Franciſcus Mancuſo, in omnimoda ſcientiarum encyclopedia inſignis. Julius Vilotta, &ſi cæcus, mentis lumine imbutus in Poetica, & Oratoria præclarus. Marcus Mazziotta, Inſtituti S. Baſilii, Abbas Generalis; Chryſoſtomus Giordano, ejuſdem Ordinis Procurator Generalis. Ludovicus, à Coriolano, Ordinis Prædicatorum, in Sac. Pagina Magiſter, & Concionator eximius. Antonius Piſciotta, Franciſcus de Roſis, & Thomas Palopoli, Ord. Franciſcani Conventualium Provinciales emeriti, ac in omnigena literatura conſpicui. Octavius Turano, Alexander Arnonus, Alexander Criſafius, & Elias Adimari, ex Inſtituto Carmelitarum, Provinciales, Definitores Generales; Regentes, ſcientia, prædicatione, pietateque pleni. Joan. Baptiſta de Roſis, & Dominicus, Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, gubernio, literis, & ſanctitate admirandi. Aliique plurimi apud Pugliſium in ſua *Auxonia*, meritis, & exemplo clariſſimi.

CORTALE.

OPpidum parvum, ſed frugum ferax, haud longè à Melanio, & Lametho amne. Patria Dominici, Ordinis Seraphici, Viri pænitentia inſignis; & Ioannis, Ord. Minimorum, ſanctitate pleni: ſicut, & Dominici Cæſali Ordinis Prædicatorum celebris ad Occidentales Indos Miſſionarii.

COSA.

OEnotrorum antiqua Civitas, quàm ii condidere, teſte Hecatheo apud Stephanum, vulgò *Caſſano*, in Turiorum Regione ſita, Romanorum Colonia, & Municipium, teſtantibus Plutarcho, in Vita Flaminii, & Tullio in ſeptima de Verrinis. A Jonio 12. mill. diſſita, Evano flumine adlabente, deliciis plena; Bacchi, Cereris, Palladis, Dianæ, Ager ferax, & uber. Arva fæcunda: Elementis, chara: manna, balneis, magneſia, ſeſama, ſiliquis, goſſipio, Cappare, Vitice, Therebinto, famoſa. Armentorum, Bubalorum, Bovumq; gregibus caſeo inſigni fætorum ſuperabundans. Cives emeriti, & Urbis Antiſtites, doctrina, & pietate clari fuere, Joannes Bertuccius, Petrus, Lotfredus, Ugo, & Saxo. Merito, literis, & exemplo inſignis, Petrus de Caſſano, ſecundus Cuſtos Provincialis Reformatorum Inſtituti Seraphici. Typis, literiſque conſpicui: Conſtantinus Granito, in Medicina, & Philoſophia, impensè eruditus: edidit Opus hoc titulo = *Epiſtolarum, & Conſultationum Medicinalium ad diverſos*. Tom. 1. continens libros ſex. Neap. apud Franciſcum Savium, 1650. in 4. Stephanus de Caſſano, Ordinis Prædicatorum, Studiorū Neap. Regens primarius, publici Gymnaſii Theologus Cathedraticus Theologorum Collegii Vice Cancellarius, & Decanus, 1530. ac Magiſter Sacri Palatii, ſapientia, & in agendis dexteritate præclarus. Joannes Andreas

Le-

Legnano, Ioannes Papeſiderus, Sextus Ignatius, & Flaminius de Dominicis, variis monimentis, calamo, Typiſque exaratis, præſtantiſſimi; ac Dionyſius Bartoli, Ord. Carmelitarum Provincialis emeritus, ac Metropolitanæ Rheginæ Examinator Synodalis doctiſſimus, 1643. & Elias Cerſoſimo, ejuſdem Inſtituti, vitæ ſanctitate, & pænitentia illuſtris.

COSILETUM.

NOn procul à Sinopoli exiguum Caſtrum, Sicaniæ charum fructuum ubertate, & ſi intra rupes extructum. Celebre Iulii Ruffo, Præſulis Oppidi emeriti, Nativitate minimè ingloria.

CREPACORIUM.

CAſtrum ditionis Locrenſis, edito loco ſitum, à Freto mill. paſſ. 5. ferè diſtans; cujus ager mellis, aliorumque frugum optimè ferax; Samum olim, à Samiis Greciæ populis conditum; Patria illius Philoſophorum luminis, ac omnigenæ Sapientiæ Anteſignani, & Principis, Pythagoræ, Tymaſarchi argentarii filii, inter ſexageſimam, & ſeptuageſimam Olympiadem nati, teſtibus Plutarcho, Ariſtoxeno, Ariſtarcho, Theopompo, à Theodoreto citatis, & D. Thom. 1. *Meth. Ariſtotelis*, Barrio, Maraſioti, Cropano, Conſtantino Laſcari, aliiſque omni exceptione præclaris. De cujus doctrina,

na, profectione, & ſucceſſoribus, in Schola Italica, multa dicemus, cum de Philoſophis Crotoniatibus loquuturi ſumus.

CROPALATUM.

CAſtrum ditionis Roſſanen, Burgheſio Principi ſubjectum, ubi Crocus, ſiliquaque ſilveſtris, malapunica, vitex, oleander, terebinthus, alumen, calcanthum, gypſumque ſimile alabaſtritæ, teſte Barrio, naſcuntur. Patria B. Bernardini, Socii, & Confeſſarii S. Franciſci de Paula, ac ejuſdem Ordinis Vicari Generalis, doctrina, & ſanctitate conſpicui.

CROPANUM.

NOn longè à Semiri Amne, Oppidum illuſtre, à Græcis conditum, edito colle ſitum, à Freto 4. mill. diſſitum; omnis generis frugum fertile: Arva optima: melle, vino, oleo, manna, ſerico, amygdalis, ubera. Illuſtrius in ſuis, pietate, literis, Inſula, armis ſummoperè claris. Ex quibus claruere Enricus de Mojo, Ordinis Ciſterſienſis, qui ex Abbate Calabro-Mariæ, alias de Altilia, ad Cathedram S. Severinæ, 1483. exaltatus: doctrina, moribus, ac vigilantia maximè enituit. Petrus Bulotta, Regius Conſiliarius emeritus. Joan. Baptiſta Ruffo, Tribunus militum. Antonius Scordante,

te, in Hiſpania Signifer Equitum. Typis inſignes, ac in Republica literaria optimè meriti: Lactantius, & Horatius Arturi, quorum primus, Ord. Conventualium S. Franciſci, & Theologus Ordinarius Antiſtitis Squillacenſis, luci dedit italicè = *Una Predica delle Nozze Evangeliche, fatta nella Città di Terranova, celebrandoſi il Sacro Sinodo Metropolitano di Reggio, la ſeconda Domenica d'Ottobre, ſopra l' Evangelio Corrente*. Neap. apud Horatium Salvioni, 1575. in 4. = Et una *Oratione nella morte dell' Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Cardinale Sirleto, recitata in Squillaci, a 26. d'Ottobre, 1585. in 4.* Neap. apud Horatium Salvioni. 1586. Franciſcus Vigliaroli; Franciſcus alter Jatrophyſicus celebris, Franciſcus Grano, Poeta heroicus, in ſuo Opere *de Situ Calabriæ*. P. de Flore, Inſtituti Capuccinorum, eruditiſſimus in ſua *Calabria illuſtrata*. Lucas Valentinus, Minorum Inſtituti de Obſervantia, Theologus ſui ævi præſtantiſſimus. Vita, prædicatione, & ſanctitate celebres: BB. Paulus de Ambroſio, & Franciſcus, Ord. Franciſcani de Obſervantia; aliique plurimi apud Cropanum.

CROTO.

Civitas, ſivè mavis vetuſta Calabriæ Reſpublica, ante Trojanum excidium, edito loco, & ſalubri ſupra Fretum ab Achivis, Strabone teſte (*lib* 6.) extructa, habito prius Apollinis oraculo per Mi-

Miſcellum, in parte hac Orientali,Sybaris æmulam, Urbem condendam fore, augurante.

Terga brevis Miſcelle, tuo de pectore mitte,
Cætera perquirens, fruſtrà tu venaris iniqua,
At tectum quodcunque datur, tu laude probato.

Pro cujus eventu, denuò Oracula perquiſita per Miſcellum laudatum, & Archiam; Uno, corporis Sanitatem, alteroque divitias poſtulantibus; Crotonem, climate ſalubriorem primus, Syracuſas locupletiores ſecundus, tanquam conditores elegere. Hinc proverbium natum: *Nil Crotone Salubrius*, in ſuis Athletis Stadio Olimpiaco victoribus, aliud exortum: *Crotoniatarum poſtremus is eſt aliorum Græcorum primus*. At ſi fides Pythagoræ danda, apud Jamblicum: Is Herculem Urbis Conditorem proclamat, qui injuria affectus, Lacinium latronem dolo perſequens, errore Crotonem quemdam necavit; cui pro culpæ expiatione, ſepulchrum, Civitatemque ejuſdem nomine conſecravit. Croto ergo amicus Herculis in Meliſſe Urbe, non procul ab eodem ſolo, hoſpitio recepti, proprio cruore, fundamenta Civitati donavit: teſte Ovidio hiſce verſibus concinnante, profectionemque conditoris deſcribente.

Navigat Jônium, Lacædemoniumque Tarentum,
Præterit & Sybarim, Salentinumque Neætum,
Turinoſque ſinus, Meliſenſque, & Japygis arva.
Vixque pererratis quæ ſpectant littora terris
Invenit Æſari fatalia fluminis ora.

Nec

Nec procul hinc tumulum, ſub quo ſacrata Crotonis
Oſſa tegebat humus, juſſaque ibi mœnia terra
Condidit, & nomen tumulati traxit in Urbem.

Hinc Achivi ex Pythagorico placito, potius reſtauratores, quam conditores, poſt Sybaris extructionem, extitere; niſi velimus cum Cropano, *lib.* 1. *Cal.illuſt.* ab Auxoniis,Oenotriſve originem trahere.

Fuit tam ampla ſitu, & dominatu, ut teſte Athæneo, à Cæcino primum, indè à Crotalo amne uſque ad Hyliam fluvium, Crotoniatarum ditioni Ora ſubiiceretur; decantata à Theocrito, *edilio* 4.

Laudoque Crotonem, pulchra Civitas,
Et Orientale Lacinium, ubi quidem pugil
Aegon octuaginta ſolus commedit panes,
Illic, & Taurum à monte duxit capiens
Ungula, & dedit Amarillidi.

Et à Dionyſio Afro, in ſuo *de ſitu Orbis* canente.

Mœnia cernuntur Metaponti, deindè Crotonque
Quam pulcher gratam præterfluit Æſarus Urbem
Ulterius pergens, hinc Templa Lacinia cernes
Amabile, & delectabile Oppidum bene coronati Crotonis
Habitati ſub Æſari gratioſi fluentis.

ut in proverbium abiret: *aliæ Urbes, ſi ad Crotonem conferantur, vanæ, nihilque ſunt.*

Gentilitia pietate in Phanis undique extructis Junoni, Herculi, Apollini, magnificentiſſimè auro, picturiſque Zeuſis inſignibus ditatis, hinc indè conditis, ſatis præclara. Frugumque Soli uberta-

tem, aruorumque abundantiam, nobili quoque Cereris Templum, fama, memoriaque dignum, oſtendit. Bellica induſtria contra Sybariticas claſſes, tercentorum mill. armatorum, Rempublicam illam luxurie, felicitateque famoſam conflictu unico evertit; incertum, an luxu, vel ſuorum verſutia depopulatam.

Civitas olim divitiarum ferax, Urbium, pagorumque, Caſtrorum copia ubera, nunc neque veſtigia ſui, amne Sybaris obruta, pro memoria viſuntur. Sonitu periit potiùs, quam armis, indigna fletu pro luctu, dum in deliciis immortalem fore ſperaret. Tali indulgentia pariter ſeducta Crotoniatum Reſpublica ſemper victuram, ſemel vincendo ſe augurans, à Locrenſibus ejuſdem Calabriæ Populis, in *Sagra*, Amni famoſo, pauciori armatorum numero ſubacta, Martis, non Veneris deinceps, ſe ditioni dedit, cum adverſus Dionyſium palmam pro victoria eſt adepta. Unde ſi in Sagræ conflictu hac epigraphe, *hoc Sagra verius*, ſuam jacturam; in Dionyſiaco prælio, triumphi teſſere, gloriam æternitati donavit. A Romanis poſtmodum amicitia, libertateque potius, quam armis ſubiugata, ubi Colonia eorumdem per Trium viros C. Octavium, L. Æmilium, & C. Lectorium, teſte Livio, *Lib. 4. de Macedonico bello*, deducta eſt; quibus in Brettiorum, Gothorum, Pænorumque cladibus ſemper fideliſſima experta: fama potentiæ minime moritura, de ſua gloria per ævum glorioſè perennat honos. Nu-

Numiſmata varia ſculpſere Crotoniatæ, ſed laboribus Herculis conditoris ſæpius redimita; dum ex una parte, vel Milonem Leonis terga in capite habentem Herculis ad inſtar, vel Herculem ipſum clava armatum, nudumque ſtantem, vel cubantem in cunis, angues oblidentem, aliove modo cudentes; & ex altera, ſive diſcum, columnam, ſivè Iunonem, galeatam Minervam, & ex poſtico Noctuam, ſivè Apollinem, hac græca inſcriptione κροτωνιατων, oſtendentes.

Sed ob Scholam Italicam per Philoſophorum Principem Pythagoram conditam, celebrior Crotoniata Civitas celebranda, à quo petierat, teſte Valerio Maximo, *Lib.* 8. ut Senatum ejus, qui mille hominum conſtabat, conſiliis ſuis uti pateretur, Philoſophus Samius dictus, ex Samo Calabriæ Urbe, ditionis Locrenſis ideoque Locrenſis à Plutarcho vocatus, ut ſuprà ſatis monſtratum eſt; humanis, & hieroglificis literis nulli ſecundus: de quo Cicero, *primo Tuſculan.* multa ſæcula ſic viguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alii docti viderentur; hinc nullo habito reſpectu ad Cronologiam Plutarchus *in Numa*, Hieronymus *Contrà Jovinianum*, & Ovidius 15. *Metamor.* hiſce verſibus.

Primus oliviferis, Romam deductus ab armis
Pompilius, menſes ſenſit abeſſe duos.
Sive hoc à Samio doctus, qui poſſe renaſci
Nos putet &c.

Numæ Pompilii ævo ſuperſtitem, Præceptoremque

que Pythagoram dixere, & Mamercum filium, nomine filii Pythagoræ, ob auguratam ſapientiam adjunxere; quia nullus ſapiens Pythagorico ſæculo dicebatur, qui pythagoræus non eſſet; per quem ſub eodem Rege Sapientiſſimo facilius Romani Pythagoræ Continentiam, quàm Epicuri luxuriam ſuſceperunt; ideoq; Oraculi juſſu eidem Sapientiſſimo Viro æneam Statuam in Foro, Romanos poſuiſſe, ex antiquiſſima traditione Plutarchus affirmat. Pythagoræ doctrina rara, & peregrina, & ſi non in particularibus monimentis, ſed fragmentis variis apud Eruditos expoſita, & exarata, fortè ex Plinio, *Lib.* 13. *Nat. Hiſt.* Combuſta à Q. Petilio Prætore, reperta in Numæ Arca, qua cineres ejuſdem Regis in Ianicolo aſſervabantur; ubi tota pythagorica continebatur Philoſophia; quinimmò & ſeptem libri pontificii Iuris, totidemque de Sapientiæ diſciplina apud Valer. Max. *lib.* 1. *de Relig.* ex pythagoricis dogmatibus concinnati, nè fortè animi hominum à Deorum cultu avocarentur.

Tria Opera de noſtro Pythagora Laertius commemorat: de *Inſtitutione*, de *Civilitate*, & *de Natura*. Innumerabilia Stobæus, in ſuo Florilegio, *de Virtutibus, & Vitiis oppoſitis*: multaque Carmina ex græco ad latinum per Conſtantinum Laſcari translata, quæ hic Eruditorum curioſitati ſubnectimus, qualia ſequuntur.

Immortales primum Deos, lege ut diſpoſiti ſunt
Cole, & venerare jusjurandum, deindè heroes illuſtreis. *Et*

Et terrenos venerare dæmones, legitimè ſacrificans.
Et parentes honora, & proximè cognatos.
Sed ex aliis virtute fac amicum, qui optimus ſit.
Benignis autem parere ſermonibus, operibuſque utilibus.
Neque odio habe amicum tuum, peccati cauſa parvi
Quo ad poſſis: poſſe enim, prope neceſſitatem habitat.
Hæc quidem ſic ſcito, ſed dominari aſſueſce hiſce,
Ventri primum, & ſomno, luxuriæque,
Et iræ; facies autem rem turpem nunquam, neque cum alio,
Neque ſeparatim, omnium autem maximè pudeat te tui ipſius.
Tum juſtitiam exerce, opereque, verboque,
Ne ſtulte te ipſum habere in re nulla aſſueſce.
Sed ſcito moriendum eſſe fato omnibus.
Pecunias autem aliquando poſſidere ama, aliquando perdere.
Quotque divinis fortunis mortales dolores habeat,
Horum quamcunque partem habeas, æquo animo fer, neque ægrè feras.
Curare autem decet quoad poſſis, ſic autem conſidera,
Non valdè bonis iſtorum, multum fortuna præbet.
Multi autem hominibus ſermones, malique, & boni
Accidunt, quibus neque obſtupeſce, neque ſanè permittas
Implicari teipſum, mendacium autem ſi quod dicatur,
Æquo animo feras, quod autem tibi dicam, omni in re perficiatur.

Nul-

Nullus neque verbo te decipiat, neque re,
Fac, neque dic, quod tibi non melius eſt.
Conſule autem ante opus, ne ſtulta ſint
Timidi ſacereque, dicereque ſtulta, proprium viri.
Sed ea perfice, quæ te non poſtea dolore afficiant:
Fac nihil eorum, quæ non ſcis, ſed docere
Quæcunque neceſſe eſt, & delectabiliſſimam vitam ſic peragere.
Neque ſanitatis circa corpus negligentiam habere oportet.
Sed potuſque menſuram, & cibi, exercitiorumque
Fac, menſuram autem dico eam, quæ te dolore non afficiat.
Aſſueſce autem vivendi modum habere primum, firmum.
Et cave ea facere, quæ invidiam habent.
Ne expende præter tempus, tanquam bonorum neſcius.
Neque illiberalis ſis; menſura omnibus in rebus optima.
Fac autem ea, quæ te non lædant, conſidera autem ante opus.
Neque ſomnum mollibus, in oculis ſuſcipe
Antequam diurnorum, operum ter unumquodque percurras.
Quo trangreſſus ſum! quid feci? quod mihi decens non perfectum eſt?
Incipiens à primo percurrere, & quæ poſtea.
Mala quidem operatus dole, bona verò lætare.

Hæc

Hæc labora, hæc meditare, hæc oportet cupere te.
Hæc te divinæ virtutis ad veſtigia ponent.
Næ per noſtræ animæ dantem quaternionem
Fontem perennis naturæ, ſed vade ad opus
Deos præcatus, ut perficiant: his autem impetratis,
Cognoſces immortaliumque Deorum, mortaliumque hominum
Conſiſtentiam, ut ſingula prætereunt, utque tenentur.
Cognoſces autem quatenus fas eſt naturam in omni ſimilem.
Ut neque inſperanda ſperes, neque te quid lateat.
Cognoſces autem homines ſpontanea detrimenta habenteis.
Miſeri, qui bona prope cum ſint, non vident.
Neque accidunt, ſolutionem autem malorum pauci norunt.
Talis fortuna mortalium lædit menteis: hi ſed cylindris,
Ex aliis in alia feruntur infinita nocumenta habentes.
Moleſta enim comes lis nocens later,
Inſita, quam non oportet adducere, ſed cedendo fugere.
Juppiter pater, vel à multis malis quieſcat omneis,
Vel omnibus oſtendas quanam ſorte utantur.
Sed tu confide, quoniam divinum genus eſt mortalibus.
Quibus Sacra afferens, natura oſtendit ſingula.
Quorum ſi quid tibi curæ eſt, vinces, quæ te jubeo,
Me-

Digitized by Google

Medicando: animam autem laboribus iſtis liberabis.
Sed abſtine cibis, quos diximus ; in quæ purgationibus,
In quæ liberatione animi dijudica, & conſidera ſingula,
Aurigam judicium conſtituens deſuper optimum.
Cum autem relicto corpore, ad æthera liberum iveris,
Eris immortalis Deus, incorruptibilis, non amplius mortalis.

Undè meritò Cicero in ſuo libro *de Senectute*, de Pythagora, & ſuis potuit effari: *audiebam Pythagoram, pythagoreoſque incolas penè noſtros, qui eſſent italici generis, Philoſophi quondam nominati, nunquam dubitaſſe, quin ex univerſa mente divina delibatos animos haberemus*: in cujus memoria Marcus Aurelius Imperator, teſte Barrio, *Lib.* 4. Lapidem illum manu propria Pythagoræ ſcriptum, quem ſuper Accademiæ januam expoſuit, ſummo in honore habuit, in quo hæc exarata legebantur: *Qui neſcit id, quod eum ſcire oportet, brutus eſt inter bruta. Qui non ſcit pluſquam ſibi opus eſt, homo eſt inter bruta. Qui ſcit omne, quod ſciri poteſt, Deus eſt inter homines.*

Tantæ extitit authoritatis, & doctrinæ, ut in proverbium abiret: *Ipſe dixit*, nempè Pythagoras: de quo celebre illud elogium apud Ovidium, *lib.* 15. *Metamorph.* legitur.

Mente Deos adiit, & quæ natura negabat
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.

Stu-

Studio ſcientiarum incitatus longiſſimas Terrarum Oras peregravit, ubi cum Bracmanis, Magis, Hebræorumque Sapientibus verſatus, multa didicit; ſuiſque metaphoris involuta, eructavit: Ut *ignem gladio ne fodito*, ideſt potentium iram nè commoveas. *Hirundines pellito*; id eſt ingratos, & verboſos. *Noli guſtare ea, quorum cauda eſt nigra*, id eſt voluptates, quæ blandæ venientes, amaræ fugiunt. Aliaque plurima hyeroglifica.

Poſt cladem ad Sagram amnem à Crotoniatis receptam, in ocium, & luxuriam lapſi, virtutis exercitatione à Pythagora in bonam frugem fuere converſi: iiſque pudicitiam, præ virtutibus cæteris, modeſtiam, aliaque id genus ingerebat, luxuriæ ornamentis depoſitis, Phanoque Iunonis in anathema conſecratis; luxuria enim primum in Civitatem ingreſſa, uti dicebat apud Stobæum *in Lib. de Republ.* ſaturitatem, contumeliam, & poſtea exilium ingredi neceſſe eſt. Unde interrogatus, quomodo erga Patriam quiſquam ſe gerere debeat? veluti erga matrem, reſpondit; quemadmodum Deo ſimilis efficeretur, qui veritatem exerceret.

A Fabis abſtinere Pythagoras indixit, cum is cibus, non tantum ventrem, quam mentem in philoſophando ſuis vaporibus opprimeret, pondereque inflaret. Amicitiam in æqualitate conſiſtere dixit, undè omnia Communia fore debere exiſtimavit. Silentium ſuis per quinquennium jubebat; hinc proverbium: *taciturnior Pythagoræis*, in-

Digitized by Google

dignum reputans loquacitati ſapientiam communicandam: virtutem hanc ab Eſſenis Eliæ filiis in Carmelo edoctam, non pauci eruditi denuntiarunt; ipſumque fuiſſe Ezechielem Prophetam, Caramuel in ſua Philoſophia totis viribus nititur probare.

Urbi, & Orbi famoſa ejus de tranſmigratione animarum de uno in aliud Corpus, ne dum hominum, ſed belluarum, & fruticum migrantium, doctrina, ut eleganter Ovidius ſub Pythagoræ nomine 15. *Metamorph.*

Morte carent animæ, ſemper priore relicta
Sede, novis domibus vivunt habitantque receptæ.
Ipſe ego nam memini Trojani tempore belli
Panthoides Euforbus eram.

Et alibi =

. . . . inque ferinas
Poſſumus ire domos, pecudumque in corpora condi
Corpora, quæ poſſunt animas habuiſſe parentum
Aut fratrum, aut aliquo junctorum fœdere nobis
Aut hominum certè.

Quod ſanè dogma intellexit, vel ad ſalvandam animarum immortalitatem, vel illud miſticè, & in involucri ſenſu intelligendo, ut nimirum metamorphoſi hac, homines à vitiis, & impuritatibus deterreret, homines a paſſionibus, & affectibus Brutis ſimiles evaſuros, ſi eorundum moribus induantur, minime Sacræ literæ inconſonum; ſiquidem *homo cum in honore eſſet, comparatus eſt Iumentis inſipien-*

ſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, nobis paſſim indicendo: *nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus*. Quare ergo Pythagoras noſter hanc miſticam locutionem non poterat uſurpare? hinc ejus animam tranſiiſſe dicit in Euforbi, Pyrrhi, Periandri, Hermotymi, Callidonis, Alcis, Galli, Formicæ, demumque Philoſophi corpora, quia fortè illorum officia, & mores fuerit imitatus; ut apud Homerum Uliſſis Socij à magica Circe mutati in porcos dicuntur, quod ſordibus, libidinique dediti, eorum officia ſectati ſint.

Moritur denique in Milonis domo conflagratus, ut ajunt, ab eo, quem admittere in ſocietatem noluerat; furore, vel invidia, utrumque probabile. Ipſe tamen utroque in Orbe clarus, fama perennante, æternitati non moriturus.

Ex Pythagoræ Schola exiere promiſcui ſexus Philoſophi, ſine numero ſuæ ſapientiæ ſucceſſores. Primum, Theano, ejus Uxor Brontini Crotoniatæ Philoſophi filia, quæ teſtibus Suida, & Plothino, *Commentaria philoſophica*, *Apophtegmata varia*, *Heroicaque Poemata*, *Dialogos*, aliaque ſcitu digna ad Eubolam, & Demetrium, apud Leodontium *in Armonicis*, doctè, & eruditè conſcripſit. Multos habuit filios, & filias, cum quibus, mortuo Pythagora, ſcholas regendas ſuſcepit, nimirum Mamercum, cognomine Æmilium, Thelaugem, ſivè Theagem, mares: Miſanam, ſivè Mayam, Arginotem, ſivè Erigonam, & Damonem, ſivè Dameam,

dignum reputans loquacitati ſapientiam communicandam: virtutem hanc ab Eſſenis Eliæ filiis in Carmelo edoctam, non pauci eruditi denuntiarunt; ipſumque fuiſſe Ezechielem Prophetam, Caramuel in ſua Philoſophia totis viribus nititur probare.

Urbi, & Orbi famoſa ejus de tranſmigratione animarum de uno in aliud Corpus, ne dum hominum, ſed belluarum, & fruticum migrantium, doctrina, ut eleganter Ovidius ſub Pythagoræ nomine 15. *Metamorph.*

Morte carent animæ, ſemper priore relicta
Sede, novis domibus vivunt habitantque receptæ.
Ipſe ego nam memini Trojani tempore belli
Panthoides Euforbus eram.

Et alibi =

. . . . *inque ferinas*
Poſſumus ire domos, pecudumque in corpora condi
Corpora, quæ poſſunt animas habuiſſe parentum
Aut fratrum, aut aliquo junctorum fœdere nobis
Aut hominum certè.

Quod ſanè dogma intellexit, vel ad ſalvandam animarum immortalitatem, vel illud miſticè, & in involucri ſenſu intelligendo, ut nimirum metamorphoſi hac, homines à vitiis, & impuritatibus deterreret, homines a paſſionibus, & affectibus Brutis ſimiles evaſuros, ſi eorundum moribus induantur, minime Sacræ literæ inconſonum; ſiquidem *homo cum in honore eſſet, comparatus eſt Iumentis inſipien-*

ſipientibus, & ſimilis factus eſt illis , nobis paſſim indicendo: *nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus* . Quare ergo Pythagoras noſter hanc miſticam locutionem non poterat uſurpare? hinc ejus animam tranſiiſſe dicit in Euforbi, Pyrrhi, Periandri, Hermotymi, Callidonis, Alcis, Galli, Formicæ, demumque Philoſophi corpora, quia fortè illorum officia, & mores fuerit imitatus; ut apud Homerum Uliſſis Socij à magica Circe mutati in porcos dicuntur, quod ſordibus, libidinique dediti, eorum officia ſectati ſint.

Moritur denique in Milonis domo conflagratus, ut ajunt, ab eo, quem admittere in ſocietatem noluerat; furore, vel invidia, utrumque probabile. Ipſe tamen utroque in Orbe clarus, fama perennante, æternitati non moriturus.

Ex Pythagoræ Schola exiere promiſcui ſexus Philoſophi, ſine numero ſuæ ſapientiæ ſucceſſores. Primum, Theano, ejus Uxor Brontini Crotoniatæ Philoſophi filia, quæ teſtibus Suida, & Plothino, *Commentaria philoſophica*, *Apophtegmata varia*, *Heroicaque Poemata*, *Dialogos*, aliaque ſcitu digna ad Eubolam, & Demetrium, apud Leodontium *in Armonicis*, doctè, & eruditè conſcripſit. Multos habuit filios, & filias, cum quibus, mortuo Pythagora, ſcholas regendas ſuſcepit, nimirum Mamercum, cognomine Æmilium, Thelaugem, ſivè Theagem, mares: Miſanam, ſivè Mayam, Arginotem, ſivè Erigonam, & Damonem, ſivè Dameam,

fæminas, in Philoſophia pythagorica inſignes.

Mamercus, ob nimiam ſuam humanitatem Æmilius dictus, à quo Æmiliorum familia, teſte Plutarcho (*in Paulo Æmilio*) Urbis Romæ Patritia celebris, nomen ſumpſit; Philoſophus fuit doctiſſimus, & paterna doctrina præcellens.

Thelauges, ſivè Theages, Philoſophus eximius & Mathematicus, apud Suidam: Scripſit *de Numero Quaternario* Libros quatuor, quatuorque Elementa ſubſtinens à vulgaribus diſcreta, nimirum *Profundum, Silentium, Mentem, & Verum*; cui Plato Librum de *Sapientia* Titulum *Theauges* fecit; quem Empedocles pro Præceptore audivit: & Ægyptii apud Laſcarum, tanquam Deum Phanis dignum exiſtimarunt.

Maya, & Erigona, quarum, apud Laſcarum extant Epiſtolæ; & Damea, de qua Hieronymus contrà Jovinianum: *Timæus ſcribit Pythagoræ filiam Virginem Choro Virginum præfuiſſe, & caſtitatis eas inſtituiſſe doctrinis*; doctiſſimæ fuere ſatis: & Dameæ filia, *Biſcala* dicta, myraculum fæminarum, eruditione, & doctrina clariſſima, apud eundem.

Brontinus, Pythagoræ Socer, mirabilis apud Jamblicum in illis duobus Monimentis, philoſophia pythagorica plenis, *de Mente*, & *Cogitatu*.

Ecphantis doctrina, quod uniuſcuiſque animalis natura ad Mundum ejuſque partes accommodata ſit, variis, & eruditis rationibus apud Stobæum, *Serm. XLVIII. Admon. de Regno*, concinnata, mirabilis.

Aſton,

Aſton, philoſophiâ clarus, & Pythagoræ diſcipulus, cujus Opera plurima, apud Laertium Pythagoræ præceptori adſcribuntur.

Alcmeon, Perithi filius, apud Laertium, Sectâ pythagoricus, & Medicus, inter Crotoniates inſignis. Ex Plutarcho, in ſuis *Philoſophorum placitis*, multos Libros publico Iuri dedit: in quibus primò *de latione, & motu Stellarum*, Planetas fixis ex adverſo, hoc eſt ab occaſu ad ortum citari docuit. 2. *de auditu*, nos inani audire, quod intra aurem eſt: id enim perſonare aere appellente; omnia enim vacua ſonant, experientia magiſtra. 3. *de guſtatu*, humiditate, & tempore, qui in lingua eſt diſcerni ſapores ait, 4. *de olfactu*, in cerebro eſſe partem animæ principem; ea ſentiri odores ſpirando, ab ea attractos intendit, 5. *Seminis* naturam, in cerebri parte conſtituit. 6. *Fœtum* ali per totum corpus, quod ſpongiæ in morem, quæ alendo ſunt idonea recipiat, quemadmodum & Caput, partem ſcilicet principem, primum in utero abſolvi, philoſophatus eſt. Demum Cauſam bonæ valetudinis continentem eſſe æquabilitatem facultatis humidi, calidi, ſicci, frigidi, amari, dulcis, ac reliquarum qualitatum; contrà ſi qua harum qualitatum ſola prævaleat cæteris, morbum gigni; ideoque Sanitatem eſſe temperiem qualitatum concinnam, hoc eſt certa invicem proportione reſpondentium, propugnavit. Animam immortalem, apud Ariſtotelem 1. *de anima*, & ſi teſte Proclo, Solis

lis ad inſtar mobilem intellexerit. Semen virile validius in quartodecimo anno, pro generatione autumavit: Planetaſque, & Aſtra aliquali divinitate imbutas aſſeruit, apud Georgium Venetum in ſua *mundi Armonia*. Primus exectionem aggreſſus, primuſque fabularum, animaliumque apologorum inventor, quæ Æſopo Phrygio, temporis decurſu arrogatæ fuere, teſte Iſidoro *Ethimologiarum* 1. quem certè pluris, quam cæteros ex iis faciendum fore, antiquitas æſtimavit.

Neocles, inter Medicos, & Philoſophos Crotoniates, teſte Athenæo, nulli Compar. Docuit inter alia, Æliano atteſtante *in Lib.* 8. *hiſt. animal.* Rubetham duobus hepatibus inſigniri, quorum unus vitam, alter, & mortem animalibus donet.

Philolaus ex Diſciplina pythagorica, Platonis, & Architæ Tarentini Præceptor extitit, teſte Tullio *de Orat.* totam magnam Italiæ Græciam doctrinis omnibus expolivit, inſtituitque. Libros ſuos emit Plato argenti minis alexandrinis quadraginta; aliis centum, & teſte Gellio decem millibus ſumma habita à Dioniſio Tyranno, quorum amentiſſimus, poſt ejus obitum ſub pulvinari ſervatos ſui reperere. Primus *de rerum Natura* ſcripſit, cujus titulus; Natura coacta eſt ex infinitis, ac finitis, Munduſque totus, & quæ ſunt in ipſo omnia: adeoque armonia, & coactione omnia fieri opinabatur. Dei unitatem aſſeruit, teſte Anthenagora ad Cæſares Antoninos. Terram juxtà primum cie-

ri

ri circulum ; mundique corruptionem bifariam, tum ex ignis cœleſtis defluxu, tum ex lunari aqua, vertigine ex aere effuſa, ſupra fidem exiſtimavit. Solē à cœleſti igne haud diſcretum, immò ignem ipſum eſſe debere pluribus demonſtravit, quem in medio ſitum voluit, ut ex eo natura tota per calorem, & lumen, ſuum acciperet bonum. Multa opera organica, gnonomicaque numeris omnibus concinnata poſteris pro exemplari reliquit. Trianguli angulum, quatuor Diis Conſecravit, ac juxtà tertium angulum eorundem unionem collegit. Sed Doctrina Philolai ingens toti antiquitati nota, ubicunque ſcientiæ ſuum decus, eruditioniſque ſuum pretium conſtabit.

Saletus, inter Crotoniatas Philoſophus, & Legiſlator incomparabilis: concivibus enim ſuis Legem illam dedit, qua adulteros cremandos fore indixit, primuſq; imperterritè ob patratum ſcelus cum germani ſui uxore, ejuſdem ignis pænam voluntariè ſubivit.

Arignothus, Vir in philoſophia pythagorica tam mirabilis, ut Luciano teſte, Arignotus ſacer, ob arcana manifeſtata, fuerit appellatus.

Arginota pariter Crotoniates, *Magnæ Græciæ Cronologiam* doctiſſimè conſcripſit; digna Pythagoræ Soror, literis, & ſanguine germano copulata.

Orpheus, Poeta, Epopeus dictus, quia vera, non ficta heroico carmine cecinit, teſte Suida: diſcriminandus meritò ab alio Thracio, dum iſte ante

bel-

bellum Trojanum, ille poſt Ilii conflagrationem, ſua *Ecantaria*, ſive *Argonautica* ſcripſerit; ſit enim ibi mentio de Alcinoo Rege, aliiſque rebus, quæ poſt Trojanum excidium peracta videntur. Unicum dumtaxat principium cognovit, Amorem nempè, quo omnia amantiſſimè colligantur.

Dino, Bronthini ſupra laudati Conjux: inter Crotoniatas mulieres pythagorica doctrina celeberrima.

Philtis pariter Crotoniata, Phythagoræ diſcipula Theofrii filia, apud Iamblicum, Librum ſcripſit *de Temperantia mulierum*, aliaque multa, quarum fragmenta apud Stobæum *in Serm.* Nuptialium præceptorum quiſque reperiet: Opus Chriſtianis mulieribus ſatis neceſſarium, quo ipſæ ad delicias, & luxuriem apprimè propenſæ, pro viribus erubeſcerent.

Democides, Caliphontis filius, Crotoniates medicus incomparabilis, tempore Darii, Perſiæ Regis, cui amantiſſimus fuit, quemque ſanavit, & ſponſam: Multa ſcripſit, ex quibus non pauca Plinius excerpſit; cujus acta, vitam, & profectionem, ſatis apud Herodotum comperies: hiſceque verſibus à Ztetza pariter commendatur =

Democides Medicus, ex Crotone fuit.
Gener, qui erat Milonis illius generoſi.
Iſte cum Polycrate Rege Sami
In Perſidem abivit, ad perſam Oroetem.
Ut igitur crucifixum occidit Oroetes Polycratem,

Ra-

Digitized by Google

Racendytorum captiuus fuit Democides.
In venatione autem aliquando laxatus talo Darius,
A Perſicis Medicis, immedicabilis fuit.
Ut autem Democides ipſum curavit arte,
Darius hunc miſit ad uxores ſuas,
Atque Concubinas ſuas, apertè prædicans
Hunc ſervatorem vitæ exiſtere Darii.
Heæ verò contendentes deinceps ſuperare donis
Aureis phialis aurum effundebant illi,
Ut illius ſervus Sciton nomine,
Colligens, quæ deciderant, fieret dives.
Et hanc Herodotus hiſtoriam ſcribit.

Muneribus non paucis Milonis filiam deſponſavit, quo motivo redeundi ad Darium, & ſi conquiſitus, facilè ſe ſubtraxit.

Milo, Diothimi filius, Philoſophus Pythagoricus, ſed robore nulli ſecundus. Athleta magnus, de quo Pauſanias *in Eliac. Lib.* 6. Palmas Milo Olympicas adeptus eſt ſex, de lucta omnes, ex iis puerilem unam, ſex Pythicas è virorum, unam è puerorum certamine. Suam quidem ipſius ſtatuam dicitur Milo intra Altin ſuis humeris deportaſſe. Traduntur de punico malo, & diſco, hæc memoratu digna. Punicum malum ita manu compreſſa tenebat, ut neque qui conatus eſſet extorqueret, neque ipſe tamen illud elideret. Perunćto diſco cum inſtitiſſet, omnes ludibrio habebat, qui ſe detrudere quantovis impetu facto conarentur. Magnum illud fuit roboris documentum. Caput

nervo non aliter, quam redimiculo, aut corona incingebat, intercluſo deindè quanta maxima vi poterat compreſſis labiis, ſpiritu cum venæ Capitis ſanguine plurimo intumuiſſent, nervum rumpebat. Idem, ubi porrecta dextera cubitum lateri admoviſſet, ſublatoque pollicè reliquos digitos junctim intendiſſet, minimum nemo erat, qui ullo niſu poſſet à cæteris abjungere. Ferarum hunc laniatu periiſſe memorant. Conſpicatus enim hiantem immiſſis cuneis quercum, in Crotoniatarum finibus, robore ſuo priſtino fretus, truncum illum manibus dicitur reſcindere conatus: Ibi eum relaxatis cuneis, comprehenſus manibus Milo detineretur, à Lupis, quæ fera frequens eſt in Crotoniatarum agro, diſcerptus eſt. Fuit illi fatalis virium ſuarum fiducia. Hactenus Pauſanias. Quemadmodum & Zeetza apud apud Maraſiotum *lib.* 3. *Chron.* bellum Crotoniatas inter, & Sybaritas commemorans, de Milone Claſſium Duce canendo =

Milon iſte certator, ex Crotone fuit.
Philoſopho contemporaneus illi Pythagoræ.
Sexies autem vicit in Olympia luctans.
Crotoniatis autem olim bello cum præeſſet,
Et præexiliens ut Hercules coram coronatus.
Decem Crotoniatarum habens mille millia,
Sybaritarum occidit myriadas triginta.
Diodorus hanc ſcribit hiſtoriam,
Herodotus, & alij multi authorum.

Et Borieus apud eundem =

Ta-

Talis erat Milon, qui inter certamina Olympi,
Quadrimum è terra ſubſtulit bovem
Supra humeros, velut ingens victima capta.
Quam leviter circumpertulit hic ſpatium.
Horror erat certè, hoc magis, ac mirabile fecit.
Ante ſacrum ipſe vir peregrine locum,
Non taurum tulit in carnem, quia haud conjugis expers,
Quem cedit edit ſolus, & ipſa die.

Diothimus, Milonis pater, Philoſophus ſuo ævo illuſtris, pro cujus doctrina apud Platonem in ſuo Convivio maximo in pretio fuit, *de amoris genitura* in Dialogo illo commendatus.

Leonymus, qui una ſimul cum Milone in Fluvio Sagra contrà Locrenſes, Crotoniatarum claſſem moderavit, & rexit, celebris apud Pauſaniam *in Laconic. lib.* 3.

Themiſtoclea, Pythagoræ ſoror, cujus placitis, & opinionibus pleriſque in locis uſus eſt Pythagoras.

Ariſtophilus, juſtitia, & æquitate præclarus, in Tarenti Regem à populis pro meritis inauguratus.

Iſthomacus, victor fuit in ſtadio, quo tempore M. Valerius, & P. Poſthumus Tubertus Conſules Romæ creati ſunt.

Fideus, Ægeas, Agiro, Aſconius, Boythius, Bulgaras, Briantes, Cleoſtenes, Calciphones, Cleoſrona, Califons, Damodes, Dymas, Dino mulier,

Epyſilus, Eratus, Enandrus, Gartydas, Ippoſtratus, Ippoſtenes, Itaneus, Leophron, Myllias, Menon, Ecphantus, Onatus, Phiciadas, Rodippus, Silius, Timicha Mylliæ uxor, & Neocles, in philoſophia pythagorica inſignes.

Aegon, pugil Crotoniates celebris, & in pythagorica diſciplina præclarus, ſed vorax, & in mulierum amorem apprimè pronus; de quo Theocritus *in quarto Idilio* =

Laudoque Crotonem, pulchra Civitas,
Et Orientalem Lacinium, ubi ille pugil
Aegon, qui octuaginta ſolus comedit panes.
Illic, & taurum à monte humeris duxit prehendens
Ungula, & dedit Amaryllidi.

Phaylus apud Tzetzam, lucta, pugillatu, diſco, curſu, ſaltu, omnique ludorum genere conſpicuus. In ludis Pythicis, teſte Pauſania *in Phocicis*, duas victorias eſt conſecutus: tertiam ſtadio; meritòque in Delphis Statua inſignitus. De ſuo curſu Ariſtophanes cecinit.

Quinque ſuper quinquaginta pedes ſaltavit Phaylus:
Jecit autem diſcum centum quinque minus.

Alexandro Magno amantiſſimus, in cujus honorem, quia Græciæ periclitanti in rebus perſicis Trireme propria auxilium tulit, multas exuvias Crotoniatis dono miſit, ob Phayli decus, & triumphum.

Thimaſitheus, athleta nobilis, qui lucta, nec Miloni fortiſſimo ceſſit.

Glau-

Glaucias, pugil invictus apud Pauſaniam *in Phocicis*, Olympiade XVIII. & LV.II. Diogenetus, lucta incomparabilis.

Tres alii à Dionyſio Alicarnaſſeo numerantur in lucta Olympiaca triumphatores, nunquam ſatis laudandi: Thiſicrates, Iſomachus, & Aſtylus præ aliis Crotoniatibus Philoſophia pythagorica, & diſciplina præclarus, teſte Alicarnaſſeo, *lib.* 8. fuit pariter Athleta nobilis;olimpiade 37. Coſſ. Cajo Julio, & P. Pimario Rufo ter in Olympiacis, Stadio, Dolico, & Diaulo victor evaſit, cui Statua à Pythagora Rhegino facta, poſita eſt in Prytaneo. De iis ludis ſic cecinit Joan. Tzetza *in* 73. *Epigrammate.*

Ante ſtadium nominabant curſum armatum.
Currens cum armis autem rectum babebat curſum.
Flectens omnino nequaquam: ſtadium quidem boc.
Diaulus curſus duplus, unam faciens flexionem.
Dolicbus autem ſeptem curſus, tres flexiones autem babuit.
Et reverſionis dimidium, erant armis ſine.
Tretorus autem curſus erat flexionum duodecim.

Apprimè pugil iſte pudicitiam adamavit, teſtè Platone *in* 8. *lib. de legibus*; non ſic patriam apud Pauſaniam *in Eliacis lib.* 5. de eo dicentem: Aſtylus autem Crotoniata, Pythagoræ opus fuit. Is olympiacas deinceps tres de curſu repetito palmas tulit. Et hujus quidem, quod Hieronis Dinomenis filii ſtudio doctus Syracuſanum ſe renunciandum curaſſet: infamiæ cauſa domum Crotoniatæ

ad

ad publici carceris uſum deſtinarunt, & Statuam in Lacedæmoniæ Junonis dedicatam everterunt.

Philippus Butacides, Olympionicus, de quo Herodotus, *lib.* 5. ſic effatur: Dorieo, & vitæ, & mortis comes fuit Philippus Butacides, vir Crotoniata, qui deſponſata ſibi Telys, Sybarita Crotone profugerat, abnegato matrimonio tranſmiſit Cyrenem, ex hac diſcedens ſectatus eſt familiarem triremem, ac familiarium virorum ſumptum, quod eſſet Olympionices, ideſt victor certaminis ad Olympia, & omnium illic Græcorum ſpecioſiſſimus. Ob quam corporis ſpeciem ab Aegeſtanis ea, quæ nullus alius, reportavit. Nam ſepulturæ ejus heroico monumento extructo Ægeſtani hoſtias offerunt.

Phormio, militiæ dux, Claſſiſque apud Sagram amnem adverſus Locrenſes, apud Theopompum in Philippicis apprimè celebris, qui duabus navalibus pugnis ſcribitur, Lacedæmonios funditus ſuperaſſe; plagamque conflictu acceptam propriæ haſtæ abraſura, non ſine Oraculi monitu perfectè ſanaſſe.

In ſtatuaria verò inſignes Damea, & Patroclus, quorum primi ſingulare opus in ſepto oſtenditur, quod Altim vocant. Secundus Cratylli filius, apud Pauſaniam *in Eliac.* qui Apollini Simulacrum capite inaurato in Olympia fecit; Zephiriis dedicatum à Locris. Aliique non pauci, temporis injuria Subacti, qui multas victorias Olympionicas huic Urbi glorioſè portarunt & palmas: verè digna ro-

Romanæ æmulationis, apud Tullium *in Orat. pro Lel. Flac.* dum Olympionicen apud Græcos propè majus erat, ut dixerat, & glorioſius, quam Romæ triumphaſſe.

Nunc Civitas Epiſcopalis à D. Paulo fundata, confirmataque ſua prædicatione, & præſulatu à D. Dionyſio Areopagita, ejuſdem Apoſtoli diſcipulo, cujus Symbolo inſignitur, & teſſere: Ex qua exiere illi inſignes Antiſtites, Petrus, qui Concilio Conſtantinopolitano VI. ſub Agathone, contrà Monothelitas: Theotymus, qui in Concilio Nicæno II. Sub Adriano; & Joannes, qui in Concilio Romano II. ſub Vigilio Pontificibus, interfuere. Quos ſecuti ſunt, ex eadem Urbe Patritii emeriti, Antonius Luciferus, Præſul Crotonienſis, ann. 1510. omni ſcientiarum genere excultus, munificentia in pauperes illuſtris, ac Eccleſiæ ſuæ reſtaurator eximius. Joannes Matthæus Luciferus, nepos, Regius Conſiliarius, amantiſſimus Carolo V. Cæſari, prudentia, & Conſiliis clarus, potens ſermone, & opere; Ex Archidiac. & Epiſcopat. Umbriaticen, factus eſt Epiſcopus Crotonienſis à Clemente VII. 1524. Antonius Sanguagalus, alias de Molino, ex Strongylenſi Eccleſia, Archiepiſcopus S. Severinæ 1430. & Epiſcopus Boſſonenſis in Sardinia. Carolus Berlingerius, S. Severinæ Archipræſul, nulli ſui ævi in legali ſapientia ſecundus. Pompylius Berlingerius, germanus frater, Biſiniani Antiſtes, doctrina, & humanitate amantiſſimus, alijque plurimi apud noſtrates.

Cruce

Cruce Hieroſolymitana, Tituliſque præclari fuere, Lelius Suſanna, 1586. Franciſcus Soriano, 1406. Antonius Bargelli, 1685. Aliique Comitatus, Marchionatuſque teſſeribus inſignes, in Familiis de Ajerba Aragoniæ de Crypteria, & Albani de Urgania, cæteriſque feudis, inſignibuſque conſpicuis.

Pietate, & ſanctitate clari, B. Helias à Saracenis Sanguine purpuratus, ann. MLXXXII. & B. Pyrrhus, Ordinis Seraphici. Franciſcus Montorius S. J. in Mexico merito, & literis pro Eccleſia Dei impensè præclarus; aliique plurimi fama, memoriaque minimè morituri.

Typis, literiſque conſpicui fuere Janus Peluſius, qui *luſuum Libros quatuor* publicè fecit Neap. apud Ioan. de Boy, 1567. in 8., atque in Poeſi ſplendididiſſimis eloquentiæ fulgoribus, leporibuſque venereis condecorata, dulciter eruditus. Ioan. Andreas Nola, Iatrophyſicus, in ſuo Opere Ven. excuſo, 1562. in 4. cujus titulus. *Quod ſedimentum ſanorum, ægrorumque corporum, non ſit ejuſdem ſpeciei, adverſus Ferdinandum Caſſonum*, impensè præclarus. Joan. Baptiſta Nola Moliſi; *de ſuæ Urbis origine, rebus geſtis, Viriſque illuſtribus*, optimè meritus, eruditione, & ſtylo; Neap. apud Franciſcum Savium, 1649. in 4. Joan. Dominicus de Nigris publico Juri fecit, Neap. apud Raymund. Amatum, 1562. *de animalibus volatilibus, & aquaticis metri numero compactis, cum moralibus Sacræ Paginæ*

u-

teſtimonio comprobatis, libros tres; aliaque copia, & varietate luxuriantia. Vincentius Suriano, Carthuſianus, Theologus, & Procurator S. Martini de Neapoli: Vir impensè doctus: Luci dedit monimenta varia, eloquentia, & pietate plena, quæ ſequuntur = *De Sacramentis Tom.* 1. *&* 2. Neap. Typ. Matth. Nucii 1646. in fol. = *Tom.* 2. *&* 3. *de Sacramento Euchariſtiæ* = *Tomus unicus Soliloquiorum erga Deiparam, & alios cælites* = *Homiliarum ſecundum Matthæum*; *Tom.* 1. *&* 2. = *Varia Opuſcula Aſcetica*, *Tom.* 1. = *De ſacramento Confirmationis*, *Tom.* 1. 2. *&* 3. = *Sermones in aliquos Pſalmos, & præcipuas Solemnitates Deiparæ, & aliorum Sanctorum, tom.* 1. = *De Æterna Beatitudine, Lib.* 1. = *Sententiarum, Lib.* 1. = *De vitio Superbiæ, Lib.* 1. = *De Deo diligendo, Lib.* 1. = *De Vita contemplativa, Lib.* 1. = *De Adam, & Eva, lib.* 1. = *De Virgine Maria, Lib.* 1. 2. *&* 3. = *De Chriſto Domino, Lib.* 1. *&* 2. = *De Laudibus Carthuſianæ Religionis, Tom.* 1. *in fol.* quæ omnia apud Toppium in S. Martini Bibliotheca aſſervantur MS. Chryſoſtomus Marino, Magiſter, & Doctor Carmelita, Orator facundiſſimus, prout ejus Oratio in fine Libri Syntaxis Pauli Antonii Scarini, alias Foſcarini teſtatur: Provincialis Vicarius, & Commiſſarius Generalis Ordinis. Obiit Crotone plenus meritis, & doctrinis. Joannes Hieronymus Nola, Aphoriſmorum Neap. Cathedraticus emeritus, 1579. Aliique plurimi, apud Exteros, & noſtrates, quos in-

Cruce Hieroſolymitana , Tituliſque præclari fuere, Lelius Suſanna , 1586. Franciſcus Soriano, 1406. Antonius Bargelli , 1685. Aliique Comitatus, Marchionatuſque teſſeribus inſignes, in Familiis de Ajerba Aragoniæ de Crypteria , & Albani de Urgania , cæteriſque feudis , inſignibuſque conſpicuis.

Pietate, & ſanctitate clari , B. Helias à Saracenis Sanguine purpuratus, ann. MLXXXII. & B. Pyrrhus , Ordinis Seraphici . Franciſcus Montorius S. J. in Mexico merito, & literis pro Eccleſia Dei impensè præclarus; aliique plurimi fama, memoriaque minimè morituri .

Typis, literiſque conſpicui fuere Janus Peluſius, qui *luſuum Libros quatuor* publicè fecit Neap. apud Ioan. de Boy , 1567. in 8. , atque in Poeſi ſplendidiſſimis eloquentiæ fulgoribus, leporibuſque venereis condecorata, dulciter eruditus. Ioan. Andreas Nola , Iatrophyſicus, in ſuo Opere Ven. excuſo, 1562. in 4. cujus titulus . *Quod ſedimentum ſanorum, ægrorumque corporum , non ſit ejuſdem ſpeciei , adverſus Ferdinandum Caſſonum* , impensè præclarus. Joan. Baptiſta Nola Moliſi; *de ſuæ Urbis origine, rebus geſtis , Viriſque illuſtribus* , optimè meritus, eruditione, & ſtylo; Neap. apud Franciſcum Savium , 1649. in 4. Joan. Dominicus de Nigris publico Juri fecit, Neap. apud Raymund. Amatum, 1562. *de animalibus volatilibus, & aquaticis metri numero compactis, cum moralibus Sacræ Paginæ* te-

teſtimonio comprobatis, libros tres; aliaque copia, & varietate luxuriantia. Vincentius Suriano, Carthuſianus, Theologus, & Procurator S. Martini de Neapoli: Vir impensè doctus: Luci dedit monimenta varia, eloquentia, & pietate plena, quæ ſequuntur = *De Sacramentis Tom. 1. & 2.* Neap. Typ. Matth. Nucii 1646. in fol. = *Tom. 2. & 3. de Sacramento Euchariſtiæ* = *Tomus unicus Soliloquiorum erga Deiparam, & alios cælites* = *Homiliarum ſecundum Matthæum; Tom. 1. & 2.* = *Varia Opuſcula Aſcetica, Tom. 1.* = *De ſacramento Confirmationis, Tom. 1. 2. & 3.* = *Sermones in aliquos Pſalmos, & præcipuas Solemnitates Deiparæ, & aliorum Sanctorum, tom. 1.* = *De Æterna Beatitudine, Lib. 1.* = *Sententiarum, Lib. 1.* = *De vitio Superbiæ, Lib. 1.* = *De Deo diligendo, Lib. 1.* = *De Vita contemplativa, Lib. 1.* = *De Adam, & Eva, lib. 1.* = *De Virgine Maria, Lib. 1. 2. & 3.* = *De Chriſto Domino, Lib. 1. & 2.* = *De Laudibus Carthuſianæ Religionis, Tom. 1. in fol.* quæ omnia apud Toppium in S. Martini Bibliotheca aſſervantur MS. Chryſoſtomus Marino, Magiſter, & Doctor Carmelita, Orator facundiſſimus, prout ejus Oratio in fine Libri Syntaxis Pauli Antonii Scarini, alias Foſcarini teſtatur: Provincialis Vicarius, & Commiſſarius Generalis Ordinis. Obiit Crotone plenus meritis, & doctrinis. Joannes Hieronymus Nola, Aphoriſmorum Neap. Cathedraticus emeritus, 1579. Aliique plurimi, apud Exteros, & noſtrates, quos in-

Digitized by Google

ter Hieronymus Salviati, Provincialis Carmelitarum, bonitate vitæ, & doctrina clarus.

CRISTINA.

NOn procul ab Opedi Civitate, Criſtinæ Caſtrum, in radicibus Apennini humili loco conſpicitur, quod fluvius ejuſdem nominis adlabitur: Sylvis undique glandiferis plenum, Oleo, amygdalis, linis optimis; aucupio, & piſcatione famoſum. Pagis Meſignadi, Pedavolique redimitum, glorioſumque Nativitate Joſephi, & Franciſci, Inſtituti Seraphici Capuccinorum, vitæ Sanctitate illuſtrium.

CRUCOLUM.

SIve mavis Charocalum, quod charum bonum ſignificat, Caſtrum parùm à Freto diſſitum, & à Crimiſſa; deliciis uberum, & manna affluens; rubrica fabrili, piſcatuque nobile; citrorum, malorumque aureorum fertile. Patria Aloyſii de Aquino, Ordinis Prædicatorum, ſanguine, & pietate venerandæ memoriæ; & Antonii, noviſſimorum ſpeculatoris aſſidui, apud Marolicum, Ord. Minimorum.

CU-

CUTRUM.

INter Lacinium Promontorium Oppidum illuſtre, frugum omnis generis, Literatorumque omnigenæ eruditionis abundans: Inſuliſque,& Toga in ſuis apprimè glorioſum. Jucundatur natali Laurentii, Auguſtini, Ægidii, & Thadæi, Inſtituti Seraphici, virtute, & doctrina clariſſimorum; nec non Leonardi, Danielis, & Dionyſii, ejuſdem Ordinis Reformatorum.

DASA.

ARenæ Pagus, frugibus uber. Patria S. Laurentii, Inſtituti D. Baſilii Magni, meritis,& pietate conſpicui.

DAULUM.

IN agro Cæcino, Pagus undique frugifer. Patria Franciſci de Perri Jatrophyſici Brettiis omnibus literis, & eloquentia in utraque lingua præclari; nunc Conſentiæ Incolæ multis Inſignibus à Senatu illo pro meritis, & lectura cohoneſtati. Hic Varia ſcripſit in Phyſica, & Chirurgia cedro digna, à quo in profeſſione medica, innumerabiles laureati prodiere diſcipuli. A græco ad latinum adamuſſim *Hypocratis Aphoriſmos* pro faciliori Alumnorum intelligentia, cum Commentariis, Paraphraſique do-

Digitized by Google

ctè traduxit; Quemadmodum Chymicæ Tractatus duos *Theoricum*, hoc titulo Ιατροχυμιν, *Jatrochymus adminiculans*; & *Practicum* alio nomine Εμπυροχυμιν, *Empyrochymus in praxi*; Ac demum Tertium, ubi radicitus *humani corporis morbos* phyſicè, Chirurgicèque, propria cujuſque græca ethimologia derivata, unà cum medicamine ſimplici, compoſitoque corporis partes, atque plantarum anatomica ſapientia ſapientiſſimè expendit, & explicat proximè luci donandos, Eruditorum expectatione, & voluptate.

DEPINIANUM.

Conſentiæ Prætura haud ignobilis, cujus incolæ apud Barrium, lib. 2. æreis vaſis conficiendis navant operam. Aere, ſolo, & climate jucundus ager, frugumque, & caſtanearum ferax. Glorioſa natali Joannis, & Auguſtini, Inſtituti Seraphici, ſanctitate, doctrinaque clarorum.

DIMITRIUM.

Tenue Caſtellum, haud procul à Freto, cujus ager frugifer eſt. Illuſtre S. Demetrii, S. Nicandri Socii, nativitate, meritis pleni.

Digitized by Google

DOMINICA.

TRopeæ Pagus, ſic fortè à B. Dominica martyre, cujus ibi ſepulchrum extat glorioſum, denominatus, eique Phanum erectum. Patria pariter Archangeli, Dominicani Inſtituti, Prædicatoris generalis, & Definitoris, apud Lopez hiſt. p. 5. vitæ ſanctitate, & doctrina celebris.

EUPHEMIA.

URbs olim Oenotrorum, teſte Hecateo, propè Fretum, à Caſtiono M. P. 6. diſſita, Lametia, à Lameto amne piſcoſo, & navigabili denominata, ipſam adlabente: frugum ferax, aucupio, & piſcatione ſui parvi Maris pro deliciis famoſa. A terremotu funditus everſa, 27. Martii, 1638. atque aliò ex ruinis extructa, penè pagus, aut vicus ſub Equitum Melitenſium juriſdictione, in ſuo lacu, in ejus locum enato, non ſine lacrymis, Viatoribus patet, unicuique Cataſtropha innuendo. Ibi celebre illud Phanum, D. Joannis Lacerto, quo Servatorem noſtrum in Iordane baptizavit, S. Euphemiæ Capite, S. Stephani brachio, aliorumque Sanctorum fruſtis redimitum, in quo illuſtre Cœnobium Monachorum S. Benedicti, aliò translatum, ſub cujus ruderibus, lapidibuſque multa Corpora Virorum illuſtrium, pietate, ac literis obruta, & monimenta creduntur periiſſe. Heic Italia angu-

gu-

Digitized by Google

guſtior, cum à Scyllatico Freto, nonniſi, M. paſſ. 20. videatur remota. Patria Petri Monachi, Epiſcopi Strongyli, 1254. ſub Innocentio IV.

FAVELONUM.

BRiatici Pagus poſt Hipponium milliario à Freto, fructuum omnis gěneris ferax. Natali Franciſci Miſcitæ, Minoritani Inſtituti de Obſervantia, meritis, & pietate conſpicui, glorioſus.

FEROLETUM.

INter Jonium, & Mediterraneum in anguſtiori parte Iſthmi per diametrum Caſtellum ſitum; proſpectu planitiei S. Philippi, Regiaque Friderici Imperatoris heic pro aucupii deliciis commorantis illuſtre. Melle optimo, fructibus, omnigeniſque frugibus uberum. Patria Matthæi Collacii, Viri eruditi, ac in Venetiarum Accademia publici literarum profeſſoris, qui multa, & varia ſcripſit acri calamo contra Quintilianum, & Victorinum, ſed fato cum vita monumenta ceſsère.

FERVETUM.

RUblani corporis vicus. Patria Nicolai apud Barrium in utraque lingua præſtantiſſimi, boniſque moribus præditi. Scripſit, *Libros quatuor de Rebus*

Digitized by Google

bus ſacris, *&* *Sylvarum* totidem: nec non & *Conqueſtionis Italiæ* heroico carmine, Librum unum.

FELINUM.

VUlgò *Figlina*, ſub Conſentiæ Prætura, & ditione; arvis, & aere ſalubre, frugum pingue. Patria Petri Crocco, Ord. Prædicatorum Magiſtri, & Doctoris, literis, & pietate eminentiſſimi.

FELUM.

VUlgò *Sanfili*, Arinthæ Pagus, Montaltum inter, & Conſentiam in Apennini declivio ſitus; ubi Caſtanearum, frugumque copia ingens. Celebris nativitate Aquilantis Rocchetta, qui Montis alti originarius civis, diſertus, & pius Author, fortis, & patiens; Eques S. Sepulchri Typ. edidit opus ſequens = *Peregrinazione di Terra Santa, e d'altre Provincie di D. Aquilante Rocchetta, Cavaliere del Santiſſimo Sepolchro, nella quale ſi deſcrive diſtintamente quella di Criſto, ſecondo gli Evangeliſti.* Panormi apud Alphonſum de Iſola 1630.

FISCALDUM.

NOn procul à Mediterraneo edito loco Oppidum nobile ſitum; Saccari, mellis, vinique minimè ignobilis, fertile; quin & lapide phrygio fa-

Digitized by Google

famoſum. Patria Bernardini Plaſtina, Inſtituti Minimorum S. Franciſci de Paula Generalis emeriti, ac Oppidenſis Antiſtitis doctrina, ac pietate præclari, 1694. & Antonii Plaſtina Judicis M. C. V. literis, & humanitate conſpicui; nec non, & Joannis Baptiſtæ Picardi, Ordinis Minimorum Provincialis vigilantiſſimi.

FLIGIDIUM.

VUlgò, *Fiume freddo*, Oppidum nobile, quod ejuſdem nominis Amnis adlabitur, edito, fortique loco ſitum in Appennino ad occaſum Freto imminens, ubi ſerica, vina, Sylvæ ad porcos alendos aptæ, pretioſiora fiunt; Ager omnium fructuum generibus uber, frugibuſque, aucupiis, piſcatione ſuperabundans. Bezzuarri minerali, herbiſque medicinalibus in Cacuzio Monte, famoſum: glorioſius in ſuis Franciſco Majorana, fundatore Conventus Maydæ, Antonio Bono, & Ioanne, S. Patriarchæ Franciſci Paulani Sociis, & imitatoribus famæ venerandæ, haud obituris, Religioni. Præſulatu, literis, meritis, & exemplo: & in Joanne, & Iacobo Carelli, pietate & inſignibus ſub Ferdinando II. clariſſimis, nec non & in Marcello Sacco I. U. D. ac Iulio Sacco, Monopolitano Antiſtite, emeritiſſimo.

FOS-

FOSSATUM.

TAbernæ pagus frugifer, & amenus, non procul à Ionio; Patria Lucretiæ Bruno, & Dominici Amelio, pietate, & meritis præclarorum.

FRANCAVILLA.

OPpidum frugum copia, venatione, & aucupio jucundum. Patria Ioan. Matthæi Mileto, literis eminentiſſimi: à Freto, & Lacania 3. mill. diſtans.

FRANCICA.

PRopè Miletum circiter milliario Oppidum celebre, ſic fortè nominatum, vel Francorum extructione, vel ſtrage. Emporio, nobile; Serico, lymphis, frugibus omnigenis uberum, duobus amnibus conterminum, Scotopeto, per quem à Miletenſi, & Medama, per quam à Sorianenſi agro ſecernitur. Aucupia nobiliora: medicinales herbæ opportunæ ejus in arvis paſſim reperiuntur. Glorioſum reddidit Natalis Gabrielis Barrii, magno ingenio, & eruditione, nec minori judicio, & prudentia Viri, in Geographia, & in utraque lingua doctiſſimi, qui Multa Monimenta æternitati donavit, inter quæ illud inſigne, *De antiquitate, & ſitu Calabriæ* in Libros quinque diſtributum; Ro-

Digitized by Google

mæ apud Ioſephum de Angelis, 1571. in 8. denuò recuſum in Italia illuſtrata Francfurt. in fol. ann. 1600. *Libroſque tres pro lingua latina*. Librum unum *de Æternitate Urbis*; itidem *de Italiæ laudibus*, Romæ in ædibus Pop. Rom. 1571. in 8. Deridendi ſanè, & Uvandingus, & alii, qui pro *Francicano* Franciſcanum cæcutiendo ſcribunt; Opuſque non ſuum, ſed à Cardinali Sanctorio, exaratum fuiſſe præſumunt. Sequitur Barrium Iulius Cæſar Comercius, quo omnis Italica Accademia Medicinæ ſtudio florentiſſima nullum unquam hujus profeſſorem habuit alumno, & cive ſuo clariorem. Soſpitatem à pediculari morbo Philippo II. Hiſpaniarum Regi reſtituit, à quo pro ſapientiæ meritis multa inſignia, privilegiaque feudorum, nundinarumque obtinuit ſibi, & ſuis, hactenus perſiſtentia. Ex eodem Oppido pariter prodiere in literis, pietate, & ſanctitate inſignes Fernandus Ritura, Nicolaus, Aloyſius, Baronius, Marcus Candiotto, Antonius de Haſta, Bernardinus, Benedictus, Stephanus, Provincialis, & Viſitator Regni Siciliæ Capuccinorum, Inſtituti Seraphici; Stephanus alter Carnevale, Generalis Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, Zelo, & doctrina præſtantiſſimus, 1574. Aliique plurimi fama venerandi.

GE-

Digitized by Google

GEMINIANUM.

OPpidum illuſtre, quod Crotalus amnis præterfluit, à Freto duodecim, à Scyllaceo novem mill. diſſitum. Ad lignea Vaſa conficienda Oppidani idonei. Hic calcanthum, & cos olearia naſcuntur. Patria Annibalis Roſſelli, Inſtituti Seraphici de Obſervantia doctiſſimi, qui ſequentia Opera, Omnigena eruditione compoſita edidit, nimirum = *Pymander Mercurii Triſmegiſti cum Commento fratris Annibalis Roſſelli Calabri, Ordinis Minorum Regularis Obſervantiæ Theologiæ, & Philoſophiæ, ad S. Bernardinum Cracoviæ Profeſſoris, Lib. 1. de SS. Trinitate*. Cracoviæ in officin. Typographic. Lazari, ann. 1585. in fol. = *Liber 2. de Spiritu S. & Angelis*. Cracoviæ in eadem Offic. ejuſdem anni, in fol. = *Liber 3. de ente, materia, forma, & rebus metaphyſicis*, iiſdem Typ. an. 1586. in fol. = *Liber 4. de Cælo*, ut ſupra, ann. 1584. in fol. = *Liber 5. de Elementis, & deſcriptione totius Orbis*, in eadem Typogr. an. 1586. = *Aſclepius Mercurii Triſmegiſti cum Commento fratris Hannibalis Roſſelli Calabri &c. Lib. 6. de Immortalite Animæ, qui eſt primus Aſclepii*. In eadem Offi . an. 1590. in fol. = *De Septem Sacramentis*, Opus in plures Tom. diſtributum, Pomaniæ apud Joan. Volrab. an. 1590. Aliaque plurima apud Card. Bona, & Poſſevin. Eodem ex loco Tiberius Roſſelli, Philoſophus incomparabilis, qui poſt quam Salerni, ac

 Neap.

Digitized by Google

Neap. Cathedram publicè eſt moderatus, Africæ viſendæ impatiens, à proprio mancipio, teſte Bario, necatus interiit. Quemadmodum & Joann. Chryſoſtomus, Benedictini Inſtituti, in Theologia, in utraque lingua; ac pietate maximè enituit; obiit Archiepiſcopus Dyrrachinus, meritis haud obiturus. Petrus Tavano, multorum Cardinalium Secretarius emeritus, & Maximianus Scorafava, eloquentia inſignis.

Infula glorioſi fuere Adam S. Leonis Antiſtes, & Chryſoſtomus Archipræſul Raguſæ. Religioſi Viri, in omnigena literarum, & virtutum Encyclopedia, Gregorius, Ordinis Prædicatorum: Ioſaphat, Minimorum Inſtituti, & Anaſtaſius Capuccinorum ſanctitate conſpicui; nec prætereundi Joannes Pavoneſſa, Maximianus Scorza, aliique non pauci ſpectatæ vitæ, fama percelebres.

GEOLIA.

Vulgò *Gioja*, quaſi gemma propè Fretum viatoribus patens, olim Metauria dicta ab Amne Metauro navigabili Oreſtis expiatione famoſo, eam adlabente, inter Taurianum, & Medamam, Oppidum ſitum, Locrorum ædificium, à Zancleniſibus Peloponeſi populis reſtauratum. Aruorum planitie, piſcatu, aucupioque jucunda Tellus, & ubera. Hanc Urbem glorioſam fecere præ aliis Steſicorus, Poeta, & Muſicus incomparabilis, unus ex no-

novem Lyricis, in cujus ore, teſte Plinio *Lib.* 10. Luſcinia canendo, mirabili auſpicio ſummum eum Poetam futurum præmonſtravit. Ut accidit, cum primus Chorum ad Cytharæ cantum conſtituerit, propterea Steſicorus nominatus. Scripſit dorica lingua *Poematum* libros viginti ſex. Helenæ turpitudines cum cecinisſet, excæcatus, ei viſus reſtitutus eſt, palinodiam in ſomnis, uti ajunt, ſcribendo; unde Plato *in Phædro*: *Eſt autem his, qui confabulando peccant expiatio, quam Homerus non novit, ſed Steſicorus; oculis enim privatus ob Helenæ vituperationem, non ignoravit cæcitatis cauſam, ut Homerus, ſed utpotè muſicus eam agnovit; itaque ſtatim illa fecit carmina.*

Non verus ſermo ille fuit.
Nec navibus altis exiſti fugiens,
Nec adiſti pergama Trojæ.

Itaque hoc edicto poemate, quam Palinodiam, ideſt Cantum Contrarium vocant, confeſtim recuperavit amiſſum. Filios habuit in poematibus claros, nec non & fratres in Matheſi, Legibuſque percelebres, nimirum Mamertinum, & Ameriſtum Geometras, & Helianactam legiſlatorem, qui demum ſenectà cum ſuis in Himeræ Siciliæ Oppidum tranſmigrarunt: ſpontè, vel coactè, utrumque incertum.

GEO-

Digitized by Google

GEOLIOSA.

OLim Miſtra, teſte Stephano, vulgò *Giojoſa*, Oppidum edito loco, & penſili ad Orientem ſitum, quod Galitium Amnis adlabitur, à Freto mill. 3. diſſitum. Serico, vino, oleo, goſſipio, ſeſama, ſale nativo, nemoribus omnis generis fructuum, ac lapide, quo Pictores utuntur ad Imagines inumbrandas, maximè uberum. Patria Victoriæ Teotino, tertii Ordinis S. Dominici, ſanguine, & ſanctitate glorioſæ.

GEORGETUM.

VUlgò *San Giorgio*, Morgetum olim, ſivè Morgetia, Oppidum in radicibus Appennini, celſo, & ſalubri loco ſitum, à Morgete Rege conditum, Stephano teſte, orientem verſus uberiora in omnibus arva, deliciiſque plena. Floruere hoc in loco ex Prædicatorum Inſtituto multi, titulis, literis, ac pietate Religioſi viri, quales fuere Joannes Baptiſta Zito, & Petrus Giovinazzo, utriuſque Provinciæ Calabriæ Provinciales moderatores. Thomas Amendolia, in variis Monimentis *Theologiæ moralis* luci donatis, vitæ exemplaritate, ac eloquentia inſignis; aliique plurimi laurea doctorali gradibuſque honorariis emeriti; necnon & Hieronymus, Ord. Seraphici Capuccinorum, exemplo, meritiſque præclarus.

GRE-

Digitized by Google

GREGORIUM.

MOntisleonis Pagus frugifer, olei, fructuumque ferax. Patria Chryſoſtomi, & Joſephi, inſtituti Capuccinorum, de Familia Sorbilli, literis, & pietate clarorum.

HIERACIUM.

OLim Locrus, inter Calabriæ Reſpublicas, Urbs vetuſta, & omnibus clara; edito atque ſaluberrimo loco, duos inter Amnes Mericum, & Novitum ſita: à Rhegio 75. teſte Strabone, à Fretoque quinque mill. diſſita apud Barrium. Fundatores habuit Naritios Locrenſes populos, poſt Trojanum excidium Ajacis Oilei Socios; Unde Virgil. 3. *Æneid.*

Hic & Naritii poſuerunt mœnia Locri;

niſi velimus cum Dionyſio Afro, Naritios hos comitatos à propria eorum Regina, ductore Evantho, in promontorio Zephirio prima jeciſſe propugnacula, hùc poſtmodum decurſu temporis, quod Eſopi promontorium dicitur ad Orientem translata, natura, & arte, rupibus, & arce munita, aquarum bonitate, ubertateque, ac Cœli temperie redimita, quibus, & ſe tutari, & hoſtibus occurrere, validior eſſet conatus, opportunaque ſecuritas.

Hinc ad Boream Zephirii, quæ ſumma vocatur,
Sub qua ſunt Locri celeres, qui tempore priſco,
Illuc

Illuc Reginam propriam venere ſecuti:

Auſoniamque tenet, qua currit flumen Alecis.

De ejuſdem amænitate, fructuum deliciis, frugumque feracitate, ſic Attius Poeta in ſua *Erigona* cecinit.

Locrorum loca viridia, & frugum ubera ſunt.

Sic pariter Pindaro in *Ode.* 10. de Locris canere placuit.

Poſtquam modo fluens unda ſubmergit volutatum in littore calculum.

Et poſtquam communem ad gratioſam jam delectationem. Sermonem extendimus.

Quidem veritas Urbem Locrorum adminiſtrat Zephiriorum.

Illiuſque curam habet Calliopes, & ferreus Mars.

Sed vertit in fugam, Cygnea pugna, & juribus nobilem Herculem.

Maximèque in undecima, eorumdem Sapientiam, fortitudinem commendare, & hoſpitalitem.

A Locris Epizephiriis magnum genus ducens.

Illic, & vos ſimul mecum ò Muſæ chorum ducite.

Promitto enim, vos non averſantem hoſpites exercitum,

Neque honeſti ignarum.

Sed ad Sapientiſſimas belligeratores acceſſuras,

Natura enim inſitum mare, neque aſtuta Uulpis,

Neque terribiles Leones facilè permutaverint.

Italiæ frontem in tres ſinus incedentem promontorium illud vocavit Plinius, Magnæque Græciæ,

ciæ,& Auxonii Maris,quod nec peſtilentia unquam, nec Terræmotu miſerum , ob gratam Cœlo temperiem annotavit antiquitas. (*lib.* 6.) Pulchritudo incomparabilis in puellis, & venuſtas , quæ ex lectis floribus coronatæ incedebant ; oſcula pro ſalutatione, Græcorum more Olympiaco, amicis imprimendo: illa præ aliis eminentior , quæ plures corollas baſiorum numero ſumpſiſſet . In Sagra Fluvio famoſa acies adverſus Crotoniatas . A Dionyſio Tyranno multa paſſa , ignominia , & cæde , conſtupratione, & rapina; qui tandem repulſus ſimile contumeliæ genus in filias,& uxorem à Locris expertus , vitam miſerabiliter finivit.

Nobilitate, divitiis, gloriaque geſtarum rerum , Italiæ flos à Platone vocata , quæ non modo Orientalem Oram ab Halecio flumine ad Crotalum uſque , verùm & non modicam occiduæ partem cum Meſſana pariter in ditione habuit, poſſeditque Teſte Tucidide , (*lib.* 4. *&* 5.) Romanis ſupra fidem chara, & ſi Pænis , Hannibale Duce, aliquando,coactè,non ſpontè data,quibus reſtituta, patrocinio, & armis obſecuta eſt , & Pleminii morte , Proſerpinæ Phanum expoliantis , ſocietatiſque prærogativis apud Tullium maximoperè cohoneſtata , & vindicata.

Varios Locrenſes ſculpebant numos ; hinc indè paſſim Minervam , & Jovem exprimentes, utpotè armis , & literis Reſpublica famoſa nimis. Aliquando ex poſtico Fulgurem, & Caducæum,

Bellonam, & Pegaſeum, Palmam, & Apollinem, Floram, & Pomonam, Caſtorem, & Pollucem cum hac Epigraphe λοκρων.

Prima, ut creditur, quòd Leges ſcriptas ediderit, ſuoſq; dulcitèr, fortitèrque muniret: ſtatera, & enſe, cithara, & calamo.

Hac ex Urbe exiere nobiles illi Philoſophi omni exceptione majores: Thimæus, Acrion, & Euthicrates, ad quos, teſte Tullio, *lib. 5. de finibus* Plato peragravit, ut cum Socratem expreſſiſſet, adjungeret Pythagoreorum diſciplinam, eaque, quæ Socrates repudiabat addiſceret. Thimæus ergo Platonis præceptor, in Philoſophia, Matheſi, & medicina nulli ſecundus, primus fuit, qui de animorum æternitate, & de univerſi natura diſſeruit, apud Laertium, undè Plato in eo libro, quem de Mundi natura inſcripſit, quemque proprio Thimæi nomine inſignivit, aſſeruit; *Thimæus quidem hic ex Locris, quæ Urbs in Italia juſtiſſimè gubernatur, nobilitate, & opibus præſtantiſſimus, ſummis Magiſtratibus, & honoribus functus eſt, & ad ſummam totius Philoſophiæ, ut opinor, aſcendit*. In Aſtronomia incomparabilis, & in naturæ cognitione peritiſſimus, ex cujus doctrina, teſte Laertio, Ariſtoteles multa excerpſit, ſuiſque libris inſeruit. Primus, quod unitatem, ingenerabilitatemque Dei, teſtantibus Euſebio, *lib. 3. de præp. Evang.*, & Clemente Alexandr. *Strom 5.* fideliter probaverit, ſuſtinueritque, ideòque principium, quia ingenitus.

tus. Scripſit, teſte Suida Librum de *Mundo*, *&* *Anima*, *de Mathematica*, *&* *de Pythagoræ vita*; Soluſque apud Proclum *in Lib. de anima*, *&* *dæmone*, qui animæ eſſentiam, univerſique armoniam, & interitum numeris, concentibus, atque figuris plurimùm exornavit. Metempſicoſim Pythagoricam reprobavit, tranſmigrationemque hominum ad beſtias, id dictum à præceptore ad impiorum terrorem. Mundum divino nutu in tempore factum, terra, igneque conſtructum aſtruit, lumine, & tactu, ſenſibus conſentaneum; quod mundi anima viveret à Deo creata, corpore priore, tum tempore tũ poteſtate. Fluvios illos ex Celtarum cacuminibus in Atlanticum labentes, horum incurſu pertundi, & inundare Fretum, defectuque revocare, & ſubſiſtere putat, apud Plutarchum *lib.* 3. *de placit. Philoſoph.*; quemadmodum, & Rubetas, apud Elianum *lib.* 8. *de hiſt. animal.* duo jecora habere, unumque necare, alterum alteri adverſantem vitam afferre. Folia decidere, Sole Scorpionem tranſeunte, ſyderis vi, ut quodam aeris veneno, exiſtimat, ait Plin. *lib.* 15. *&* 1., *&* 2. ubi ipſum Scriptorem inſignem incomparabilemque, innumerabilia de Medicina differentem, pluribus clamat.

Præfatis accedunt Parmenides, & Meliſſus, quos Locrenſes Leodontius *in Armon.* apud Maraſiotum *in Chronicis* vocat; Philoſophi celebres, & novæ, ac peculiaris ſectæ inventores.

Præ aliis ſapientioribus, & in Philoſophia py-

thagorica conſpicuis, fuere Zeleucus, & Charonda legislatores, teſte Ariſtotele, de *Locrorum Republica* de quibus Cicero *lib.* 2. *de legibus*, *Zeleucus, & Charonda, non ſtudii, & delectationis, ſed Reipublicæ cauſa leges Civitatibus ſuis ſcripſerunt, quos imitatus eſt Plato; Zeleucum commemorant ipſius cives noſtri clientes Locri*. Hinc de Zeleuci juſtitia, & æquitate Valerius Maximus *lib.* 6. *Nihil illis etiam juſtitia exemplis fortius Zeleucus urbe Locrenſium, à ſe ſaluberrimis, atque utiliſſimis legibus munita, cum filius ejus adulterii crimine damnatus, ſecundum jus ab ipſo conſtitutum, utroque oculo carere deberet, ac tota Civitas in honorem patris pænæ neceſſitatem adoleſcentulo remitteret, aliquandiu repugnavit: ad ultimum precibus populi evictus, ſuo prius, deindè filii oculo eruto, uſum videndi utrique reliquit. Ita delitum ſupplicii modum legi redidit, æquitatis admirabili temperamento, ſe inter miſericordem patrem, & juſtum legislatorem partitus*. Varia ſcripſit apud Polybium *de Patrimonio non alienando, ac de Vini temperantia* apud Ælianum, quod bibere ſine Medicorum aſſenſu Locrenſibus piaculum erat; Legeſque multas, juſtitia, æquitateque plenas apud Stobæum reperiet quiſquam, in quibus apprimè divini Numinis, Parentum, Præceptorum, Patriæque honores, honeſtatis, Juris præcepta indicuntur; & adverſus quodcunque malum invehitur, hoc proemio apud præfatum. *Omnes, qui urbem, ac regionem inhabitant perſuaſos eſſe oportet, Deos eſſe, &*

hoc

hoc exiſtimare, quod manifeſtum ſit ex Cœli, & totius mundi inſpectione, rerumque in ipſis diſpoſitione pulcherrima, & ordine. Ab eodem fortè ſumpſere Locri, mortuos non lugere, ſed poſtquam cadaver efferrent, humarentque, convivari, apud Ælianum *de ver. hiſt.*; laudata à Plutarcho de curioſitate eorundem lex, quod ſi quis peregrè reverſus rogaſſet, numquid novi? eum mulcta afficiebat; quemadmodum mulieribus aureis ornamentis ſe circumponi, niſi cum ſcortari ſtuduerint, non licere, teſtis eſt Lucianus. Tandem legem ſtatuens, ne quis enſem in Concilio ferret, cum bello imminente eum Zeleucus (talia pariter de Charonda Valer. Max. commemorat) primus detuliſſet, eodem ſibimet mortem conſcivit, apud Euſtathium *in primum Iliad. Homer.*

Non minus gloria dignus Charondas, teſte Polybio, *lib.* 2., qui Cives ſuos, aliaſque Chalcidis Civitates, Italiæ, Siciliæque finitimas, Legibus ſuis apprimè decoravit.

Hos ſequuntur, Gyptius, ſapientiſſimus Legislator, apud Jamblicum, *lib. de Sect. Pythagor.* Stenidas, apud Proclum, & Stobæum, Philoſophus pythagoricus, qui multa ſcripſit doctè apud eundem, inter quæ, *Regem ſapientem eſſe, ut venerandus ſit, oportere*. Tymares, in diſciplina pariter pythagorica eminentiſſimus Legislator, apud laudatum Jamblicum; & Omacrithus, qui Cretenſibus populis leges tulit, teſte Polybio, *lib.* 2.

Ageſidamus, Athleta nobilis, in Olympiacis

ciſ ſemper invictus, de quo, & de ſua Patria multa Pindarus *in Ode* 10. concinnat =

Olympionicen victorem, ad mentem reducite.
Mihi Archeſtrati filium, eo quod Locrorum
Mentis meæ aſtipulatus exiſtat.
Suavem etenim ipſi cantum debens,
Ejus oblitus ſum ò Muſæ.
Atque ſimul cum veritate, tu una Jovis filia,
Recta manu excutite mendaciorum in amicos errantem loquacitatem.
A longe etenim veniens, futurum tempus, meum erubeſcere facit ingens debitum
Sed dilationem lentam, pignus ſolvere poteſt,
Modo ubi præmanens unda ſubmergit involutum in littore calculum,
Et poſtquam jam communem ad gratam delectationem orationem extendemus,
Quidem rectitudo Civitatem Locrorum, gubernat Zephiriorum.
Ejuſque curam habet Callyope, & ferreus Mars.
Sed in fugam vertit Cycneo prælio, & legibus nobilem Herculem.
Sed pugil Ageſidamus, Olympiade vincens hyle agat gratiam.
Sicut Achilli Patroclus, ſic alium virtute magnum virum alius exercens.
Ad altam extulit gloriam Dei favore.

Et paulò infrà ſubjungit.

Sic eſt quando ille, qui nobilia facta egit.

Sine

Sine hymno Ageſidamus ad Dytis domos ne abibit?
Incaſſum enim ardens, labore ſuo, cito aliqualiter delectatus eſt.
Sed tibi ſuaviſſima lyra, dulciſque tibi gratiam parturit, ac variat.
Sed & pierides Jovis filiæ, longe, lateque tuam augeant famam.
Et ego junctus muſis in nobilem Locrorum gentem incidi,
Melleque fortem rigans amabilem Archeſtrati filium laudavi.
Quem vidi manus robore ad altare Olympicum aſtantem,
Illo quidem tempore, ſpetie pulchrum, ætate non maturum.
Quæ laſcivam à Ganymede mortem ſimul cum Venere probibuit.

Et in ode undecima.

Sed affluens laus Olympiorum victoribus conſtituta eſt.
O noſter, quam, & lingua noſtra diſpenſare ſtudet.
Dei etenim providentia, ſapientibus aliquis in æternum curis floret.
Scies quidem nunc Archeſtrati filii Ageſidame tuæ pugillatoriæ cauſa.
Qua aurea olea corona coronatus es.
Hunc ſuaviſonum ornatum reſonabo.
Locrorum Epizephiriorum magnum genus ducens.
Illuc, & vos ſimul mecum ò Muſæ chorum ducite,

Pro-

Digitized by Google

Promitto enim vos non contrariantem hoſpites exercitum, neque honeſti ignarum,
Sed ad ſapientiſſima belligeratores acceſſuras,
Natura etenim inſitum mare, neque aſtuta vulpis, neque terribiles leones facilè permutarint.

Euthymus pugil, & Athleta celebris, de quo Ælianus *lib.* 7. *de var. hiſt.* Euthymus Locrus ex Italia, Pyta inditus, & robore incredibili, inſignis fuit. Et Plinius *lib.* 7. *Nat. hiſt.c.*47. Euthymum tanquam Deum adoratum dixit, quod & vivo factitatum, & mortuo, ſic placuiſſe diis. Et Pauſanias *lib.* 6. *Eliac.* Euthymo pugillatus corona decreta, & ſtatua, ſcripſit; qui poſt quam Victor in Olympiacis, Heroem quemdam, vel Dæmonem in Tempſa viciſſet, longiſſimè vixit, neque omnino mortuum, ſed alio quodam modo hominem eſſe deſiiſſe, putavit antiquitas.

Eunomus Muſicus incomparabilis, & Citharædus, qui ſtatuam meruit, quæ inſidentem citharæ Cicadam habebat, apud Raviſium, in ſua *Teſt. Offic.* dum chorda fracta in certamine cum Ariſtone Rhegino, ſonum, vocemque Cicadam ſupervolantem ſuppleviſſe referunt.

In Secta pythagorica digni fuere apud Jamblicum, & Stobæum, Soſiſtratus, Adicus, Stenonides, Evetes, Philodamus, Euthemus, Xenon, Philiſtion, & Eraſiſtratus, in medicina pariter præſtantiſſimi, apud Gellium, *lib.*7.*c.*11. & Athenæum.

Xeno-

Xenocrates, cæcus à nativitate, Poeta heroicus, & Muſicus celebris, de quo Plutarchus in Muſica, & Locris, Italiæ Urbe, dubitare videtur, an poeta pæanus fuerit. Argumenta heroica, geſta plurima continentia eum condidiſſe, proditum eſt memoriæ, proptereàque nonnulla, dithyrambos vocitaſſe.

Heraſippus apud Heraclidem, & Glaucus apud Athæneum, *lib.* 9. qui *de obſoniis*, & *de re coquinaria* optimè ſcripſit.

Theamo, teſte Barrio, lib. 3. Mulier Vates, Poetrix lyrica nobilis, quæ apud Suidam *cantia lyrica* multa de Patria, & de ſuis dulciter concinnavit. Aliique permulti apud exteros.

In hac Urbe Phana deorum celeberrima, ſed præſertim Iovis Olympici, Minervæ, Veneris, & Proſerpinæ, cui é longinquo vota plurima, theſaurique immenſi, apud Proclum *de Oraculis*, teſte Marafioto *in Chron.*: atque in porticu opera Praxitelis hæc exarata leguntur: θυγατήρ τε Διὸς δέδεμαι δὲ θυγατρά τὲ Διὸς.

Hieracium nunc dicta, ex Accipitrum volatu, & augurio. Sedes Epiſcopalis minimè recens; ex ea enim Petrus, Epiſcopus Locrenſis Romanæ Synodo, ſub Felice III., & Stephanus pariter Antiſtes Urbis, Sextæ Conſtantinopolitanæ ſub Agathone, interfuere.

Aquis nobilibus exuberat, quæ frigiditate, Balneorumque caliditate, pro ſanitate, & deliciis

plurimum conferunt. Figlina Opera celebriora: Serica, & olea nobilia. Mannæ, Capparis, rubricæ fabrilis, lapidum molarium, magneſiæ, ſilicii, reupontici, goſſipii, & ſeſamæ ferax.

Floruere hac in Urbe multi promiſcui ſexus ſanctitate, doctrina, & meritis pleni. Sancti Florentinus, & Flavianus pro fide paſſi. S. Antonius Abbas, S. Jejunius, & B. Nicodemus Baſiliani Inſtituti. Conſtantinus, Nicolaus, Gregorius, Euſtathius, Joannes, & B. Leo, Antiſtites Urbis, & Cives. Gregorius, Epiſcopus Oppidenſis. S. Venera, ſive Paraſceves, Ordinis Carmelitarum, Eliani Inſtituti, inſignis Prædicatrix, & Martyr ſub Aſclepio, miraculis clara, apud Simonem de Spiritu Sancto, *in vita ejuſdem*, & Pugliſium, *Antiqu. Calabr. c.7.* V. Hieronymus Ordinis Prædicatorum ſanctitate celebris, cujus corpus integrum aſſervatur in Conventu Tabernarum ejuſdem Ordinis, ubi animam Deo reddidit, non ſine maximo populorum concurſu ad ejus ſepulchrum ad gratias à Deo impetrandas, nec fruſtra. Magdalena Gagliardi, Catharina, & Maria Malarbi, etiam Dominicanæ Religionis. Bonaventura Perna, Provincialis S. Franciſci Conventualium, itidem & Magiſter Paladinus Provincialis ejuſdem Inſtituti, & verbi Dei Præco eximius. Theodora Franciſca, Catharina, Paula Malarbi, Catharina Sirleti, Joanna Pignatelli. Angelus, Cyprianus, Franciſcus, Manſuetus, Marcellus, & Ambroſius, Ordinis Seraphici

Ca-

Capuccinorum. Adamas Tongari, & Pompejus Piſcianeto Heremita. Joan. Cæſar Lembo, S.Blaſii Parochus. Cæſar Gemma, Vicarius Generalis Urbis. Aliique plurimi.

Typis, & literis inſignes, Fabius Montelionius, Jur. Conſult. emeritus, qui *de quatuor literis arbitralibus* doctiſſimè ſcripſit. Thomas Gagliardi, Capuccinus, qui luci donavit italicè, *Il Diamante, Maria Vergine, concetta ſenza peccato Originale, con ſuoi effetti frà il giro degli anni* 1628., *ſeguenti occorſi, e nel ſemplice anello in queſto libro à maggior gloria di Dio, e di eſſa Genetrice degniſſima*. Meſſanæ, typ. Hæredum Petri Brea, 1650. in 4. Benedictus Hieracius, in utraque lingua præſtantiſſimus, Episcopus Liparen, 1650. de quo in Tumulo ad Montem Quirinalem S. Agathæ hoc legitur Cænotaphium =

D. O. M.

Benedictus Hieracius Civitatis
Hieracen. oriundus, Liparen
Sium Epiſcopus,
Divinarum, atque humanarum
Litterarum incomparabilis, inſi
Mul animi probitate, & reli
Gione adjuncta, Vir ornatiſſimus
Hic jacet.
Sacra Apoſtolorum limina de

Dd 2 *Mo-*

Digitized by Google

More veneratus, die XVIII. Au-
Guſti MDCLX. ætatis annorum
LXXI. Romæ obiit.
Terentius Tornatorius amico
Meritiſſimo faciendum curavit:

Aliique non pauci in liberalibus diſciplinis impenſè præclari.

JOPOLIS.

Quaſi Diopolis ex Barrio, hoc eſt Jovis Civitas, exiguum Caſtrum, edito loco ſitum, & ſalubre, haud procul à Freto diſſitum, & à Medama, omnis generis frugum fertile; nemoribus citrorum, malorum, pyrorum, lymonumque copia uberum; Oleo, amygdalis, Serico ſuperabundans; Patria Auguſtini Niphi, de quo Barrius, *Lib.* 2. *de Situ Calabr.*, quem Sinueſſani, quaſi Iulia lege repetunt Sinueſſam. Hic cum jam puer, mortua Matre, à patre, & à noverca, (duxerat enim ejus pater aliam uxorem) malè haberetur, aufugit domo, & ſe Neapolim recepit. Quem præclaram præ ſe indolem ferentem Sinueſſanus quidam cum eſſet intuitus, Sinveſſam in domum ſuam duxit, ut liberis ſuis inſerviret: Qui quod acris ingenii, ac gloriæ cupidus eſſet, ſimul cum illis literarum ſtudio incubuit, Atque indè cum eiſdem Patavium profectus philoſophiæ ſtudio acriter navavit operam. Cumque poſteà Sinueſſam, ac Neapolim re-

Digitized by Google

reverſus, patrem omnia bona dilapidaſſe, atque ſubindè mortuum eſſe percepiſſet, noluit amplius Iopolim patriam ſuam redire, ſed Sinueſſæ uxorem duxit, & Neapoli multos annos Philoſophiam publicè eſt profeſſus. Floruit Leonis X. temporibus, & obiit Pauli III. Pontificatu. Extat adhuc Iopoli Niphorum familia. Verum ipſe in Sinueſſanorum gratiam Sinueſſanum ſe ſcribebat, quamquam ſæpius in gymnaſio palàm Calabrum ſe eſſe fateretur: & in *epiſtola*, quæ eſt ad Ioannem Arenarum Principem *in Commmentario ſuper perhermenias* ſe Calabrum eſſe teſtatur: quod tamen in ſecunda operis editione ſublatum fuit. Sed porro vani, ac dementis eſt alienam gloriam aucupari, & inopem laudis, aliena laude prædicare ſe glorioſum; Hactenus Barrius noſter. Et Naudemus ex exteris: Quo ſanè modo ſi Niphus loquutus fuiſſet, & ſe Iopolenſem Calabrum patria, lare verò Sveſſanum dixiſſet &c. Omninò ſiquidem Iopolenſis Calaber extitit. Vir certè ingenio, doctrina, & ſcriptis verè mirandus, eloquentiæ viribus, diſputandi ſubtilitate, & diffuſa linguarum ſcientia, omnibus ſui ævi eruditis palmam præripuit. De eo nemo diffuſius, quam Gabriel Nauderus loquitur, neque diſtinctius Auctoris ſcripta in ſuo Cathalogo adnumerat aliquis: & ſunt =

Auguſtini Niphi Jopolenſis Calabri, ſua tempeſtate Philoſophi omnium celeberrimi, Comitis Palatini, Librorum omnium editorum Cathalogus.

Pri-

Prima Claſſis Commentariorum in Ariſtotelem, & Averroem.

Tranſlatio, & expoſitio librorum Ariſtotelis de Interpretatione. Venet. apud Octavianum Scot. 1537. *Pariſiis apud Joan. de Roigny, in fol.*

Commentaria in libros priorum analyticorum Ariſtotelis. Neap. 1516. *Venet. apud* Hieronymum *Scot.* 1549. *apud Iuntas* 1553. *in fol.*

Commentaria in Libros Poſteriorum analyticorum. Pariſiis, apud Jacob. Kerver 1540. *Ven. apud Octavianum Scot.* 1553. *&* 1565. *in fol.*

Commentaria in octo libros Topicorum. Venet. apud Octavian. Scot. 1533. *&* 1555. *Pariſiis apud Jacob.* Kerver *cum textu græco, & latino.* 1542. *in fol.*

Expoſitio in libros de Sophiſticis elenchis. Venet. apud Octav. Scot. 1534. *Pariſiis apud Joan. Roigny* 1540. *in fol.*

Expoſitio, atque interpretatio in tres libros Ariſtotelis de Rhetorica. Venet. 1538. *in fol.*

Converſio in latinum ſermonem, & expoſitio librorum Ariſtotelis de phyſico auditu, recognit. cum Scholiis in margine. Venet. 1519. *in fol.*

Traductio librorum quatuor de Cœlo, & Mundo, cum eorundem expoſitione. Venet. 1525. *apud Scot.* 1540. *&* 1454. *apud Juntas eodem an. in fol.*

Interpretationes, & Commentaria, itemque paralipomena, & dilucidationes in duos libros de Generatione, & Corruptione. Venet. 1526. *apud Scot.* 1543. *fiſſo. in fol.*

In

In quatuor Ariſtotelis libros Meteorologicos Comment. Ven. 1531. *apud Scotum* 1540. 1547. *cum ejus effigie, &* 1560, *in fol.*

Collectanea, & Commentaria in tres libros de Anima. Ven. apud Octavian. Scot. 1522. 1549. 1559. *apud Iuntas* 1544. *in fol.*

Commentarii in libros Ariſtotelis de Phyſiognomia, & de Animal. motu, juventute, & ſenectute, vita, & morte &c. Ven. apud Scot. 1523. *apud Hieronym. Scotum* 1550. & 59. *in fol.*

In XII. libros de prima Philoſophia expoſitio. Ven. apud Hieron. Scot. 1547. *cum ejus effigie* 1558. *in fol.*

In eoſdem libros Metaphyſicarum diſputationum dilucidarium. Ven. 1521. *in fol.*

In duodecimum Metaphyſices Ariſtotelis volumen Commen. Ven. apud Octav. Scot. 1518. *in fol.*

Expoſitiones in omnes Ariſtotelis libros de hiſtoria, partibus, & generatione animalium. Ven. apud Hieron. Scot. 1546. *in fol.*

Commentationes in lib. Averrois de Subſtantia Orbis. Ven. apud Octav. Scot. 1508. 1519. 1546. *cum ejus effigie, &* 1559. *in fol.*

In duos libellos Averrois de animæ beatitudine, Comment. Ven. apud Octav. Scot. 1508. 1524. *in fol.*

Commentationes in Averrois deſtructiones deſtructionum, contra Algazelem. Ven. apud Octav. Scot. 1517. *in fol. & Lugd. cum Averrois operibus editis in* 8. *apud Scipion. de Gabian.* Claſ-

Digitized by Google

Claſſis ſecunda librorum, quos Niphus proprio Marte Compoſuit

De Intellectu lib. VI. & de Dæmonibus lib. III. editi Ven. 1503. *& apud Hæred. Octav. Scot.* 1527. *in fol.*

De immortalitate Animæ adverſum Petrum Pomponatium . Ven. apud Hæred. Octav. Scot. 1518. 1524. *in fol.*

Averrois de mixtione defenſio . Ven. apud. Hæred. Octav. Scot. 1505. *in fol.*

De infinitate primi Motoris quæſtio jungitur fermè ſemper Comment. in libros de generat., & corrupt. ſed excuſa ſigillatim reperitur Ven. 1504. *in fol.*

Codicillus de ſenſu agente , editus ſimul cum Comment. in deſtruct. deſtruct.

De artificioſa interpretatione ſomniorum , & de prophetia libelli 2. *ſubduntur commentaria in lib. de Phyſiognomia , juventute &c.*

De diebus criticis , ſeu decretoriis . Ven. apud Pentium de Leucho , 1505. *apud Alexandrum Celedonium ,* 1504. *cum enunciatis de medicamentorum electionibus , apud Octav. Scot.* 1519. *in fol. Argentorati apud Henricum Fabole in* 8. *& Marpurgi,* 1614. *in* 4.

De noſtrarum Calamitatum cauſis liber . Ven. apud Hæred. Octav. Scot. 1505. *in fol.*

*Eruditiones apotoleſmata Ptolomæi.Neap.*1513. *in fol.*

De figuris ſtellarum Helionoricis . Neap. 1520. *in fol.* *De*

Digitized by Google

De veriſſimis temporum ſignis Commentarius. *Ven. apud* Hieron. Scot. 1550. *in* 8.

De falſa diluvii prognoſticatione, quæ ex conventu omnium planetarum, qui in piſcibus continget ann. 1524. *divulgata eſt, libri tres.* Neap. *apud* Joan. *Paſquet.* 1519. *in* 4. *Bonon.* 1520. *in* 8.

De ratione medendi, lib. 4. *ad Curtium Seſſa alumnum ſuum.* Neap. *apud* Matth.Cancereno, 1551. *in* 8.

Dialectica ludrica. Ven. apud Alexandrum de Burdonis, 1521. *in* 8.

Epitomata rethorica ludicra. Ven. per Philip. Pincium, 1521. *in* 8.

De auguriis lib. 2. *Baſileæ apud Hervagium*, 1534. *Marpurgi, addito etiam tractatu de diebus criticis*, 1514. 8. *Gallicè verò redditi per Antonium Molinquum. Lugduni in* 8. *&* *Pariſiis*, 1566. *in* 16.

Prima pars opuſculorum in V. libros diviſa, Ven. apud Hieron. *Scot.* 1535. *in.* 4. *& Pariſiis* 1545. *in* 4. *Opuſcula verò contenta ſunt, de vera vivendi libertate lib.* 2. *de divitiis, lib.* 1. *de his, qui in ſolitudine aptè vivere poſſunt, lib.* 1. *de Sanctitate, & prophanitate. De Miſericordia lib.* 1.

De regnandi peritia, lib. 5. Neap. 1523. *in* 4. *Pariſiis*, 1645. *in* 4.

De his, quæ ab optimis Principibus agenda ſunt libellus. Florentiæ, 1521. *in* 4. *Pariſiis* 1645.

De pulchro, & amore, lib. 2. *Romæ* 1531. *in*

4. *Lugduni*, 1548. *in* 8.*Lugduni Batavorum*, 1641. *in* 12. & *Pariſiis*, 1645. *in* 4.

De re aulica ad Phauſianam. *Neap*. 1534. *in* 4. *Pariſiis*, 1645. *in* 4.

Præfatis addenda =

De armorum, literarumque comparatione, commentariolus ad Andream Carafam Sanſeverinenſium Principem. De inimicitiarum lucro, ad Antonium Iſecram. Apologia Socratis, & Ariſtotelis, ad Ludovicum Canoſam Veronenſem Epiſcopum. De Rege, Tyranno. Neap. apud Evangeliſtam Papienſem, hæred. Sigiſmundi Mayr. 1526. *in* 4.

Undè relictis in Authoris laudem, Diplomatibus Leonis X., Privilegiis Salerni Principis, Epithaphiis Galeazzi Florimonte, Elogiis Iovii, aliorumque digniſſimis Viro tanto; hic dumtaxat placet apponere Iani Aniſii merito Niphi Poemata, *lib*. 2. *Poem*.

Ad Auguſtinum Niphum

Heùs tu qui retegis ſinus retortos,
Mæandrios, labyrinthios acervos
Chryſippi, ſapis atticos, & hortos,
Et nil non bone polliceris, aſtra
Dum cenſes radio, futura voluens &c.

Et in fol. 27.

Tecum benigne à Diis agitur Niphe,
Dulcis receſſus quem patriæ colas &c.

Et Franciſci Suvertii, ſupra Authoris Sarcophagum, Epitaphium.

Augu-

Auguſtini Niphi Philoſophi

Dum lapidi titulum mærens Galeacius addit
Et triſti curat funera cum gemitu,
Se quis honos tumuli: non hoc tibi, Niphe, ſupremum,
Sed Patriæ, & miſero ſtat mihi munus, ait.
Næ vivis meliore tui tu parte. Levamen
Nos luctus mediis quærimus in lacrimis.

Et Vincentii germani fratris, in Medicina, & Philoſophia incomparabilis, Ord. Prædicatorum, Cathedratici Salerni, magnificis expenſis ejuſdem Principis meritò decorati.

ISULA.

AB Annibalis Caſtris, & Mari Civitas Epiſcopalis haud procul ſemota, juxtà Lacinium montem, & Ajacem amnem, cujus ager frugifer, & pabulis aptus. Baccho clara; glorioſaque in ſuis Joanne, Urbis Antiſtite, 1128. & Bonaventura, Ordinis Capuccinorum, meritis, & doctrina clariſſimis.

KALASERNA.

NUnc *Campana* dicta, Oppidum ab Oenotriis conditum, & à Philoctete reſtauratum. A Chariato mill. 11. diſſitum. Hic vina, olea, ſerica, caſtaneæ manna, marmora, calcanthum, lapides molares, pix, herbæque medicinales, cætera-

raque ad vitam neceſſaria naſcuntur. Patria Franciſci Marini, Inſularum Epiſcopi, ac multorum Operum diſertiſſimi Scriptoris, zelo Eccleſiaſticæ diſciplinæ conſpicui, & in Poeſi præſertim ſacra ſummè præclari.

LACANIA.

Olim Lautonia, antiquum Oppidum, nunc Caſtrum, diſtans à mari mill.paſ.3.à Mayda ſex, quod Mocata fluvius præterfluit; linis optimis, manna, & ſaccaro clarum. Vitice, ſeſama, nymphea, tuberis, marmore, plantis, & platanis uberum. Illuſtre Præſulatu Petri de Sonnino, qui de ſuo Archipræsbiteratu, eligitur Geruntinus, & Cariathenſis Epiſcopus, 1481. indè ad Neocaſtrenſem ſedem translatus, 1489. plenus meritis, & doctrinis, obiit mundo, fama non obiturus.

LAGARIA.

Civitas vetuſta ſupra Cyrniſtaſum montem, validum propugnaculum ſita, nunc in ſuis ageribus penitus obruta; ubi vinum nobile, dulce, ac molle, ne dum à Medicis, verum & ab omnibus, teſte Plinio, *lib.* 4. & Athæneo, mirificè comendatum. A Cyliſtarno fluvio ferè milliario, à Coſa vero quatuor diſſita. Famoſa in ſuo Epeo fundatore, qui Equi lignei fabricator, Trojæ denuntiavit exci-

ci-

eidium; de quo Lycophron *in Alexandra*

Equi fabricator lagariæ in alnis
Haſtam timens, & phalangem fortem
Pænopei filius Epeus fabrefecit ligneum Equum
Qui circa Cyrim, & Cyliſtarni aquam
Advena domos longè habitabit à patria.

Quæ ita ab Iſacio interpretantur. *Epeus equi fabricator Lagariam condidit, juxtà flumen Cyliſtarnum. Ferramenta autem dicavit in templo Minervæ, & Medeæ, qui juxtà Cyrim, & Cyliſtarnum hoſpes, & advena inhabitavit.*

LACUM.

OPpido par, Caſtrum in Convalle Appennini ſupra Amantheam, glandiferis plantis, frugibuſque affluens. Patria Jordani Poliſicchio, Ord. Prædicatorum Magiſtri Regentis, & Doctoris, ac Patavii Cathedratici emeriti, & Bibliothecarii.

LATARACUM.

OLim Hetriculum, Oppidum vetuſtum Brettiorum, Montaltum inter, Toranumque ſitum: ubi arva frugibus, fructibuſque omnigenis ubera; Vino, lino, cannabe, oleo, ſerico, caſtaneis, Xilone, gypſo, ſilice, & Alabaſtrite fæcunda. Patria Laurentii de Fuſco U. J. D. in Regno Neapolitano Regii Auditoris emeriti, atque in legalibus ſcriptoris eximii.

LAUM

LAUM.

VUlgò *Laino* Oppidum ab Auxoniis conditum, & ab Oenotriis auctum, ſupra ejuſdem nominis Amnem ſitum, è montibus in Salvatoris noſtri morte conſciſſis emanatum, Calabriam à Lucania diſcriminantem, cujus Oppidani, teſte Plinio, *lib.* 3. coreis, ſoleiſque concinnandis operam navant. Ex eo prodiere Viri in omnigena literatura conſpicui, armiſque præclari. Ex Maradiæ Familia Philippus, qui Oppidi Caſtrum adverſus Lotreccum Ducem ſtrenuè defendit; proindè à Carolo Cæſare in ſuis multis titulis, & privilegiis Auguſtæ 3. *Julii* 1551. ac pro meritis Familia à Nicolao V. Pontifice 5. *Februarii* 1451. ſpeciali Diplomate Eccleſiaſtico Patronatu inſignita. Ex Prædicatorum Cætu Hiacynthus Donato, utriuſque Iuris, ac Theologiæ Magiſter, & Doctor, Calabriæque Provinciæ Provincialis emeritus. Publici Juris fecit Opus cujus Titulus = *Rerum Regularium Quadripartita Praxis Reſolutoria, in duos Tomos diſtributa*. Neap. Typ. Iacobi Gaffari, 1652. in fol. duoſque alios Tomos apud Novellum de Bonis, 1660. & 61. Ex Societate Ieſu, Petrus Paulus Navarro, qui doctè *Apologiam* pro Chriſtiana Fide, contrà Gentilium Calumnias, conſcripſit; Opuſque P. Antonii Spinelli, quod *Thronus Dei Maria Deipara* dicatur, lingua Iaponica tranſtulit; alia-

que

que plurima orientali idiomate exarata, Martyr occubuit, 1622. meritis, & doctrina præclarus. In præfata Familia Maradiæ pariter præluxere tria Juris Prudentiæ lumina, Philippus, Franciſcus M.C. V. Judex, & Hyacinthus, Policaſtrenſis Epiſcopus in tot editis Voluminibus diſertiſſimi.

LAURENTUM.

OPpidum non procul à Montebello, & Pentydactilo, edito loco extructum, quod amnis ejuſdem nominis adlabitur. A mari 8. mill. diſſitum; omnis generis frugum, fructuumque ager ferax; pinaſtris, manna, cappare, & amygdalis uber. Linis optimis, lapidibus molaribus ſuperabundans. Patria B. Geraſmi, vita, & ſanctitate conſpicui.

LEVIDONIA.

VUlgò *Albidona*, Oppidum vetuſtum, olim Leutarnia dictum, quod ejus nominis Amnis præterfluit, & reliquiæ Trojanorum poſt Ilii excidium incoluere. Frumenti, frugumque, Capparis, amygdalarum, mannæque fertile; inter Heracleam, Thurioſque locatum; 4. mill. à mari diſtans. Patria Alexii, Iacobi, & Chryſoſtomi, Inſtituti Capuccinorum, memoriæ venerandæ.

LON-

LONGOBARDUM.

OPpidum freto imminens, haud procul à Cacutio Monte, herbis medicinalibus, & altitudine inſigni, omnigena fructuum fætura commodum, piſcatu, & aucupio famoſum. Glorioſum in ſuis B. Archangelo, S. Vitæ Viro, ac B. Franciſci de Paula ſocio, ab Hæreticis pro fide paſſo; B. Nicolao ejuſdem Ordinis, Briatici, & Tropeæ Cænobiorum Fundatore; & Nicolao laico ejuſdem Inſtituti, merito ſanctitatis conſpicuo, & Franciſco Preſte præfati Ordinis Generali vigilantiſſimo 1630. qui à Turcis Captus, & pro fide multa paſſus, plurimum ad Dei gloriam dimicavit, Traces nonnullos ad fidem, Captivos ab infidelitate amovendo, evocando: obiit tandem plenus meritis, & ſanctitate. Typis dedit monimenta plurima, quæ extant = *Centuria di lettere del glorioſo Patriarca S. Franceſco di Paola, Fondatore dell'Ordine de' Minimi, con le ſue annotazioni.* Romæ apud Ignatium de Lazaris, 1655. in 4. = *Li diſcorſi ſpirituali ſopra li tredeci Venerdì inſtituiti da San Franceſco di Paola.* Romæ apud Iacobum Dragonelli, 1668. in 8. = *Breve modo di fare Orazione mentale.* Romæ apud Franciſcum Moneta, 1648. in 12. = *Inſignior Thaumaturgi Solis, Zodiacus, Divo Franciſco à Paula Minimorum Patriarchæ Elogium.* Apud Franciſcum Albertum Tani 1672. Romæ in 4. *Deſcriptio*

ptio Apparatus, quo in Feſto S. Ignatii Societatis Ieſu fundatoris, Annum 1640. *ejuſdem Societatis centeſimum celebravit Collegium Romanum.*Romæ apud Vareſium, 1683. = MS. verò ſequentia apud Franciſcum Nepotem aſſervata = *Summa Caſuum Conſcientiæ deciſorum* = *Annotationes in Pſalmos Davidicos.* = *Pia conſideratio in Pſalmum* 100. = *Il Teatro dell'Ordine de' Minimi, diviſo in più libri* = *Calabria Sacra, cioè Vite de' Santi Beati, e Venerabili di quelle Provincie*: Aliaq; apud eundem. Ejuſdem quoque inſtituti hoc in oppido floruit Petrus Minimorum Provincialis, vir doctrina, ac ſanctitate celeberrimus:quem ſicut ſubtiliſſimum Cathedræ, ſic moribus amabiliſſimum experti ſunt concives, & populi.

LONGOBURGUM.

NOn procul à Lauretho amne,juxta Silam Sylvam, agarico,glandiferiſque arboribus uberum Oppidum ſitum.Patria Bruni Medici, in Chirurgia inſignis: qui duo opera *chirurgica* impensè docta compoſuit, magnoque in pretio habita, apud Barrium,*lib.*5.& Franciſci Mariæ Labonia,omnium diſciplinarum genere ornatiſſimi. Scripſit enim *de vera loci Urbis olim Timeſinæ, ſituatione, adverſus pertinaciſſimos Neutericos, diſcurſum apologeticum,* 1664. apud Toppium originaliter aſſervatum.

Digitized by Google

LUCII.

VUlgò *Luzzi* ſupra Chratydem amnem in Appennini convalle, Oppidum extructum, Thæbæ olim dictum, quod Thæbas Lucanas interiiſſe Catonis authoritate, Plinius commemorat. Atrolice, vitice, manna; fructibus, frugibuſque omnigenis uberum: Sabuccino Monaſterio famoſum, ubi Abbas Ioachimus, Lucas Conſentinus Epiſcopus, & Bernardus, Geruntinus Antiſtes interim ſanctiſſimè ſunt commorati; ibique Cirylli Carmelitæ ſcripta prophetica diù aſſervata, reperta. Ex eo prodiit Scipio Saliturus, multifariâ legum eruditione præditus, Iudexque criminalis M. C. V. qui Typ. dedit *de Tributis, & ſuperindictis Regi debitis tùm per ſubditos, quàm per immunes, & quovis privilegio exemptos, pro communi utilitate ad repellendos hoſtes ad Regni, Religioniſque defenſionem*. Lycii apud Petrum Michael. 1641. in 4. aliaq; plurima apud Toppium Par. 2. de Orig. S. R. C. l. 4. c. 1. Cæteriq; in diſciplina medica doctiſſimi.

LUNGRUM.

OPpidum ab Albaniæ populis habitatum, à Saracena parum diſtans. Apollinei Montis proſpectu delicioſum, aere jucundum, & frugibus; Salis foſſilis mineralibus clarum: glorioſius in ſuis

Fe-

Feliciano, Ordinis Seraphici Capuccinorum, & Franciſco, Prædicatorum Inſtituti, literis, exemplo, & merito venerandis.

MACHERA.

Supra Cerillos edito loco non procul à Freto Oppidum, quod teſte Barrio, gladium ſignificat ſitus, aut fundatoris ratione, nobis ignota; Vino & Berillis clarum, ſed glorioſius in ſuo Sylveſtro, Inſtituti Minimorum S. Franciſci de Paula, meritis, & doctrina clariſſimo.

MAGISANUM.

Tabernæ Pagus frugifer; ſed celebrior in ſuis B. Franciſca Magone, Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, & Antonio, Inſtituti Capuccinorum, ſanctitate, & exemplis inſignibus.

MAIDA.

Supra Lamethum amnem navigabilem edito, & amæno loco ſitum eſt Oppidum mediterraneum, & illuſtre, ab Oenotriis conditum, olim Melanium dictum, quod Panopletus fluvius adlabitur; à Neocaſtro, & Mari 8. mill. paſſ. ferè diſſitum, fructibus, frugibus, pabulo, aucupio, & venatione uberum: vino, & melle clarum: gypſo

Ff 2 mar-

marmoroſo, junipero, fonteque ſalſo famoſum, ac ſuo Calocrio cacumine vulgo *Contiſſa* ad utriuſque Maris proſpectum pro deliciis, jucundum. Patria Vincentii Vianei Medici Chirurgici inſignis, qui primus, teſte Barrio, *lib.* 2. labia, & naſus mutilos inſtaurandi artem excogitavit; & Bernardini ejus ex fratre nepotis, artis hæredis, & filii. Prodiere pariter, ex eo Viri in omnigena literatura conſpicui, quos inter, Iſidorus de Maida, Minimorum Inſtituti, in utraque lingua diſertiſſimus, acerrimus Hæbreorum impugnator, quorum plurimos convertit ad fidem, melioremque ad frugem reduxit. Multa Monimenta conſcripſit, commendanda à doctis, & exequenda, illuſtris apud Lanovium in Chronicon. Joan. Alphonſus Mantegna, celeberrimæ famæ, atque eruditionis Vir, quem in *Poematibus* excuſis cum operibus Lauræ Terracina, 1550., & in *laudibus* Joannæ Caſtriotæ facilè habemus Ducem haud contemnendum. Franciſcus de Maida Generalis Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, eminentiſſimus literis, & zelo. Plura Monimenta poſteris reliquit excudenda, *Santilogia*, & *Dominicalia* tractantia; Epiſcopus Lavellenſis emeritus. Felix de Maida ejuſdem Inſtituti Theologus, & Poeta præſtantiſſimus, Luci dedit italicè Poema heroicum, *le Lagrime della Madalena*, e *di S. Pietro Appoſtolo.* Blaſius Bonelli, Carthuſianus, Vir in Muſis jucundus, Vraniæque amantiſſimus. Dum ſæculo viveret, Typ. dedit italicè:

Il

Digitized by Google

Il felice Paſtorello per la Natività del Bambino Gesù. Piſis, apud Joan.Ferrettum 1670.in 8.quemadmodum & opus aliud edendum,cujus titulus = *L'Angelico riſtoro per trattenimento dell'anima amante*, utrumque poemate concinnatum. Bartholomæus de Aquino philoſphiæ, ac medicinæ ſui ævi oraculum, cujus ſubtilitas, profunditas, mentiſque ſanitas in opere illo reſplendent, quod publicæ luci dedit Neap. cui titulus: *Franciſci Sylvii Ambianatis in Auſonii Gryphon expoſitio*. Joan.Baptiſta Bongiovanni, ex Tropæa oriundus, ſed Maidæ natus, ibiq; nobilium more educatus, qui plura compoſuit opera luce digna: ſed impreſſa ſolum novi duo: Alterum, cui titulus. *Tract. de Carcerat. mulier.* Alterum *Vita de' Pittori antichi Napolitani ſin'al* 1600. Neapol. 1674. Multique alii in Legibus, Poeſi, Philoſophia, & Medicina doctiſſimi, ut in Cereo, Mauro, Petro Paladino, Servideo, Carolo Squitti, & aliis, Patria glorioſi, conſpicuis.

MALETUM.

Ditionis Conſentinæ, ubi arva ubera. Patria Caroli Jardino, omnigena ſcientia, & utriuſque linguæ eruditione Viri, quas Romæ publicè profeſſus eſt.

MA-

MAMERTUM.

CIvitas antiqua,& Epiſcopalis ſupra Ocinarum, ſive Sabatium amnem eminenter ſita, nunc *Martirano* , ubi vinum , mel, & ſericum nobile. Lapide molari, phrygio, calcantho, rubrica fabrili, coloreque cyaneo, apud Barrium famoſa, atque glandiferis arboribus ubera . Celebris apud Plutarchum, & Strabonem, cujus Populi martiales, & Bellicoſi, Romanorumque Socii, & amici Pyrrhum aperto marte adorientes, totum ejus exercitum turbavere, multoſque ex noviſſimo agmine, Rege vulnerato,cæcidere, uſque dum per Neocaſtrenſem, & Mamertinum agrum, Valle,quæ ab indigenis, *Decollatura* dicitur,& per Silam Sylvam ad Crathydis fluminis oſtia iter , timore, & fuga faciendo, Tarentum pervenerit. Numos cudebat Marte nudo ſtante, ſed galeato, variis inſignibus, & Ieroglificis cum gallo, ſive Apolline, ſive Iove fulgure armato, hac græca inſcriptione ſignatos Μαμερτινῶν Βρεττιῶν. Prodiere ex ea Viri illuſtres, mitra, pietate, literis, & armis , quales fuere, Lucas Medici, de *Patriæ Monimentis* clariſſimus. Ioan. Baptiſta Donato. Donus, Franciſcus Cirenæo, & Iulius Monacho, qui ex Canonico Vaticanæ Baſilicæ, & Abbate S.Samuelis in Epiſcopum Luceriæ Saracenorum, 1580., ſuffectus fuit; nec non & Evangeliſta Gatti, Societatis Ieſu, vitæ ſanctitate,

te, doctrinisque conſpicuus, & Ioan. Iacobus Pandulphus, in Sacra Pagina Doctor, & Magiſter, Ordinis Carmelitarum Provincialis emeritus, & Definitor, *an.* 1673. In Conſulatu Rom. conſpicui M. Æmilius, Lelius Æmilius, T. Æmilius, aliique honorariis inſignibus incliti.

MAMMOLA.

NOn procul à Minervæ Caſtro, quod condidit Idomeneus Cretenſium Rex, Troja ſubacta, nunc *Grotteria*: Mammolæ Oppidum in Montium faſtigio ſitum eſt, ubi figlina opera è terra ſubrubra efformantur, à Freto, & à Locris, nec nimis diſtans, nec arvis deliciis affluentibus carens. Aucupio, & piſcatione celebris: celebriorque nativitate, & obitu S. Nicodemi, Inſtituti S. Baſilii M. Sanctitate, & doctrina conſpicui. Ex eo quoque prodiere Apollinaris Agreſta Abbas, Generalis Ordinis S. Baſilii, qui publico Juri italicè fecit hæc Monimenta = *La Vita del Protopatriarca S. Baſilio Magno, Dottore di S. Chieſa, & Arciveſcovo di Ceſarea di Cappadocia*. Romæ apud Thomam Coligni, 1658. in 4. = *E la Vita di S. Giovanni Theriſti, nel* 1653. apud Toppium in ſua Bibliotheca; & Joannes Chryſoſtomus Scarfò, ejuſdem Ordinis, Vir acri ingenio præditus, & ad literarum ſtudia promovenda natus. Varia ſcripſit in utraque lingua, & ſub anagrammatico, ſive mavis accademi-

co

eo nomine involuta, quæ extant in 2. Tom. noſtri Congreſſus Accadem. Congreſ. 8. his titulis exarata = *Analiſi Planiſtereometrica. Protopiria Geometrica. Criterium Neoſophicum. Athleſis Dogmatica-Scholaſtica-Moralis. Accademia Theologica-Moralis. Iudicium Theologicum contra inſtructionem Paſtoralem Eminentiſſ. Denoff. Cithara ſexdecim chordarum, ſivè explanatio Pſalmi Beati immaculati in via. Sacer concentus, ſive explanatio Pſalmi Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Homiliarium. Spoſizione delle cinque prime dizioni della Geneſi. Spoſizione del Salmo* 100. *Spoſizione del Salmo* 44. *Puer dulcicanens, ſive Cardiacleptus. Orazioni Panegiriche. Sacre Pareneſi. Miſtica Nave di Maria. Dichiarazione del Simbolo Apoſtolico. Meditazioni. Teofilangiola. Vita di S. Macrina, Sorella di S. Baſilio M. Vita di S. Theodora Aleſſandrina. Vita di S. Bartolomeo, Abate di Grottaferrata. Vita di S. Elia da Reggio. Vita di S. Luca da Demenna. Vita di S. Vitale da Caſtronuovo. Albero della Religione Baſiliana. Lettera Apologetica per la Congregazione di S. Baſilio M. in Italia. Lettera Apologetica per la Cocolla Baſiliana. Lettera Apologetica per il Monacato di S. Roſalia. Megalinaria S. Joann. Theriſtæ, in idioma greco. Teoremi politici. Lettere varie. La favola Antiniana;* aliaque plurima, ſtilo, & calamo docta.

MAR-

MARCUM.

OLim Argentanum, Civitas mediterranea, ab Oenotriis condita, quam cum Vergis, aliiſque populis ad Romanos rediiſſe, Livius commemorat; nunc *San Marco* vulgò dicta, quam Folonum flumen præterfluit, nec longè Moloſa, qui Folono miſcetur; armis, & arvis famoſa, & ubera. Regis Moloſſorum hoſpitio clara; ſed in luce Evangelica, prædicatione, & præſulatu S. Marci Evangeliſtæ, apud Joannem Juvenem, in ſua Tarenti hiſtoria, clariſſima. A Nortmannis multa paſſa, ſed Roberti Guiſcardi reſtauratione primævo decori reſtituta. Patria Sanctorum Martyrum Senatoris, Viatoris, Caſſiodori, & Dominatæ eorum Matris, qui in primis Eccleſiæ ſæculis Chriſti fidem proprio cruore decoravere, nec non & B. Franciſci Inſtituti de Obſervantia Ord. Seraphici, meritis, & exemplis conſpicui. Ex ea prodiit Julius Cæſar Baricelli, Vir, & eruditione inter ſuos, & doctrina medica apud omnes clariſſimus. Multa Monimenta digna apud Vander Linden de Scriptis medicis edidit, quæ extant = *De Hydronoſa Natura, ſive ſudore humani corporis libri quatuor. In quibus non ſolum de origine, differentiis, & præſagio, verùm atque de uſu, apparatu, & curatione ſudorum diſſeritur*. Neap. apud Lazarum Scorigium, 1614. in 4. = *De lactis, Seri, & butiri facultatibus, & uſu*

Digitized by Google

Opuſcula cum jucunda, tum utilia. In quibus pleraque præter Medicorum communium opinionem notatu digna examinantur. Acceſſit in fine de Chymico butyro non inutilis Conventus. Neap. apud Lazarum Scorigium, 1603. in 4. = *Hortulus genialis: ſive arcanorum valdè admirabilium, tam in arte medica, quam reliqua Philoſophia, Compendium, curioſis Naturæ ſcrutatoribus lectu tam utile, quam jucundum.* Coloniæ, apud Matthæum Smitz. 1620. in 12. Genuæ, apud Philippum Albert. 1620. in 16. Huic editioni acceſſit Arnoldi Freitagii liber *de eſculentorum, potulentorumque facultatibus*. Franciſcus Mirabello, eruditione clariſſimus, & Dominicus Amodei, Presbyter Miſſ. in Regno Sinenſi, doctrina, & ſanctitate conſpicuus. Aliique plurimi, temporis injuria penitùs obruti.

MARTINUM.

URbis Oppidi Pagus, frugum omnis generis ferax, venatione omnigena ſuper abundans. Patria Franciſci, & Angeli Capuccinorum Inſtituti, exemplis, & meritis conſpicuorum.

MARTIUM.

COnſentinæ ditionis ſupra Sabathiũ amnem frugifer Pagus, piſcatione, & aucupio delicioſus. Stephani nativitate, Ord. Conventualium S. Franci-

ciſci, pietate, & merito venerandi præclarus.

MAURUM.

Civitas olim præclara, poſt Trojæ excidium à Græcis condita, inter Coriolanum, & Thurios in planitie frugibus plena, extructa, nunc ruderibus obruta. Sedes Epiſcopalis, glorioſa in ſuo Luciano Præſule Maurenſi, qui Romanæ Synodo, ſub Julio Papa I. interfuit. In communi illo Barbarorum excidio everſa, aliòque traslata, ſivè Roſſanum, ſive Coriolanum, utrumque incertum. Hoc in loco, vel circiter Græcorum naves à Mulieribus Trojanis captivis fuere combuſtæ, apud Lycophronem in ſua *Alexandra*, hiſce verſibus monimenta commemorantem.

Crathis autem monimenta videbit interfecti
E regione Alei Patarei templum
Setæa miſera, tibi autem ad petram mors
Manet infortunata, ubi compedibus victa pedes,
Miſerrima ferreis expanſis ulnis
Morieris igne comburens dominorum claſſem
Abjectam conquerens juxta Crathim
Vulneribus ſuſpenſam funeſtis corpus
Scopulus autem ille tuæ cognominis fortunæ
Pontus proſpicere dicetur.

Iſacio interpetrante. *Setæa mulier Trojana, una è captivis ſuaſit aliis Trojanis mulieribus, ut naves Græcorum cremarent juxta Sybarim, eis commemorans*

 mala,

Digitized by Google

mala, quæ pati debuiſſent ſi in Græciam iviſſent. Quam Græci cruci affixerunt, & ad petras alliſerunt, à qua Petra Setæa vocata eſt.

MELICHLOCHIA.

OPpidum haud longè à Synopoli, ubi olei optimi, frugumque copia ingens. Sanctorum Oreſtis, Michaelis, Lucæ, Inſularum Antiſtitis, Georgii, & Antonini, S. Abbatis Eliæ diſcipulorum, Inſtituti S. Baſilii M. nativitate, clarum, nec non atque Joſephi, Marcelli, Michaelis Angeli Inſtituti Capuccinorum pietate conſpicuorum: nec Petri Gambacorta, literis, & eruditione clariſſimi fama obliteranda.

MELISSA.

NOn procul à Strongylo ad lævam m.p. tribus edito loco ſitum, vetuſtum oppidum à Meliſſo Cretenſium Rege conditum, de quo Ovidius lib. 15.

Thurinoſque ſinus, Meliſenque, & Iapygis arva. à Ionio 7. m. p. diſſitum, ubi aquæ ſulphureæ, ager fertilis, Seſama, Xilone, Iuniperoque ſuperabundans. Patria Nicephori Sebaſti, Ord. Heremitarum S. Auguſtini, cujus eruditionem, & Eloquentiam ſupra mortales antea laudando defeſſi homines, quam ipſe gloria digna faciundo. Plura edidit, & va-

varia, quæ extant. = *De Chocolatis Potione Reſolutio moralis*. Neap. apud Hieronym. Faſuli, 1665. in 12. = *Indulgenze, e grazie concedute da diverſi Sommi Pontefici à quelli che ſono ricevuti nella Compagnia della Centuria de' Padri dell'Ordine Eremitano*. Neap. apud eundem 1668. in 6. = *Teſſeracontias Epigrammaton in Feriis Nuptialibus Aug. Principum Philippi IV., & Mariæ Annæ Auſtriacæ, Matriti celebratis, die* 15. *Novembr*. 1649. apud Ioan. Martinum de Barreo, 1650. in 4. fol. = *Vita B. Joannis Ghiſii Senenſis, Ord. Heremit. S. P. Auguſtini, Alex. VII. P. M. Gentilis*. Romæ apud Franciſcum Cavallo, 1656. in 4. = *Epinicia ad Alex. VII. P. O. M. in Epidemiam ab Urbe noviſſimè profligatam. Itemque de Parthenopæa illic feliciter abſumpta, in geminos bipartita choros*. Romæ ex Typ. Rev. Cam. Apoſt. 1657. in 4.

MELIVITUM.

AVitium, vinique bonitate ſic dictum, olim Tempſa, ſivè Temèſa, Urbs vetuſtiſſima, natura, & arte munita, ab Auxoniis condita, Tholomæi, Melæ, Plinii, Ovidii, Statii, Homeri, & Lycophronis præconio famoſa. Diſtat à Freto mill. p. ſex. Civium Romanorum Colonia celebris apud Livium, *de bell. Macædon. lib.* 4. Hic ager omni genere frugum uber, Iſauro fluvio excurrente, vina, olea, mella, ſerica, clara. Aere, & arvis jucun-

da,

da, ubi manniæ, auri, gypſi, goſſipii, lapidis phrygii, viſci, Caſtanearum, ſylvæque glandiferæ ad porcos alendos, domorumque tigna, ac naves conficiendas ingens copia; paſcuaque pro armentis, gregibuſque fæcunda. Famoſa apud Strabonem, *lib.* 6. in ſuo Phano, oleaſtris circumſepto Politæ Ulyſſis Socio dicato, quem Barbarorum fraude trucidatum, graves excitaſſe ruinas, ferunt; hinc extare proverbium: *Heroem Temeſæ ingruere ſibi dicet nemo.* Locrenſibus autem Zephiriis ipſa Urbe potitis, Euthymum fabulantur pugilem poſt quam ad eum deſcendiſſet, victorem evaſiſſe pugna, atque, ut finitimos ab eo tributo, Virginis cujuſquam oblatæ, abſolveret coegiſſe, quam poſt Trojanum excidium Phocenſium Duces incoluere apud Lycophronem *in Alexandra*, hiſce verſibus =

Naboliorum autem in Temeſam filiorum
Nautæ pervenient, ubi lampetes,
Nipponii Cacumenis ad mare promontorium
Aſperum adeſt, e regione autem Criſſæ termini,
Crotoniatam mari contrarium ſulcum,
Bovum arabunt acuto vomere.

De ſuis metallis plura Ovidius, & Statius; ſed præſertim Homerus *in Odiſſ. lib.* 1.

Pallas ipſa Telemacho
Nunc autem ſic cum navi deveni, & ſociis
Navigans nigrum mare ad alienigenas homines,
Ad Temeſim æris gratia duco autem nigrum ferrum.

Et

Et Lycophron in *Alexand.* de Menelao loquutus
Dona dedicavit Virgini Spoliatrici
Minervæ Temeſæam crateram, & clipeum.
Numos cudebant Tempſani Apud Barrium, ex una Templum cum æditυο, & parte ex altera Politem ſupra laudatum, hac cum inſcriptione τεμψανων. Urbem illuſtrarunt L. Tempſanus, Romæ Prætor, in idolatriæ umbra: & in gratiæ luce, dum Sedes Epiſcopalis erat (nunc Marco adjuncta) Hilarius Epiſcopus Tempſanus, qui Synodo Romanæ IV. ſub Agathone, & Abundantius, qui Synodo Conſtantinop. VI. ſub eodem Pontifice, interfuere.

MENECINA.

VUlgò *Mendicino*, Urbs mediterranea Oenotrorum apud Hecateum, & Stephanum, propè Conſentiam, Ixiam, & Pandoſiam inter. Hic arva frugifera lente, & Siligine; caſtaneis, ſerico, & ſilice ubera. Patria Thereſiæ Madragano, tertii Ordinis Carmelitarum, vita mirabilis, & pænitentia inſignis; & Sebaſtiani de Gaudio, qui publici Juris fecit Tragicum opus metrico carmine minimè ignobile, cujus titulus = *Le Tenebre*. Conſentiæ apud Antonium Riccio, 1593.

ME-

Digitized by Google

MESIGNADUM.

CRiſtinæ Pagus, cujus Prata luxuriantia fertilitate omnigena rident, & jucundantur. Patria Ioſephi, inſtituti Capuccinorum, pietate, meritis, & exemplo conſpicui.

MESSURGA.

VUlgò *Miſuraca*, Oppidum, Reatium olim, juxtà quod ejuſdem nominis Amnis, excurrit, ipſum inter, & Virgerim alterum, ſitùm, qui Targini fluvio miſcetur propè Belicaſtrum, fortè milliar. 5. ſexdecimque à Freto diſtans. Hic ab Urbis nomine, quod cantum præſefert, arva jucunda, quaſi incolarum cantu de ſua fertilitate lætentur. Frugis omnigenæ feracia; goſſipio, capparis, terebintho, Rubrica fabrili, terra gilva, marmore, alitumque aucùpio apud Barrium famoſa. Ex ea prodiere BB. Matthæus, & Hieronymus, Ordinis Seraphici de Obſervantia, meritis, & ſanctitate præclari. Eidemque Urbi gloriam dedit, & decus S. Zoſimus Papa, ſanctitate, & doctrina præſtantiſſimus, & in purgandis Pelagianorum hæreſibus admirabilis providentiæ. Cœleſtium condemnavit, probatoque Concilio apud Carthaginem 214. Epiſcoporum, per totum mundum Hæreſis Pelagiana damnata eſt. Suo ævo in Inſula Balea-

leari Judæorum converſio apud Severum, cujus lætitia 26. Decembris, ann.418. poſt quam Eccleſiæ ſibi Commiſſæ ſanctiones multas reliquiſſet, & quod nimirum paſchalis cereus, ne dum ab Eccleſiis principalioribus, verum atque parochialibus Sabatho Sancto benediceretur; & quod Diaconi manipulo in lęva uterentur; Clericis inhibendo poculum in propatulo, ſerviſque ad Clericatum non admittendis, obdormivit in Domino, plenus meritis, & exemplis.

MILETUM.

URbs vetuſta à Mileſiiis, Aſiæ populis condita, qui dum primum à Dario Rege ejecti, & ab Anaxilao Rheginorum Tyranno ſuaſi, ut Zanclam, hoc eſt Meſſanam obſiderent, teſte Herodoto, *lib.* 6. victi, fuſique, ſuperſtites tædio affecti, una cum Samiis, liberis, & conjugibus ſuſceptis, Samii, Calabriæ Samum ad orientem, nunc *Crepacore*, Mileſii, Patriæ nomine, Miletum ad occidentem, condidere. Diù Reipublicæ teſſere inſignita, libertatem hanc innuentibus numis aureis hactenus à Miletenſibus aſſervatis longè aſſecuta, & ſi ab Ipponio æmula controverſa, Rugerii Guiſcardi Comitis pro Sede, Regiaque accepta, eam nimium locupletavit, & auxit: Templaque nobiliora SS. Trinitati, & D. Nicolao conſecrata, marmoreiſque Columnis, quas ex celebri Phano Bivonæ Proſerpinæ exportavit, hac marmorea inſcri-

Digitized by Google

ptione in valvis clamante: *Signum Proſerpinæ reficiendum, ſtatuendumque, araſque reficiendas ex S.C. curarunt*, erexit, ditavit. Præſentia, & prædicatione D. Pauli Apoſtoli valdè nobilitata, Urbi primum in ſuo Phano S. Mariæ de Catholica, Religionem dedit, & fidem; hinc pro teſſere. *M.* coronato cum Cruce intrà duos amnes ſimbolicèglorioſèque inſignita; indequè multorum Pontificum, Urbani, & Calliſti II. præſentia, & Conſecratione, fruſtuliſque linteaminis, quo Salvator noſter in Sepulchro fuit involutus, Peplo B. V. Matris, aliorumque Sanctorum reliquiis, ac parte Crucis Dominicæ, magnificentiſſimè locupletata; ac demum, anno Salutis humanæ MLXXXV. Gregorio hujus nominis VII. in Vaticano imperante, erutis Sedibus Hipponii, & Tauriani à Barbaris, Urbs in Epiſcopalem erecta eſt Sedem. Hanc moderavere poſtmodum ſui Cives emeriti, Infula, & literis inſignes, Arnulphus, Anſelmus, Ebrardus, Hyoſen, Stephanus, Guaphridius, Iulianus, Iacobus, aliique plurimi. Inſuper & Franciſcus de Notucis, ex Archidiacono Meliten, Epiſcopus Oppidi, 1542. & Joannes de Nicephoro, ex Canon. & Decan. Urbis ad Cathedram Squillacenſem translatus, qui primus in laudata Sede Latinum Epiſcopatum fundavit, ann. 1096. Cunabulis, ac Sarcophagis Rugerii Comitis, Rugerii I., & Guillelmi I. Siciliæ Regum, Anfulſi, 1135. Capuæ Principis, Neapoliſque Ducis, & Tanchredis Regis, ejuſdem Rugerii

Digitized by Google

rii filiorum, Miletum apprimè glorioſum. Sanctitate pleni fuere, Paulus Prædicatorum Ordinis cœnobita, cujus Corpus Altimonte jacet, qui primus apud Barrium in Calabria Dominicanum Inſtitutum duxit, evexitque:& Franciſcus à S. Petro, Ordinis Seraphici Capuccinorum. Typis illuſtres,& vitę bonitate, præclari præ aliis Dominicus Fiumara, Clericus Regularis Minorum, qui publico Juri fecit, *Cæremoniale Clericorum Regularium Minorum*. Neap. apud Octavium Beltranum, 1631. in 4. *Directorium Mentalis Orationis,ad uſum quorumcunque piorum ſpirituali vitæ vacantium*, apud eundem Beltranum, 1635. in 12. Italicè = *Il Direttorio dell'opere Criſtiane d'ogni giorno, ſettimana, meſe, & anno*: ex eadem Typ. 1638. in 12. *Epitome ſopra gli Evangelii, & Epiſtole di tutto l'anno*, hoc titulo = *Il Sacro Conteſto delle Meſſe Domenicali di tutto l'anno*. Neap. apud Beltran. cit. 1646. in 12. Obiit Neap. 1650. ætat. ſuæ 70. plenus meritis, & pietate, & Joan. Lucas Fenech, U. J. D., qui Typis dedit *Flores Caſuum moralium* Neap. MDCC. apud Michaelem Mutium. Nobilitate, feudiſque conſpicuæ Familiæ, Campi, Cæſarea, Comercii, Lacquaniti, Piperni, Satriani, aliæque. Hìc mercatus celebris: Arva pinguia, frumenti, aliorumque frugum Tellus apprimè ferax. Olei, gipſique, ſpecularis, ac marmorei copia, herbarum medicinalium,& varietas. Nunc à primæva gloria Civitas nimium reſecata.

MINERVÆ CASTRUM.

NUnc *Cripteria*, edito, ac penſili loco ſitum ad Orientem, ab Idomeneo Cretenſium Rege poſt Trojæ excidium extructum. Hìc Prata rident, omnibus fructibus, frugibuſque jucunda. Sylvæ glandiferæ, arua ubera auro, plumbo, marmore, terebyntho, oleo, melle, ſerico famoſa, & nemoribus. Patria Hyacinthi Falletti, Boſſiæ Marchionis, Ducis Cannælongæ R.C. Neapolis Regentis emeriti, & Equitis Magnæ Crucis SS. Mauritii, & Lazari, Viri in omnigena humanarum diſciplinarum enciclopedia præſtantiſſimi.

MIRIMAGNUM.

AD occiduum juxtà Laum amnem Oppidum, vulgò *Mormanno*, ubi arva nobiliora, pabulis, caſeo non vulgari, atque berillis ubera. Patria Michaelis, Lucæ, & Vincentii, Inſtituti Seraphici, vitæ ſanctitate conſpicuorum.

MONARDUM.

VUlgò *Caſtel Monardo* ſupra Angitolā amnem Oppidum edito loco ſitum, & ſalubre, omnigena ubertate repletum, venatione, & aucupio, ac pabulis aptum, ubi lapides phrygii, tuberaque naſcun-

ſcuntur. Ex eo prodiere Hyacinthus Serrao, Ord. Prædicatorum Baccalaureus, & Doctor collegialis emeritus, Verbique Dei Præco clariſſimus, qui Typis dedit italicè Neap. apud Heræedes Roncaglioli, 1669. in 4. *Il Direttorio, e Promptuario utiliſſimo per l'eſercizio della Santa Miſſione*; & Joannes Antonius Vallone, Vir in literis, & poeſi ſupra quam credi poteſt ſuo ævo præſtantior. Publico Iuri fecit Opus, cujus titulus = *Le oſcuriſſime Satire di Perſio colla chiariſſima ſpoſizione di Gio: Antonio Vallone di Caſtel Monardo, con diverſi Capitoli interpoſti, e con la vera origine di due Caſe Illuſtriſſime Colonna, e Pignatello*. Neap. apud Joſephum Cacchio, 1576. in 8. Aliique plurimi in utroque Iure, & Medicina præclari.

MONRUSUM.

CAſtellum tenue, ſed frugiferum, melle, & lapide phrygio clarum. Decem ferè mill. à Montelione diſſitum, ſupra Angitolam amnem, in convalle Appennini ſitum. Patria Dominici Trombi, Ord. Carmelitarum Provincialis Apoſtolici, ac Verbi Dei Præconis eximii, nec non & Conventus Montisleonis Fundatoris. Itidem & Dominici Tranquillo ejuſdem Inſtituti Provincialis emeriti, & præfati Cænobii Reſtauratoris.

MON-

MONSAURUM.

CAſtrum tenue ſupra Lacaniam cujus ager frugifer cum melle claro. Patria Hieronymi Ord. Seraphici, Sanctitate inſignis.

MONSANTUM.

CAſtrum exiguum, peneque dirutum temporis injuria, terræmotuſque cataſtrophe. Frumenti, aliorumque frugum ubera Tellus, & mellis; ubi in montibus lapis phrygius exoritur. Patria cujuſdam mulieris, nomine Angela, quæ apud Barrium, & noſtrates veſtes in telario, ut induſia, diploides, brachas cum ocreis, caligiſque, & Capitis operimenta mirabili textura inconſutiles conficiebat. Ex eo etiam Angelus Æmiliani, Ord. Carmelitarum, in ſegregatione Provinciæ Calabriæ à Neapolitana, primus Provincialis emeritus, ac maximus ejuſdem benefactor, multorumque Cænobiorum fundator: literis, eloquentia, & pietate eminens, 1585. & Joan. Baptiſta Malerba ejuſdem Inſtituti pariter Provincialis, & Definitor, prodiere inſignes calamo, & lingua.

MONT-

MONTALTUM.

Civitas antiqua, olim Uſſugum, edito, eminentique loco ſita. Ab Auxoniis condita, reſtaurata ab Oenotriis, decorata à Brettiis, Romanis fædere, Afris bellorum vi, Thurinorum Reipublicæ, Sybaritarumque potentiæ ſocietate conjuncta: Annojæ, Septimii, & Crathidis amnibus terminata: variorum fluminum, aquarumque bonitate, piſcatu, & deliciis famoſa. Cereris, Bacchi, Dianæ, Palladis, Floræ, & Pomonæ dotibus: Pagorum, Vicorumque celebritate: Hiſpaniarum Magnatu: Incolarum ingeniis: liberarum doctrinarum ſtudiis: Accademicis diſſertationibus, Coloniis, ad celebriores Europæ plagas diſtributis, armata literis, decorata armis: Principum Aragonenſium, Northmannorumque electa Sedes: Clariori, diſtinctaque Nobilitate, Titulis, Inſignibus, Infulis, Clypeis, Toga, Equitatu, præ cæteris condecorata refulget. A Mediterraneo octo, à Conſentia duodecim, & à Crathide per longam planitiem Milliar. 4. diſcreta. Hic ſingulis annis Emporium illuſtre: Aruaque nobiliora, fructuum, frugumque omnigenæ feracitatis. Aer jucundus, & ſerenus: aprica Tellus, undique Crathide, Annoja, Ferreira, Moſca, Maniliano, & Septimio amnibus ſanativis, piſculentiſque irrigata: paſcua ubera: Cœli temperies ſana: Appennini nobiles per circui-

cuitum caſtaneis pleni: Sylvæ glandiferę pabulis aptę: Serici optimi copia: ſericei, & frandinei textura non vulgaris. Alabaſtrites, ferrum, calcanthum, plumbum, ſulphur lapideſque molares, frumentarios, & olearios, herbaſque nobiles, & Pharmacopolis commodas, Venationes, aucupia, piſcatus, cęteraque neceſſitatis, deliciarumque luxurie, & varietate, undique arva, fluminaque miniſtrant.

Sedes Epiſcopalis apud Barrium, & Calabrię IV. apud Vghellum, quę in communi Barbarorum ſtrage, Cathedrę Conſentinę conjuncta fuit, ſalvis manentibus Dignitatibus quatuor in ſua Collegiata, nec non & Parochiæ onere apud Conſentinum Antiſtitem.

Major autem Eccleſia, ubi quatuor hę Dignitates, nempè Decani, Archidiaconi, Cantoris, & Theſaurarii exiſtunt, quęque à SS. Pontificibus, Romanaque Curia Inſignis Collegiatę titulo eſt pluriès decorata, S. Marię de Serra, ſivè de Serrone nuncupatione inſignitur, fuitque Kalendis Auguſti ann. 1227. conſecrata, prout Lapis in ſiniſtro Templi periſtylio per majores Valvas ingredientibus, adhuc loquitur hiſce caracteribus:

D. O. M.

In hoc Altari à Domino Andrea Epiſcopo S. Marci, poſtulante, ac petente Archiepiſcopo Luca Conſenti-

ti-

tino, ad honorem Dei, & SS. Virg. Mariæ recondita ſunt Reliquiæ de Veſte immacul. ipſius Virg. de Corpore unius Innocent., S. Steph. Prot., Laurentii Levitæ, & M. Lini PP. & M. Eraſmi Epiſcopi, & M. Cypriani Ep. & M. Damaſi PP. & M. Nicolai Ep. & Conf. Hyppoliti M., Sylveſtri PP. Damaſi PP., Guglielmi Ep. & Conf., Antonii Abb., Agathæ V. & M., anno ab Incarn. Domini 1227. Kal. Auguſti X. Indict. Anno verò Domini Gregorii PP. noſtri primo, & præd. Archiepiſcopi ann. 25.

A quo tempore in poſterum uſq; ad præſentem diem à Montaltino Capitulo, & Clero Dedicationis Officium cum Octava, die prima Auguſti quotannis celebratur, Officio S. Petri ad Vincula poſtpoſito: Decus verò, ornamentumq; hujus Eccleſiæ præclarius eſt Ligneum B. Mariæ V., quæ propriè de Serra dicitur, Simulacrum antiquitate, & miraculis celeberrimum: ad quod venerandum & Cives, & Exteri ſumma cum Religione recurrunt, omnique gratiarum affluentia recreantur.

Heic floruere ſemper Civium ingenia ad omnia nata, maximè exculta in Accademiis, Eruditorumque Cætibus, quæ plurimum antiquitùs viguere, quamvis Monimenta clariora, temporum cataſtrophe obruta, minimè habeamus: at ex anno 1617. apprimè profulſere erecta Accademia *Montaltinæ* titulo, Viri ſanè ſtupendæ mentis, incredibilis eruditionis, ac rari planè judicii, qui non modò intima Theologiæ adyta penetrarunt, verùm

atque reconditiorem diſciplinarum, Philoſophiæ, Mathematicæ, Medicinæ, Geographiæ, Hiſtoriæ Chronologiæ, Poeſis ac Juris utriuſque Sapientiam, toto, quod ajunt, pectore excepere, quales fuerunt, Franciſcus Scarini, & ejus Filius Paulus Antonius, Joan. Baptiſta de Paula, Joſeph Carnevale, Joannes Jacobus Antonius de Paula, Ioan. Andreas Barbaleo, Tiberius Cæſare, Ioannes Paulus Ruſſo, Scipio Maimone, ſivè mavis Marimonte, Jacobus Rizzo, Leo de Roſis, Dominicus Accervo, Io: Baptiſta Alcmena, Sylvius de Franza, Cælius Ruſſo, Vincentius Sproverius, Sylvius Iannocchero, Ferdinandus Villecco, Petrus Antonius Villecco, Ioan. Fernandus Rizzo, Balthaſar Speranza, Scipio Crocco, Tiberius Parnaſo, Marcus Leonetto, Albentius Marzano, Franciſcus Pace, Tiberius Bernaudo ſenior, Polybius, & Vincentius Scarini, aliique plurimi.

Ævi poſtmodum decurſu haud parum dimminuta Societate, poſteri æmulati gloriam Majorum, Accademiam reſumpſere, non amplius *Montaltinæ*, ſed *Incultorum* nomine, habito teſſere ad Montes quinos, Urbis Stemmate, epigraphe illa inſignitos: *Habilis natura Soli*; quam præſenti ſæculo apprimè incoluere Viri in literis omni exceptione eruditi, directione maxima Iſidori Pace, Gregorii de Amato, Caroli de Alexandro, Cajetani de Alimena, Caroli Nardi, Antonii Zaveroni, Ioan. Baptiſtæ Caninea, Petri Thomæ Rendi, Angeli Rocca, aliorumque ſcientia, eloquentiaque conſpicuo-

cuorum, Elia de Amato Principe conſtituto, quem *Archiagricolam* Academici appellant; Agricolarum nomine, & ipſi inſigniti.

Religioſorum Cætus plurimi, quorum non paucis longè, latèque gloriam ſupergreſſis, illam tribuendam eſſe, vel ipſa fremens invidia confitetur.

Ex Prædicatorum Familia, multi laureati Magiſtri, & Præſules in omnigena literatura conſpicui, præſertim de Proſapia Friderici, Spezzaferri, Sproverii, Iovini, Spadafora, cęterorumque.

Ex Minimorum Ordine, Marcellus Palmerius, pluries Provincię Matris, exterarumque Provincialis Corrector, biſque totius Ordinis Generalis, ne dum Urbis, ſed Orbis lumen, decus, ſingulareque ornamentum. Provincialatus munere decorati, & emeriti fuere, Bernardinus de Alimena, 1529. poſteàque S. Xoſti Abbas. Valentinus de Montalto 1542. Provincialis Apulię vigilantiſſimus. Benedictus Vetere, 1647. concionator eximius. Franciſcus de Sanctis, 1613. Conventus Urbis benefactor egregius, opere doctrinà, & ſermone undequaque preclarus. Andreas Trotta, 1650. Angelus de Montalto, 1566. Genuæ Provincialis electus, adhuc abſens, pro meritis, vitæ bonitate, Religioniſque zelo. Iſidorus de Sanctis, Provinciæ Venetiarum, 1652. electus Præſul, vigilantia, & literis incomparabilis. Iſidorus Pace, qui bis electus Provincialis, pluris ſanè æſtimandus, quàm vulgò

fit. Lector jubilatus, pluries Regens, Collega Provincialis Meſſanæ, Verbi Dei Præco eximius, Viſitator, & Vicarius Generalis Apuliæ, nec non & Provincialis Delegatus, Provicarius Generalis omnium Italiæ Provinciarum, loco Reverendiſſimi de Plaſtina, ac demum Prozeloſus Ordinis pro Gabriele Philoramo, tempore, quo Romanum Collegium Ordinis, tanquam Superior, vigilantiſſimè moderabatur, totius Calabriæ, ac renaſcentis literariæ Urbis Accademiæ æterna poſterorum memoria digniſſimus. Et Franciſcus Zaverroni, Lector Jubilatus, & Regens: Lector Collegii de propaganda Fide: Provincialis Calabriæ electus, Collega Generalis, & Zeloſus Ordinis; Vir ex omnium Eruditorum confeſſo inter maxima ſui ſæculi lumina, literis, zelo, ingenio, & moribus ſplendens; nec non & Antonius M. Albidona, Regens, & Collega Provincialis emeritus.

Ex Capuccinorum Inſtituto non pauci pietate inſignes, literis, & ſanctitate; inter quos Dionyſius Sproverius, & Petrus, qui ann. 1598. Virginis viſione in ſumma ſua pænitentia, vitæque abnegatione plurimum recreatus, obdormivit in Domino; ambo meritis, & exemplo conſpicui: ut & Angelus Nardi, morum ſanctitate, ſigniſque etiam patratis, undique venerandus.

Ex Religione Carmelitarum, Paulus Antonius Scarini, aliàs Foſcarini, cujus fragans cupido Venetæ nobilitatis, Patriæ Montaltinæ nativitatem

tem ingratiſſimè ſprevit, ut ſatis in noſtris Congreſſibus Accademicis, ſuperque monſtratum eſt. (*Tom.* 2. *Congreſſ.* 3.) Bis Provincialis utriuſque Calabriæ Provinciæ; Vir in omnigena literarum encyclopedia eminens. Gregorius de Amato, Provincialis emeritus, & zelantiſſimus, in vitæ bonitate, & exemplis, nulli ſecundus. Elias de Amato, bis Provincialis, Definitor, Viſitator, & Commiſſarius Generalis: pluries Regens, Concionator in celebrioribus Italiæ Civitatibus, S. Marci Cathedræ examinator Synodalis, & Accademiæ Incultorum Urbis perpetuus Princeps, & Archiagricola. Et Petrus Thomas Rendi Provincialis moderator, ac Verbi Dei Præco lepidus, & doctiſſimus.

Ex Monialibus S. Claręs, vitę ſanctitate, & exemplis non paucę in Urbe noſtra pręclarę.

Nobilitas variis inſignibus, & titulis, privilegiiſque à ceteris ſegregata, & diſtincta, ab Alphonſo II Rege, ann. 1473. apprimè decoratur in Familiis Alimena, Bernauda, Cananea, Ferrara, Judice, Marimonte, Molli, Nardo, Paula, Riccio, Roſſi, Sproveria, Todeſca, aliis extinctis.

Nobilium autem Seſſio, vulgò *Seggio*, anaglyphico lapidum opere in loco, *Pietralta* dicto, magnificè, amplèque juxtà illius ſæculi morem extructa fuit: ſed Prædicatorum Ordinis Fratribus pro dilatanda Eccleſia indè conceſſa, Triclinio nobili pro Comitiis, aliiſque publicis negociis Patritiis mutuo retributo, Sedilis memoriam aliquot

ibi

Digitized by Google

ibi extantes arcus conſervarunt : Quorum tandem cum nulla veſtigia Prædicatores Patres ad Phanum penè dilapſum architectonica, atque recenti perfectione de novo conſtruendum ſupereſſe cernerent, Patriciorum pietatis, beneficentiæ, ac beneplaciti memores, ad poſterorum monimentum lapidem præfato in loco hac inſcriptione redimitam poſuere.

D. O. M.

Memoriæ aeternæ.

Hic, ubi auguſtum novo è marmore ſurgit Opus, Patritiorum hujus Inclytæ Civitatis Montiſaltì Comitium olim fuit: Quod uſque ab anno 1473., *Ferdinando Rege, exædificatum, raro Pietatis exemplò, Prædicatorum Ordinis Fratribus ad eorum amplificandam Eccleſiam mox eſt elargitum. Arcus, Inſignia, Sacellum, Locus in Cænobio publicis tributus Comitiis perſpicuo cunctis, & antiqui Sedilis, & patritiæ Liberalitatis hucuſque fuere monumento: At nunc, iiſdem annuentibus Patritiis, Viamque ad Templum ornandum ultrò concedentibus, abraſis prorſus, aboletiſque Arcuum veſtigiis, ne tum Veteris, tùm novæ Patritii Ordinis Pietatis memoria poſteros omninò fugeret, hunc grati animi teſtimonium Fratres poni cur. A. D. MDCXXII.*

Alimenæ, ſivè potius Alcmenæ Proſapiam, Urbi, & Orbi claram, primum, teſte Ambroſio ex Platone, Herodoto, & Boethio, in fin. lib. 4. ab Alcme-

Alcmena Electriris filia, Amphitrionis Conjuge Thebarum Principis, Herculiſque Regis Matre, (ex quo Reges Macedoniæ, Argi, Sparthæ, Pannoniæ,Perſiæ prodiere) proprio Schematis teſſere, non ſine cauſa, ex Leone fulvo, cum balteo obliquo ſupercurrente puniceo ſeptenis Hydræ capitibus atris diſtincto, in aluеolo cæruleo, hac ſupera epigraphe, *Herculis labor*, redimitam, indè temporis decurſu ab Euſtachio Provinciæ Exarcho, derivatam eſſe volunt,qui Caſtro extructo,juxtà Conſentiam,(cujus etiam Patricia multis Monimentis demonſtratur),Alimenæ Matris nomine,agnomen in ſuis tranſmiſit; quo bello graſſante Nortmandos inter,& Saracenos,exciſo Altiliæ Pago potita; ab ea multi exiere Viri omni exceptione majores, Franciſcus Caroli I. Atrii Regalis Præfectus. Andreas, Roberti Regis Cubicularius, & Ioan. Baptiſta Hydruntinæ Provinciæ Prorex, à Regina Joanna inſignitus. Ex iis Antonius, primus Montisalti Incola, Vir, quemadmodum Sanguine, ſic pietate conſpicuus. Ab Antonio Simon, D. Franciſco de Paula amantiſſimus, de cujus prodigiis, regali genealogia, & vaticinio hactenus in Centuriis Epiſt. 3. P. Franciſci de Longobardis,mirabilia expendũtur. Dein ex eadem Progenie Barones S. Maurelli, Petræpaulæ, S. Martini, Poligronis, & Marri prodiere conſpicui, & in connubiis Familiarum Spinulæ,& Oriæ Januenſium clari. Quos inter Marcellus, literis præſtantiſſimus, Rheginæ Urbis Guber-

ber-

bernator emeritus, ſub Carolo V. Cæſare, Cæciliæ Francubert ex Pentedactyli Dominis, & ex Cuſoleti Principibus nuptiis vinctus, Horatium, ex eoque Antonium, Alimenæ Marchionem in Sicania procreavit; & Petrus Paulus, qui cum Livia de Guevara ex Arpajæ Marchionibus deſponſatus, inſignes animi dotes cum Nobilitate conjungens, immenſę glorię gemmis inſignitus apparuit: nec non atque Hieronymus Xoſti, & Vaccaricii Abbas, judicio, pietate, & humanitate egregiè pręclarus. In Hyeroſolimitanos Equites aſciti, Lucius, Marcellus, Pompejus, Lucius junior, Melitę Caſtris S. Ioannis Pręfectus, & Caſtrivillarum Commendatarius: Joſeph, & Joannes ſuperſtes, qui proprio cruore contrà Thraces pluries Patriam decoravere, & Fidem. Aliique plurimi apud Flam. Roſſ., Coronelli, & Joſephum de Amato, in ſuo Amantheæ laconiſmo; Toga, Mitra, Clypeo, literiſque conſpicui.

Familia *Belluomo* ſive de Bellhomine antiquitatis prerogativa plurimum pollens, ab Ullano Montaltum perveniſſe fertur: quam feudis, dignitatibus, prudentia, dexteritate illuſtrarunt Papirius magni animi Baro, Tiberius, Matthæus, Vincentius Ferdinandi Aragonei locumtenens Generalis, feudorum Coryzaniti, & Prati magni Dominus, Scipio, Joſeph, aliique. Sed hodie (heù fatum!) tam antiqua, tam late radicibus, ramiſque patens arbor, in Lucretia Caroli Iemboli Uxore prorſus areſcit. Ex

Digitized by Google

Ex *Bernardi* Proſapia, inter alios Marcus, Ferdinandi de Aragona, Montalti Ducis 1527. Familiaris, Domeſticus, & Commenſalis, ſupra fidem emeritus.

Ex Familia *de Cananea*, multi exiere Viri nunquam ſatis laudandi, Bellona, Muſis, & Aſtrea, inter quos Joan. Bernardinus, Caſæbonæ, & S. Nicolai Baro, militiæque pro Catholicis Regibus Locumtenens egregius. Joan. Jacobus Poeta, & ante eos Iulius, Alphonſi I. Cubicularius fideliſſimus.

Proſapia *Ferrara*, inclyta in ſuo Nicolao, Iordani Ruffo, ex Comitibus Cathanzarii, & Montalti Comitis, Familiari, & Domeſtico, nec non *ann.* 1330. Duce ſtrenuo: Hyacintho, & Claudio, Viris eruditione, rerum agendarum peritia, candore, & probitate inſignibus.

Iudicis Progenies, eximia in ſuo Iulio, Equitum Duce pro Catholico Principe, inter ſuos humanitate præclaro.

Ex Proſapia *Marimontis*, armis, prudentiaque conſpicua, præ aliis Scipio, Muſa, & eruditione, ac de omni antiquitate apprimè emeritus.

Ex *Molli* familia, Pamphilius I. C. egregius, in ſuis *Regni Conſtitutionum Gloſſis*, doctiſſimus, Ioannis Baptiſtæ de Marzano, Roſſani Principis Generalis Auditor, primuſque Urbis Incola emeritus. Fabius, Urbis Patritius, U. I. D. & Philippi II. Hiſpaniarum Monarchæ, 1575. armatus Eques, & Franciſcus Antonius Philippi III. Catholici Regis

Digitized by Google

cum Succeſſoribus, Familiaris,Domeſticus,& Commenſalis, *ann.* 1613., Sanguine,& prudentia conſpicui.

Nardi Proſapia ex Florentia illuſtris. Eam alii ab Anardo Marchione, & primo Othonis III. Cæſaris Conſiliario, alii à Boſtichis magnæ antiquitatis Patritiis derivatam exiſtimant, ni potius ab antiquis Arciſveteris in Hetruria Regulis propagatam velimus. Certè in Florentina Republica maxime celebris: Vexilliferos Iuſtitiæ, ſeu Principes peperit quatuor, Priores ſuprà viginti, Oratores ad Principes, & Respublicas, Caſtrorum Præfectos, Exercituum Proviſores, Urbium Prætores, Abbates, Præſules, alioſque Illuſtres Viros connubiis, affinitatibuſque cum Illuſtribus Italiæ ſtipitibus adnexos. Ex hac Io:Baptiſta Franciſci filius,primus fuit, qui ſub Regibus Aragoneis Familiam in noſtrum Regnum invexit, quæ nunc Montalti refulget, quiq; à Ferdinando de Aragonia Ferdinandi Regis Filio in Conſiliarium, Familiarem, ac Socium coaptatus, Regiæ Domus purpureos Palos in gentilitio Stemmate pro meritis, & fide obtinuit, ann. 1509. Octavius ejus pronepos floruit miræ virtutis voluntarius Miles pro Hiſpaniarum Rege. Angelus, Ord. Capuccinorum ſanctitate conſpicuus. Franciſcus J. C., Philoſophus, Orator, ac in ſupremis Neapolit. Senatus Subſelliis Advocatus, ſupra famam, fortunamque laudabilis, in ſuis Conſultationibus editis, & edendis

dis politiſſimi ingenii, optimi judicii, & eruditionis egregiæ. Io: Baptiſta Pater, Carolus, & Hyacinthus filii, U.I.DD. doctrina, poeſi, ac Familiarum Amati, & Cavalcantis ex Ducibus Torani connubiis clari, inſigneſque Patritii.

Ex Proſapia *de Paula*, Urbis præclara ſatis, præ aliis prodiere Fabius, Bombicini, Meliviti, Mongraſſani, & Iacobi, Baro. Ioan. Baptiſta, Xoſti, & Vaccaricii Abbas, inde Biſiniani Antiſtes emeritus, *ann.* 1626. obiit plenus meritis, & exemplis, in cujus Sacello nobili apud Ieſuitas Civitatis Conſentiæ ſuorum bonorum Hæredes, propriis gentilitiis armis redimito, hæc inſcriptio legitur. =

Nè cum morte interea Beneficii memoria,
Sepulchralis hic Lapis
Ætatem feret non interituram.
Joan. Baptiſta de Paula, Biſiniani Præſul
Hìc tumulatur
Virtute nunquam tumulanda:
Peritia utriuſque Juris clarus: magis pietate,
Generis Nobilitate conſpicuus,
Ingenuis moribus æque ſpectabilis,
Decus addidit Inſulæ, quà decoratus
Collegium hoc auxit locupleti fundo,
Non amiſit, tranſtulit ad Superos cenſu,
Uberiore proventu,
Cum pietate fænus ſpes nunquam lucri irritas habet.
Collegium Conſentinum Poſuit
ADMDCLX.

Et Raymundus Hieroſolymitanæ militiæ Eques egregius, aliique non pauci, enſe, & calamo docti.

Familia *Ricci*, connubiis, & ſanguine clara, conſpicuaque in ſuo Jacobo, Urbis Patritio, Doctore egregio, ac Argentini Barone: Nicolao Franciſco, Patriæ Patre meritò dicto, gubernio, prudentia, & pietate, in cujus Urna Collegiali in Eccleſia, quam multum locupletavit, erecta, legitur hoc Cænotaphium.

Brevi in hac Urna clauduntur Cineres Nobilis, & Patritii Viri
Nicolai Franciſci Riccio, qui obiit an. æt. ſuæ LXII. MDCCII.

Bartholomæâ Riccia, quæ dum viveret, amore in Deum, devotione in Divos, charitate in Proximos, neminem habuit ſecundam, triplici connubio glorioſa, & Horatii Caponſacchi Nobilis Roſſanen, origine Florentini 1559. & Ioan. Alphonſi Ricca, ex Comitibus Iſulæ, Cathanzarii Patritii, 1572. & Decii Caracciolo*, ex Sedili Capuano, Neapolit. Equitis emeriti; obiit mundo, fama non moritura: Et Sertorio, Collegialis Urbis Archidiacono, & Cathedralis Conſentinæ Generali Vicario, doctrina, & pietate pleno. 1587.

* Fabii f. [illegible] minis Pandemni, et Marchionibus Meſuracæ qui omnes a Marino Caracciolo Magno Regni Seneſcalco sub Ioanna I. Henrici dicti Violæ Hieracii Comitis f. ortum ducebant

Ex *Roſſi* Familia, Franciſcus S. Martini Barone, ex cujus Stipite, Proſapiæ de Alimena Baronia præfata perventa; Sanguine, armis, doctrinaque conſpicua.

Ex

Ex *Sproveria*, Vincentius Patritius, & Dionyſius Ord. Capuccinorum, literis, & pietate præclari.

Et ex *Todeſca*, Franciſcus, Urbis Patritius, & S. Martini Baro.

Nec ex nobilium familiis omittenda eſt *Sacchini* Proſapia, Urbis incola, etſi origine Argentanenſis: militari teſſere inſignita in ſuo Alexandro; atque Feudi S. Lauri, hæreditate redimita: Reginæ Ioannæ munificentia Regalis hoſpitii Commenſalis emerita: literis, connubiiſque, cum progenie Roſſi, Molli, Iudice, glorioſa.

Nec non, & *Alexandri* Proſapia, pietate, literis, armis, opibus florens: quæ in albo Fundatorum Monaſterii S. Franciſci de Paula hujus Civitatis coaptata: præterito ſæculo in Cajetano, & Carolo V. I. laureis decorata, ſervitiis Excellentiſſimorum Ducum Aragonenſium addicta: peditum militiæ Ducatu in Ignatio armata, Nobilium, tum concivium, tùm exterorum connubiis clara: majora ſibi ominatur, & Patriæ, doctrina, & ſanguine.

Armis, & Inſignibus conſpicui, Joannes Bozzuto, & Antonius filius, aliàs de Ebolis, ſtrenui Milites Equitum pro Alphonſo I. Aragoniæ Rege, à quo pro meritis, & fidelitate nonnullis Feudis, & Privilegiis fuere inſigniti. Nicolaus Maria Carnevale Urbis Patritius, Militiæ Dux, ſub Joanne de Auſtria in celebri illo Lepanti conflictu contra Thraces, 1571. robore, & prudentia nulli ſecundus;

dus; proindèque à Catholico Rege, 1589. multis opibus, ac privilegiis pro meritis cohoneſtatus. Pompejus Marzano Albino cum Luzio de Alimena in Flandricis pugnis Miles invictus, in bello fixus hoſtem deiiciendo, dum manus erexit. Albericus, & Dominicus de Gardis in bello Meſſanæ contra Gallos pro Monarcha Philippo IV. Equites, fama venerandi. Julius de Judice, & Joſeph Romano, Equitum Duces emeriti. Philippus de Presbyteris, & Ignatius de Alexandro, pedeſtrium militum Duces pro Cæſare ſtrenui.

Infula, & Dignitatibus conſpicui, Joan. Baptiſta de Paula ſuprà laudatus, Epiſcopus Biſinianenſis, & ex Fundatoribus Accademiæ Montaltinæ, doctrina, & eloquentia egregius; & Franciſcus de Notariis, Ord. Minimorum, Originarius Urbis, Epiſcopus Lavellenſis, pietate, & vigilantia nulli ſecundus. Emmanuel, & Januarius Piluſi, atque Laurentius Mazzei, Ord. Ciſtercien. Abbates emeriti. Hyacinthus Cirella, Decanus; Cajetanus Cayro, Archidiaconus; Carolus de Alexandro, Cantor; & Antonius Lupinacci, Theſaurarius Collegiatæ Urbis, omnium virtutum teſſere, literarumque encyclopedia, atque in agendis dexteritate perpetim venerandi.

Cruce Hieroſolymitana redimiti, omnique ævo memorandi, Marcellus, Pompejus, Lucius ſenior, Lucius junior, Joſeph, & Joannes de Alimena, atque Raymundus de Paula, qui pro Religio-

gione, pro Patria, in bello, & in pace, vires in armis, in induciis fidem, in utriſque pietatem exercuere.

Typis, ac literis inſignes. Franciſcus Scarini, qui publico juri fecit italicè = *Il trattato, nel quale con alcune regole, e precetti ſi dà un certo modo aſſai facile di compor lettere colle ſue riſpoſte*. Patavii, apud Laurentium, Paſquati. MDLXIX.

Ioannes Benincaſa, multarum Operum *comicarum, tragicarumque* Author, quo vix quiſquam illo ævo eruditior, lepidior, diſertior.

Ioannes Thomas Crivaro, in Medicina præſtantiſſimus, ab Epidauri Republica pro meritis, & peritia ſumptibus multis, ac privilegiis locupletatus.

Ioſeph Grimaldi, Medicus impensè doctus, ſed pietate, & exemplo apprimè clarus. Multa ſcripſit *Philoſophica*, & *Medica*, ne dum typis, ſed cedro digna, utinam edenda.

Pamphilius Molli, qui ſupra Regni Conſtitutiones, *Gloſſas* doctiſſimas edidit iisdem Conſtitutionibus inſertas.

Ioannes Andreas Carnevale I. C. egregius, & Campaniæ Commiſſarius in Aprutio multa *Legalia* luci donanda reliquit.

Ioannes Ferdinandus Fera, U. I. D. Generalis Auditor, ac Fiſci Advocatus, in multis Regni Provinciis emeritus. Multa *Jurium* monimenta edidit, æternitate non moritura.

Aqui-

Aquilaus Rocchetta, originarius Urbis, Feli incola, & Eques S. Sepulchri. Typ. Palermi edidit apud Alphonſum de Iſula, 1630. italica lingua = *La Peregrinazione di Terra Santa, e d'altre Provinzie*. Vir diſertiſſimus, & pietate clarus.

Dionyſius Sproverius, Ord. Capuccinorum, luci donavit Opus italicè, cujus titulus, *Selva coronata di criſtiani penſieri* Syracuſis, ann. 1623.

Ioſeph Carnevale, U. I. D. exi[illegible]ius; in Tribùnal. Neap. primarius Patronus, ac in variis Regni Urbibus Judex emeritus. Publico Iuri donavit *Sicaniæ Hiſtoriam*, atque *de Titulis* Opus apprimè utile. Vir ſtrenuitate, Iuvenis prudentia ſenex, gloria æviternus. Obiit in juventutis flore Neap. translatis cineribus ad Majorum Urbis Sarcophagum in Cænobio S. Franciſci de Paula erectum. Unus ex Fundatoribus Montaltinæ Accademiæ minimè obliterandus.

Mauritius Fera, U. I. D., Theologiæ Profeſſor, Collegiatæ Urbis Archidiaconus, & Vicarius. Vir in omnigena literatura potens, cujus in Tumulo hæc exarata leguntur.

D. O. M.

Hic jacet Mauritius Fera U. J. & S. Theologiæ Doctor,

Hujus Eccleſiæ Archidiaconus, & Vicarius,

Qui immaturè obiit

Ann. æt. ſuæ XXXVII. Dominicæ verò Incarnat. [illegible]07.

Pe-

Petrus Franciſcus Jemboli, U.J. D. literis, & eloquentia clariſſimus.

Paulus Antonius Scarini, aliàs Foſcarini ſuprà laudatus, Carmelita, qui per novennium ſuam Calabriæ Provinciam optimè eſt moderatus: Conventus Montiſalti, Patriæ ſuæ, Fundator emeritus: plurima Volumina ſcripſit, partim edita, partim edenda. Excuſa ſequentia = *Inſtitutionum omnium doctrinarum Syntaxis*, in 4. Conſentiæ, 1613. = *Ordinationes, & Exercitia quotidiana*, Conſentiæ, apud Andream Riccium, in 4. 1611. = *Tractatus de Divinatione naturali coſmologica*, ſermone italico. Neap. apud Lazarum Scorrigium, 1615. in 4. Et *Epiſtola quædam de Terræ mobilitate*. Cætera ejus MS. moralia ſunt, & Scholaſtica in Bibliotheca Montalti aſſervata, arduæ, & laborioſæ lecturæ; ubi pariter obiit plenus meritis, & doctrinis. *Ann.* [illegible] 6. *Junii ad diem* 10. ævo ſtatuenda Pyra.

Carolus Segni, Presbyter, doctrina, & pietate præſtantiſſimus, luci dedit Opuſcula varia Neap. Typ. ad honorem *SS. Joſephi, Michaelis, Thereſiæ*, aliorumque Divorum, devotionem redolentia, & Sanctitatem.

Iſidorus Pace, Ord. Minimorum ſupra laudatus, publicè donavit Opera plurima, quæ extant italicè. = *Le Metamorfoſi del Cipreſſo in Cedro, Orazione Panegirica nell'Eſequie della Principeſſa di Roſſano D. Olimpia Oldobrandina*. Romæ apud Joan. Baptiſtam Buſſetti. = *Orazione funebre, in morte*

del R. Signore D. Domenico Sacchini. Neap. 1709. apud Michaelem Aloyſ. Muzio. = *Santilogio Poetico, overo Sonetti Sacri*. Meſſanæ, apud Dominicum Coſta: 1697. = *Le Prediche, e Panegirici dell'Avvento*. Neap. apud Michaelem Aloyſ. Muzio, 1713. Aliaque plurima Poemata, & Oratoria latino italicè concinnata, omnigena doctrina referta, inter quæ:*la Donna forte, Panegirico per lo Monacato della Signora D. Carmina Nardi nel Monaſtero di S. Chiara della Città di Montalto*.

Franciſcus Zaverroni, Ord. Minimorum ſupra laudatus, celebris in ſua *Synopſi Cronologiæ Sacræ, & Prophanæ à creatione Mundi, uſque ad Adventum Chriſti*. Mediolani MDCCXXII. apud Joſephum Pandulfi Malateſtæ; ac in cæteris Monimentis *dogmaticis, polemiciſque*, non dum editis, ſed edendis, ingenii perſpicacitate, reconditaque eruditione, & ſapientia redimitis.

Antonius Zaverroni, U. J. D. Vicarius Generalis Oppidi, S. Severinæ, & Agrigenti, illuſtris in ſuo Opere *Siculæ Monarchiæ* proximè luci donando, & expectando.

Gregorius de Amato, ſupra laudatus, Ord. Carmelitarum, multa Opera concinnavit, quæ ſequuntur = *Epiſtola Apologetica ad Adm. R. P. Mag. Joſephum Strongyli, Franciſcanæ Familiæ Præſulem doctiſſimum, ſuper ædificatione novæ Domus nonnullorum Presbyterorum, vulgò Miſſionanti, in Terra Caroleorum, directa*. = *Propugnaculum Iuris Carme-*

melitici pro funere cadaverum in Regularium Eccleſiis ſepeliendorum. = *Panoplia contrà noſtri temporis Libertinos, in dicteriis, atque aſſaniis valdè proclives*; zelo, & eruditione clariſſimus.

Carolus de Alexandro, U. I. D. ſupra laudatus, Cantor Colleg. Urbis Eccleſiæ, Prothonotarius Apoſtolicus, Vicarius Generalis Conſentiæ, & S. Marci, in utraque lingua, Poeſi, & Oratoria doctiſſimus; luci donavit italicè = *Il Panegirico ſopra la Città di Montalto*, quod annexum legitur *in* 6. *noſtro Tomo circà finem Congreſſ. Accadem.* Venet. apud Ioann. Radici, ann. 1721., aliaque plurima apprimè concupita, eruditionibus plena, non dum edita.

Ioannes Baptiſta Nardi, Hiſtoricus, & Poeta eximius, lepiduſque, & doctus in ſuis tribus Epigrammatum Libris, quorum titulus, *Charites, ſeù Epigrammaton*.

Carolus Nardi, in ſuis *Annalibus Urbis*, non dum editis, diſertus, & gravis Author, quibus

Suggerit ignavis quidquid longæva vetuſtas
Geſtorum tenebris tegit, & caligine voluit.

Antonius Lupinacci, Urbis incola, & Theſaurarius, ex Baronibus Turani, in ſuis *Epiſtolis familiaribus* impensè eruditus.

Angelus Rocchi, nomine anagrammatico Typis dedit Venet. MDCCXXI. *L'Archivio della Reggia Giuriſdizione del Regno di Napoli &c.*

Petrus Thomas Rendi, Ord. Carmelitarum

Magiſter Provincialis ſupra laudatus, in ſuis *Panegiricis Orationibus*, non dum editis, ſtilo, & eruditione conſpicuis, impensè præclarus.

Elias de Amato, præſentis Operis Author, Carmelita ex infimis, ſequentia Monimenta edita, & edenda compoſuit =

Il Coro delle Scienze ragunate à commendar le grandezze di Dio ne' ſuoi Santi Panegirici Sacri. Videlicet = *La Legge in difeſa dell' Immacolata Concezzion di Maria. La Cronologia dell' Amore reciproco trà Carmeliti, e la Vergine. La Pittura nel Ritratto del Cuore della Vergine appaſſionata, cavato dall' Originale delle ſue Grandezze. La Filoſofia celeſte, che ragguaglia miſticamente i Trionfi della Vergine aſſonta in Cielo. La Geografia del Mondo nuovo per le Glorie dell' amoroſiſſima, e Sacra Lettera ſcritta à Meſſineſi dalla gran Vergine Madre Maria. L' Aritmetica Sacra diſpoſta à Spiegar col novero de' dieci i Miſterj del SS. Roſario della Vergine. L' Aſtrologia per le glorie dell' antichiſſima, e fedeliſſima Città di Reggio, ſotto le benivole influenze della gran Vergine della Conſolazione Maria, ſua Protettrice, e Padrona. La Milizia pacifica, rappreſentata nella Lotta di Giacobbe, e rinovata nella Vita del glorioſo Dottor Angelico San Tommaſo d' Aquino. L' Idrografia del Tago, per le glorie di S. Antonio di Padova. La Scienza beata, ovvero la Beatitudine, in terra, per le glorie del Patriarca San Benedetto. La Sapienza miſtica del nuovo Mondo criato, riſtretta nella Vita maraviglioſa del*

glo-

glorioſo S. Franceſco di Paola, Patriarca de' Minimi. La Notomia del Cuore della Vergine del Carmelo Tereſa di Gesù, formata dalle Scienze nel ravviſar il ſuo dibattimento. La Topografia del Paradiſo Terreſtre rinovato nella Sacra Religione Serafica, profeſſata dalla Sig. Suor Franceſca Cairo, della Città di Montalto &c. Neap. Typ. Pauli Severini. MDCCX.

Lettere erudite, Chieſaſtico-Civili, Accademico-Critiche. Tom. 2. in 4. Par. 1.& 2. In prima parte 40. Epiſtolę continentur, quę ſequuntur =

I. *Se Mosè frà tutti gli Scrittori potraſſi dire il primo, e conſeguentemente il più antico?*

II. *Qual concetto aver ſi dee della teſtimonianza di Giuſeppe Ebreo intorno alla Perſona di Gesù Criſto?*

III. *Di che Nazione foſſero quei Soldati eſecutori della morte di Criſto?*

IV. *Le Piſtole, che volgarmente paſſano ſotto il nome di Criſto, e di Abgarre Regolo della Siria, nulla hanno di ſuſſiſtenza.*

V. *Regno ideale, che vantano al preſente gli Ebrei.*

VI. *Una fù la Maddalena mentovata da Vangeliſti?*

VII. *Qual fede meritano quelle Lucerne ſepolcrali, portate ſotto l'occhio critico dall'antichità?*

VIII. *Che debia dirſi delle Sorti, con le quali Mattia fù eletto all'Appoſtolato?*

IX. *Si deteſta l'Aſtrologia Giudiziaria.*

X. I

X. *I Diaconi furon forſe iſtituiti per la Sagra Menſa, ovvero ſolamente per la comune?*

XI. *La generazione dell' Anitre, e dell'Oche ne' lidi Settentrionali.*

XII. *Se Niccolò, uno de' ſette Diaconi foſſe ſtato l'Autore della Setta de' Niccolaiti?*

XIII. *Quando s'introduca l'Anima ragionevole, dopo il concepimento del Feto?*

XIV. *Che potraſſi dire della navigazione di San Jacopo per le Spagne?*

XV. *Che credito meritaſi la narrazione di Plinio, intorno à quei Popoli preſſo il Gange, detti Aſtomi, i quali co' ſoli odori s'alimentavano?*

XVI. *Se San Jacopo detto il minore, ſia lo ſteſſo, che l'altro chiamato fratello del Signore, e Veſcovo di Geruſalemme?*

XVII. *Briga Accademica sù la narrazione del Caſtarrenda, intorno à quella Donzella Luſitana, reſa gravida da uno Scimmione.*

XVIII. *Rifleſſi ſu gl' Atti di S. Andrea Appoſtolo, ſcritti da' Chieſaſtici dell' Acaja; e sù la Piſtola à Barnaba attribuita.*

XIX. *Bilanciaſi la narrazion del Boccaccio, intorno alla ſterminata corporatura del Gigante ſcoperto in Trapani da' Paſtori.*

XX. *Trovaſi per avventura qualche Liturgia appropiata a gli Appoſtoli?*

XXI. *Diſamina ſopra i Pigmei rapportati dal Chircherio nel ſuo Mondo ſotterraneo.*

XXII. *Giu-*

XXII. *Giudicio sù la Piſtola di Paolo a' Laodiceni; e sù 'l Libro d'Ermas, volgarmente detto il Paſtore.*

XXIII. *Interpetrazione cenſoria ſopra il viaggio per lo Mondo della Luna.*

XXIV. *Che ſi dee credere degli Oracoli delle Sibille, e de' Libri di Mercurio Triſmegiſto?*

XXV. *Erudizioni rifleſſive sù la prima edificazione di Roma.*

XXVI. *Diſamina sù gli Atti di Lentolo, e Pilato intorno alla Perſona di Criſto; e sù le Piſtole di Paolo ſcritte a Seneca, e di Seneca a Paolo.*

XXVII. *Cenſura al diſinganno ſediceſimo del Lancellotti,, intorno alle ghiande eſtimate cibo degli Uomini nel principio del Mondo.*

XXVIII. *Se gli Eſſeni di Giuſeppe, e i Terapeuti di Filone foſſero Giudei, o Criſtiani, del Secolo, o Religioſi?*

XXIX. *Pomponio Mela riprovato, perche finge in una Iſola dell' Africa le femmine feconde, &, infantate, ſenza maſchile concubito.*

XXX. *Che debba ſupporſi delle Recognizioni attribuite à Clemente; e di chi confonde Cleto Papa con Anacleto?*

XXXI. *Plinio convinto di falſità intorno all'origine de' Criſtalli, e circa le virtù de' Diamanti.*

XXXII. *Se le Piſtole Decretali de' Papi ſino a Siricio ſiano ſuppoſte?*

XXXIII. *Il Mercurio filoſofale, ſotto la lucerna*

na di Cleante, divenuto ſofiſtico.

XXXIV. *Diſputa Accademica sù la difeſa ſè Tertulliano, a favore di quel Soldato Criſtiano, che ricusò con gli altri vittorioſi portar ſul capo la corona militare.*

XXXV. *Piato erudito intorno alle calde bevande, avute per le delizie dall' Antichità.*

XXXVI. *Quante volte mangiavaſi al giorno al tempo degli Antichi? e de' loro digiuni.*

XXXVII. *Se gli Antichi nel capo uſaſſero copertojo?*

XXXVIII. *Coſtume di Sepellire i morti appo gli antichi, e ſe pria del quinto ſecolo, i Fedeli goduto aveſſero dentro le Chieſe i Sepolcri?*

XXXIX. *Penſieri diverſi ſu la incorruzione del cadavere d' Aleſſandro il Macedone; E sù i coſtumi di Seneca ad egualità dello che ſcriſſe.*

XL. *Se pria del trediceſimo Secolo ſi foſſe poſto in uſo il laudar Iddio ne' ſuoi Santi col mezzo de' globetti, quali volgarmente diciamo Roſarj, Corone, Salterj.*

Annectenda pariter ultima ſuprà numerum, cujus titulus = *Memorie Storiche dell' Accademia degl' Inculti.* Omneſque unitim Typis Genuæ 1714. apud Hæred. Celle.

In ſecunda Parte diſtincti Tomi, hæ aliæ 40. Epiſtolæ leguntur.

I. *Diſcorſo cenſorio sù la Topografia allegorica de' Campi Eliſi.*

II. *Dal-*

II. *Dalla venuta di Marcione in Roma ſcacciato dalla Chieſa di Ponto da quel Veſcovo ſuo Padre; non tanto bene s'arguiſce il Jus d'appellagione alla Suprema Sede.*

III. *Varii Storici chiamati in giudizio preſſo al Tribunale dell'Idrografia.*

IV. *Per qualunque guiſa ſi crivellaſſe il rapporto di Giovan Diacono intorno all'anima di Trajano liberata dall'Inferno a priega di S. Gregorio, egli l'è favoloſo.*

V. *Diogene Laerzio convinto per aver confeſſato, che le Scienze, non altronde, che da'Greci vantaſſero la loro origine.*

VI. *Piato Accademico sù le conteſe della celebrazione della Paſqua, trà Papa Vittore, e le Chieſe del'Aſia.*

VII. *Quanto il meſtiere de' Notai foſſe appo gli Antichi celebrevole, e di ſommo onore.*

VIII. *Che che ne dican Socrate, e Sozomeno ſu 'l falſo rapporto di Paſnuzio nell' adunanza Nicena; ſempre la Chieſa volle anneſſo all'Ordine chieſaſtico il Celibato.*

IX. *Penſieri diverſi ſu l'apparimento delle Comete.*

X. *L'uſo di cantar nel Coro ſcambievole, quanto antico nella Chieſa egli foſſe?*

XI. *Origine dell'Arme, o ſiano Impreſe, & Inſegne delle Famiglie.*

XII. *Socrate, egli fù Novaziano?*

XIII. *Simboli, e Geroglifici dell'antiche Monete ſpendeanſi un tempo dalle Repubbliche più celebri della Calabria.*

XIV. *Bilanciaſi il parere del Baronio intorno al Monacato di S. Cirillo Patriarca d'Aleſſandria.*

XV. *Viaggio fantaſtico di Pirologo per le Regioni Meteorologiche.*

XVI. *Euſebio di Ceſarea, anco dopo il Concilio Niceno, fù imbrattato dell'errore Ariano.*

XVII. *Riſpoſta alla Cenſura contro la Lettera III. contenuta nella prima parte, intorno a Bruzj Crociſiſſori.*

XVIII. *Se in diſtinte Cellette traſportaſſero la Sacra Bibbia dall'Ebreo al Greco i Settantadue Interpreti.*

XIX. *La immobilità della Terra ſoſtenuta dalle ragioni ſacre, e civili.*

XX. *Parere sù le brighe trà Stefano Papa, e Cipriano di Cartagine, intorno al ribattezzare gli Eretici.*

XXI. *Concetti Accademici ſu il vario ſentimento de'Filoſofanti, intorno al dormire, e ſognare degli animali.*

XXII. *Rifleſſi ſu gli Atti del Concilio Sinueſſano.*

XXIII. *Dove debba ſtabilirſi la ſede all'Elemento del fuoco?*

XXIV. *Che debba dirſi della condannagione d'Ida-*

d'Idacio Veſcovo nelle Spagne, e d'Eufrata nelle Gallie, praticata da' Prelati di quelle Chieſe?

XXV. *Il vario de' Bicchieri praticato dall'antichità in ſu le Menſe.*

XXVI. *Se dal Concilio Niceno, o più innanzi appara ſſe la Chieſa a cantar dopo i Salmi il Gloria Patri, & Filio &c.*

XXVII. *Che debba imaginarſi de' Moſtri?*

XXVIII. *Oſio di Cordua, ſe ben cadeſſe, non però morì nell'errore Ariano.*

XXIX. *Origine dell'Idolatria, e da chi introdotta nell'Indie?*

XXX. *Rifleſſi ſopra il Simbolo, che porta conſeco il titolo di S. Atanagio.*

XXXI. *Prima naſcenza de' Bachi da ſeta, e donde in Europa derivati?*

XXXII. *Se il Decreto intorno a' Libri Canonici, e Chieſaſtici, che leggeſi ſotto il nome di Gelaſio, veramente a cotal Papa attribuir ſi debba.*

XXXIII. *Che coſa ſia la Luce!*

XXXIV. *Di che ſuſſiſtenza l'invenzione della Papeſſa Giovanna ella foſſe?*

XXXV. *Che Paeſe foſſe quell'Offir, verſo cui dirizzavanſi le flotte di Salomone.*

XXXVI. *In che tempo ſi vide in uſo la Scolaſtica Teologia?*

XXXVII. *La Jucca Americana, & il Corallo Arabico.*

XXXVIII. *Qual motivo ebbe S. Bruno di portarſi all'Eremo?*

XXXIX. *Varie conghietture ſu la Statua di Sango, cavata dalle rovine di Roma ſotterra.*

XL. *Se Ennodio Diacono di Pavia foſſe il primo, ch'appropiaſſe al Romano Pontefice la prerogativa di Papa?*

Quæ pariter junctæ Typ. Genuæ apud Hæred. Celle, 1715. fuerunt excuſæ.

Congreſſi Accademici ſullo diſcettabile Storico della Bibbia. Tom. VI. in 8. Venet. apud Joan. Radici, 1720. In quocunque Tomo Congreſſ. 10. comprehenſi.

In primo

I. *Cagion prima del Mondo criato, e ſua provvidenza.*

II. *Mondo, non già ab eterno, mà in tempo criato.*

III. *Uno è il Mondo, e nel ſuo eſſer perfetto.*

IV. *L'Anima del Mondo, come intender ſi debba?*

V. *In qual ſtagione dell'anno, il Mondo criato foſſe?*

VI. *Il Signor Iddio nel intervallo di ſei giorni, oppur in un momento diè al Mondo la conſiſtenza?*

VII. *Durata del Mondo.*

VIII. *Nel primo dì della criazion del Mondo, che debba intenderſi per quelle voci Cielo, Terra, Acqua, Luce, Spirito?*

IX. *Del Paradiſo terreſtre, ſuo eſſere, luogo, ſito, fiumi, alberi, conſiſtenza.*

X. Na-

X. *Natura, movizione, & influenze degli Aſtri.*

In ſecundo.

I. *Diſſamina ſopra gli Automati Carteſiani.*

II. *Doti del Corpo, e dell'Anima de i primi parenti Adamo, & Eva.*

III. *Propagagione, e vita dell'Uman genere nello ſtato dell'Innocenza.*

IV. *Tentazione, caduta, eſilio, penitenza, e morte de' primi parenti Adamo, & Eva.*

V. *Primo Sacrifizio, primo Omicidio, e prima Città del Mondo.*

VI. *Translazione. Vita, e Profezia d'Enoco.*

VII. *Se gli anni de' Patriarchi rammentati da Mosè avanti 'l diluvio, foſſero eguali a' noſtri?*

VIII. *Concubito de' figliuoli di Dio colle figliuole degli Uomini da cui derivonne de' Giganti la figliatura, come intenderſi debba?*

IX. *Cibo praticato dagli Uomini 'nnanzi 'l diluvio.*

X. *Intervallo d'anni, dalla criazione d'Adamo fino al diluvio.*

In tertio.

I. *Arca di Noè, ſua commeſſura, e capacità.*

II. *Natura, e propietà degli animali introdotti nell'Arca.*

III. *Il Mondo tutto affogato nell'acque del univerſal Diluvio: e dalla Famiglia di Noè riparato.*

IV. *Vita, geſte, pellegrinaggio, ſoggiorno, e mor-*

morte di Noè, e figliuoli dopo il Diluvio.

V. *Torre Babellica, ſua coſtruttura, fine, confuſione.*

VI. *Abramo, ſua traſmigrazione, geſte, circoncisſione, Sagrifizio, morte.*

VII. *Incendio di Sodoma: fuga, & ebrezza di Lot; gaſtigo della Conſorte.*

VIII. *Rifleſſi ſu le azioni di Giacobbe figliuolo d'Iſacco.*

IX. *La Levirazione, lecita trà Patriarchi, pria delle Legge Moſaica; non così 'l Meretricio.*

X. *Varj diviſamenti ſulla Vita, e fatti di Giuſeppe figliuolo di Giacobbe.*

In quarto

I. *Mosè nella Corte d'Egitto.*

II. *Fuga di Mosè dall'Egitto: dimora in Madian: ſua Legazione, e prodigj.*

III. *Che dir ſi debba de' portenti de' Maghi nelle piaghe d'Egitto.*

IV. *Uſcita d'Iſdraello dall'Egitto, e ſuo tranſito per lo Marroſſo ver la Terra promeſſa.*

V. *Di ciò, che accadde agl'Iſdraeliti dopo l'uſcita dell'Eritreo ſino al Monte Sinai.*

VI. *Legge data nel Sinai, e ſuo rifleſſi.*

VII. *L'Idolatria d'Iſdraello nelle falde del Sinai; e la gloria Moſaica ne'ſplendori del Principato.*

VIII. *Commiato degl'Iſdraeliti dal Monte Sinai: Varie moranze nel Diſerto di Faran: e loro gaſtighi in Selmona, & in Funon, cagionatogli dal morſo d'igniti Serpenti.*

IX. *Il*

IX. *Il Giumento correttor di Balammo; e ſua Profezia.*

X. *Morte di Mosè, e conteſa del ſuo corpo trà il Demonio, e l'Arcangiolo S. Michele.*

In quinto.

I. *Gioſuè, ſuo entramento nella Terra promeſſa, geſte mirabili, e morte.*

II. *Giudicato di Debbora, e voto di Jeſt, di quanta ſuſſiſtenza?*

III. *Varii diviſamenti ſulle geſte di Sanſone, Giudice nella Giudea.*

IV. *Apparimento dell'Anima di Samue alle Rè Saulle; vero, o fantaſtico?*

V. *La gloria di Salomone trà vivi; la propia ſorte trà morti.*

VI. *Geroboamo, Rè d'Iſdraello con ſuoi Vitelli d'oro, citato al giudizio de' Saggi.*

VII. *Epoca de' Profeti, che viſſero nell'età de' Rè d'Iſdraello, e di Giuda.*

VIII. *Natura, e propietà degli animali aquatici.*

IX. *L'Era de' tempi 'n cui viſſero le due Amazoni, della Giudea, Giuditta, & Eſter.*

X. *Varie Sette trà gli Ebrei.*

In ſexto.

I. *Eſdra, ſe reſtoratore ſolamente ſtato foſſe de' Libri Sacri nell'incendio di Geroſolima? Se Autore de Maſoretici punti, e della Cabbala Ebraica?*

II. *Natura, e ſimboli delle pietre prezioſe.*

III. *So-*

III. *Sogno di Nabucco, e ſuo interpretamento.*

IV. *La trasformazion di Nabucco, e ſua ſorte.*

V. *Baldaſſarre chi foſſe, ſua viſione, & eſterminio della Corona, e del Regno di Babilonia.*

VI. *Di quanta ſuſſiſtenza ella ſia la ſtoria di Suſanna, e di Belo?*

VII. *Epoca degli anni del Mondo ſino alll'Avvento del Signor Gesù Criſto.*

VIII. *Rifleſſi ſulla ſtirpe, geſte, Viaggi dell'Appoſtolo Paolo.*

IX. *Anticriſto: ſua proſapia, concepimento, progreſſi, morte. Comparizione d'Enoco, e d'Elia. Fine del Mondo.*

X. *Panegirico ſulle glorie, e prerogative della Città di Montalto, pria Uffugo.* Præter adducta, varia in quocunque Congreſſus initio, jucunda, utiliaque quiſquam inveniet.

Alia Monimenta MS. proximè edenda ſunt, quæ ſequuntur.

Pantopologia Calabra, in qua celebriorum ejuſdem Provinciæ Locorum, Virorumque, armis, pietate, titulis, doctrina, ſanguine, Illuſtrium Monimenta expenduntur. Tom. 1. in 4.

Theoremata Biblica ſuper ſelectiora Sacræ Scripturæ dubia. Tom. 2. in 4.

Secoli Criſtiani illuſtrati dalla Cronologia Chieſaſtico-Civile. Tom. 2. in 4.

Galleria Storica, traſportata al Morale. Tom. 2. in 4.

Geo-

Geografia ſtorica, Sacro-Civile, Filoſofico-Politica. Tom. 4. in 4.

Viaggio per lo Mondo fantaſtico de' Filoſofanti. Tom. 1. in 4.

La Pallade glorioſa ne' Letterati, che viſſero dal principio del Mondo ſino a' noſtri tempi.

Ramus Sibyllæ aureus, ſive dilucidum ad Eloquentiæ Elyſios Iter. Tom. 1. in 4.

Inſtitutio Philoſophiæ Rationalis, & Corpuſcularis, Democratica. Tom. 4. in 8.

Jus, & factum, in tuendis Carmeli Juribus pro Conventibus, Carol. & Montaltino.

In utroque Iure conſpicui, Hieronymus, Iacobus, & Cajetanus de Alimena, Hieronymus Zamora, Carolus ſenior, & Ioan. Baptiſta de Caninea, Angelus, & Dominicus Roſſi, Thomas Bernaudo, & Angelus Rocco; nec non & Franciſcus Ant. Molli, Cajetanus de Alexandro, & Franciſcus Grimaldi, aliiq; genè innumeri.

In Philoſophia recentiori, & Medicina præſtantes, Hieronymus Grimaldi, Antonius de Preſbyteris, Carolus de Roſis, Ioſeph, & Xaverius Zaverroni, Alexius, & innocentius Romano, & Xaverius Pyro. Aliique non pauci literis, eloquentia, & eruditione clariſſimi; quorum facinora, & Urbis laudatæ geſta, apud Livium, Barrium, Marafiotum, Cropanum, Pacichellum, Beltranum, Montorium, Nardum, Carolum de Alexandro, Pugliſium, Zuccalà, Ughellum, Frecciam, Lin-

guegliam, Commendatorem de Puteo, Comitis Borromei Proregis Diplomata, Privileg. in Com. fol. 6. Cancell. Capit. 3. fol. 80. Regioſque Archiv. Neap. diſtinctè reperies.

MONTILEONUM.

TRibus milliar. circiter à Vibonis Caſtro, & Mari, Civitas hæc Auxonia, olim Hipponium, ab Hippone Phocenſium Heroe plurimum reſtaurata, loco eminenti, atque delicioſo ſita; Locrorum ædificium (intellige locupletatum) teſte Strabone, *lib.* 6. quod obnitentibus Brettiis eripuere Romani, qui Vibonem Valentiam appellavere. Ad hæc loca è Sicilia Proſerpinam adventaſſe ad flores legendos, putavit antiquitas, quoniam florentiſſimæ Regionis amæniſſima prata eſſe cernuntur. Hinc Matronarum uſus, ut collectis, ex floribus corollas texant, cum per dies feſtos compta geſtare ſerta, vitio illis detur; ibique Gelonis amæniſſimum Nemus pro deliciis irriguum, Cornu Amaltheæ nominatum, apud Athæneum *lib.* 2. in quo fortè Proſerpinam rapuere Sicani Pyratæ, Plutone duce, ad ſuamque memoriam Phanum illuſtre extruxere ſui, cujus columnas marmoreas inſignes Rugerius Calabriæ Comes Miletum tranſtulit, præfatæ ſignum, araſque in foribus Ædis Epiſcopal. infimo loco ſitas pedibus conculcatas à contemptoribus vetuſtatis, dedecore non parvo Vibo-

bonenſium Civium, atque rubore, hac inſcriptio-ne ſignatas: *L. vid. vir.* ɔ*l. Q. Cincius. C. Aul. IIII. viri D. Signum Proſerpinæ reficiundum, ſtatuendumque, araſque reficiendas ex S. C. curarunt HSDCCLXXM. XC. fuere. Helvia Q. f. Orbia M. filia.*

Habet Emporium, quod olim Agathocles Siciliæ Tyrannus inſtituit, Urbe potitus. Amica Romanis, & Socia, Pænis excluſis cum Annibale, quorum Colonia apud Livium *Bell. Maced. lib.* 5. & Municipium extitit, ut Cicero *in Verrem Action. ſeptima*, innuit.

Numos cudebant Vibonienſes cum Proſerpina ex una, & ex altera duas Clavas, Noctuam, lyramve ſignabant, latina Epigraphe redimitos *Valentia*. Quandoque cum Jove, & fulgure: aliquando cum Hercule, Minerva, & Apolline.

Fuit Sedes Epiſcopalis, ex qua Joannes Epiſcopus Vibonienſis Synodo Romanæ ſub Symmacho, & Stephanus Epiſcopus Vibonienſis Sinodo Nicenæ II. ſub Adriano Pontificibus interfuere; Miletum tranſlata ſub Papa Gregorio VII. dum cum Therina, Tauriano, & Triſchene ab Agarenis B. Nili ævo paſſa, Epiſcopatum amiſit, & ſedem. Noſtro ævo Civitas pulchra nimis, Parthenopiſque epitomen in ædificiis, planitie, amplitudine, ac viarum celebritate, regalis. Arva in omnibus, tam in deliciis, quam in humanæ vitæ neceſſitudinibus fæcunda: elementis omnibus chara;

Nn 2 fru-

Digitized by Google

frumenti, cæterorumque frugum, fructuum, nemorum, pagorumque illuſtrium, & copiæ plurimum feracia: Pomona, & Flora prægnantibus, Dianaque obſtetricante, & Neptuno, venatione, piſcatu, & aucupio, omnibus affluens.

In ea floruere Viri in omnigena literatura conſpicui. Ex antiquis Peſtanus, Poeta celebris, & Orator, apud Macrobium *in 6. Saturnal.* famoſus, & Philoſophus inſignis, qui doctè ſcripſit *de Ventis*, quem ex Medama Urbe, nunc *Nicotera*, nonnulli Civem exoptant. Ex recentioribus Joannes Falconius, qui Typ. dedit Bononiæ apud Joannem Roſſium 1587. in 4. *Theoremata* ex variis locis *utriuſque Juris prudentiæ* deprompta. Joannes Nicolaus Angelonius U.J. D. pietate, & doctrina celebris apud Schraderum in ſuo *Ital. Monum.* de quo Epitaphium =

Ioan. Nicolao Angeloni
De Monte Leone Iur. Conſ. ſumma, & integritate, & rerum gerendarum peritia prædito principibus ſuæ ætatis Viris gratiſſ. Diana Uxor, Tenolia, Caſſindia, & Hieronyma Caſtorea filiæ benemer. curante Farneſio Bennato amico præcipuo pon. curav. Vixit an. XLVIII. Obiit Calend. Junii Anno Salutis MDL.

Iulius Iazzolinus, in Philoſophia, & Medicina conſpicuus, qui publico iuri fecit italicè = *De'rimedj naturali, che ſono nell'Iſola di Pithecuſa, oggi detta Iſchia, libri due*. Neap. apud Ioſephum Cacchium, 1588. in

1588. in 4. aliaque latinè hoc titulo = *Quæſtiones Anatomicæ, & Oſteologia Parva*. Neap. apud Horatium Salvianum, 1573. in 8. Joſeph Capobianco, ſanguine, & doctrina ſpectabilis. Luci dedit Neap. Typ. Luc. Antonii de Fuſco, 1659. in 4. Opus cujus titulus = *Originis, ſitus, nobilitatis Civitatis Montisleonis, Geographica Hiſtoria*. Sylvius Badolati, vitæ bonitate, & literis impensè præclarus. Multa ſcripſit *de ſua Urbe*; & Carthuſianus factus, multiſq; honoribus ab Ordine cohoneſtatus, Monimenta plurima, & Commentaria reliquit ſuper *Epiſtolas D. Pauli* ab eo non edita propter humilitatem. Joan. Baptiſta de Januario, Poeta inſignis, & lepidus in ſuis Monumentis *de Aquarum bonitate, atque præſtantia, Urbiſque deliciis*, Poemate illo ſale, jociſque pleno =

Nate ego in Lacrimas, quam durus amore liquavit
Paſtor, & Venas ſubſilientis Aquæ
Vicino ſub colle prius contempto jacebam
Nunc veſtro huc, Cives, munere læta fluo
Sum lympha tenuis, ſed pota ſalubrior imbre,
Sed alio, aut illo, qui rigat ora Jovis.

Antonius Sorbilli, Dionyſius, Blonius, Dominicus Pizzimenti, Jacobus Corteſe, Meleagrus Pentimalli, ingenio maximi, divinarum, humanarumque literarum callentiſſimi. Cæſar Biſogno, Vir in legalibus, & poeſi præſtantiſſimus. Typ. donavit *Poemata* vulgari, latinoque idiomate compoſita ad communem omnium utilitatem. Neap. apud

apud Parrinum, 1715. nec non & Opus doctum cujus titulus = *Allegationes Juris, in quibus diverſi Caſus practicabiles materiam contractuum, ultimarum voluntatum, feudalium, & Criminalium Cauſarum concernentes per eundem Auctorem in diverſis cauſis diſcuſſi, omnibus in Iure verſantibus admodum utiles, & neceſſarii, ſuccinctè; enucleantur, & reſolvuntur cum Summariis, argumentis, & locupletiſſimo indice materiarum ad communem omnium utilitatem*. Neap. ap. Moſcam. Joſeph Biſogno de Gattis, publico Juri fecit opus hoc titulo = *Hipponii, ſeu Vibonis Valentiæ, vel Montisleonis Auxoniæ Civitatis accurata hiſtoria, in tres libros diviſa*. Neap. apud Moſcam, 1710. Aliiq; plurimi doctrina, & eruditione clariſſimi.

Merito, & Sanctitate celebres. B. Joannes, & Antoninus Mazza, & Aurelius, Inſtituti, S. Auguſtini, & Franciſca Morelli, Tertii Ord. Capuccinorum, & Dominicus Angì, Doctor, & Magiſter Ord. Carmelitarum, vitæ bonitate, & doctrina illuſtris.

Armis, gradibus, & inſignibus conſpicui. Franciſcus Petitti, Carmelitarum Inſtituti Provincialis, Viſitator, & Commiſſarius Generalis emeritus, acri ingenio Vir, eloquentiaque plenus. Dominicus Franza, in Flandria Tribunus militum; eodemque gradu redimitus, Mediolanique Marchionatu Antonius; ex qua Proſapia Schipani illuſtris Tabernis in Horatio Bellicaſtrenſi Epiſcopo,

& Ma-

& Mario Iatrophyſico, in *Epiſtolis* Petri de Valle celeberrimo.

MONTIPAONUM.

IN appennino, maris proſpectui ferè milliar. olim Aruncus, oppidum tenue ſitum, ſed fructibus, oleoque ſuperabundans. In ſuo Meliteo fonte, juxtà quem Quercus nunquam folia dimittens, teſte Barrio, famoſum. Celebre natali Poetæ Lucilii, apud Dominicum Taſſone, qui multa ſcripſit de animalibus, & præſertim de piſcibus teſte Macrobio *in Saturnalib.* 3. acri ingenio, & violento, quem Virgilius ſummoperè eſt imitatus. Sed gloriofius in ſuo S. Baſilio Scamardi, Baſiliani Inſtituti, & Dionyſio, Ord. Capuccinorum, meritis; & pietate præclaris.

MOTA IOANNIS.

NOn procul à promontorio Leocopetræ, octo milliar. à Rhegio, maris proſpectu jucunda, celebris in ſuo Pago, quem Publius Valerius inſumul cum Cicerone, ut *in prima Philip.* apprimè incoluit, fructibus, deliciiſque pleno, Mota Nomeria dicta à ſuo Mambrino Roſeo, apud quem forenſes tentoria Alphonſi Calabriæ Ducis fragrantes, ex obſidione patriam eripuere; aquæ penuria poſtmodum captam. Corallium piſcatu

fa-

Digitized by Google

famoſa , ac fructibus omnigenis affluens.

MOTA LUCIÆ.

MAmerti pagus in ameniſſimo colle ſitus , à Mamertinis , ſivè à Samnitibus conditus, frugifer undiquè , ſupra Ocinarum amnem (vulgò *Savuto*) elementis omnibus charus. Gloriatur natali Ioannis Mariæ Zoardo , & Ioannis Baptiſtæ Falvo Antiſtitum , omnigenæ literaturæ conſpicuorum; nec non & Franciſci Antonii Falvo U. I. D. Theologi, & Poetæ inſignis, Canonici, Theſaurarii, atque olim Vicarii Generalis , & Capitularis cathedræ Conſentinæ, multorum *Poematum* Scriptoris maximi (quos Civitas Syllani majori jure veluti ſuos mavult) & Franciſci Antonii Bonaccia , U. I. D. atque variis in Monimentis *Oratoria* , & *Poetica* inſignitis, eruditiſſimi.

MURANUM.

EX Syphei ruinis excitatum Oppidum , quod Sybaris , nunc Cochylę piſculentus amnis adlabitur, Torentinis, anguillis, gammarorumque maximè copia uber . Gaudet ſeptentrionem verſus ſuo Apollineo, ſeu Pollino monte , nobilibus, ſanativiſque herbis omnigenis pollente, atque Theneſio agro, planitię ſumma ; aucupio, venatione, & pabulis famoſo ; nec non & Valle limpidis

dis aquis referta, celebri. Hic Serica illuſtria, panni nobiles, berylli, lapides phrygii, gypſei, ſpeculareſque,& manna. Ex eo prodiere Viri in omnifaria eruditione clariſſimi, quales fuere = Antonius Congregationis S. Mariæ, à Colorito dictæ, Auguſtiniani Inſtituti de Obſervātia, Philoſophus, & Poeta celebris. Scripſit poematicè *Vitam S. Catherinæ V. & M.*, ac *S. Agnetis V.* Obiit 1643. plenus meritis, & doctrinis. Auguſtinus de Sanctis Carmelita Excalceatus, Verbi Dei Præco inſignis, Regens primarius Romæ, Alexandri VII. Confeſſarius emeritus, ac S. Officii Conſultor, Definitor, & Vicarius Provincialis. Vir ſingulari ingenio, exquiſita in Theologicis eruditione,& pietate ſumma. Scripſit *de Trinitate, de Angelis, ac ſupra primitivam Carmelitarum Regulam Sermones centum*, exculto calamo, & docto. Ioan. Leonardus Tufarelli Iatrophyſicus celebris,qui luci donavit italicè. *La Vita del P. frà Bernardo di Rogliano, Fondatore della novella Congregazione di S. Maria di Colorito, dell'Ordine Eremitico di S. Agoſtino dell'Oſſervanza*. Conſentiæ apud Andream Riccio, 1650. in 4., ubi optimè de Calabria, ejuſdemque SS. Pontificibus, Cardinalibus, aliiſque Viris illuſtribus, ſermonem habet. Quemadmodum *Un trattato della Sagnia*, utilem, neceſſariumque Profeſſoribus cunctis, Conſentiæ apud Aloyſium Caſtellani, 1599. in 4. Vincentius Barbaſtefano, Vir in humanis literis eruditus, multorum *Sanctorum Monimenta*

digna reliquit, Iacobi, Catherinæ, Apolloniæ, Stanislai, Chryſanti, Donati, aliorumque pietate clarorum. Leo à Murano, Congregationis S. Mariæ à Colorito, Ord. Herem. S. Auguſtini, Vir ſincero, candido, & aperto ingenio. Multa MS. reliquit prælo digna *retborica*, & *prædicabilia*, in Coloriti Cænobio aſſervata, & erudita. Dominicus Candelopoli, Franciſcanus de Obſervantia, in Aſtrologia doctiſſimus; publico Iuri fecit italicè = *Sentimento ſulla Cometa del* 1687. *in occaſione della quale, ſi ragiona della natura, generazione, effetti, e propietà di tutte l'altre*. Venet. apud Nicolaum Pezzana, 1687. Ludovicus de Murano, Ord. Min. de Obſervantia doctiſſimus, & ſubtilis in ſuo *Scoto dogmatico, ſuper quatuor Sententiarum libros*. Patavii in Typogr. Seminarii; aliaque plurima eruditione plena. Et Marcus Inſtituti Capuccinorum, vitæ ſanctitate, & merito venerandus.

NEOCASTRUM.

Supra Lametiam, olim Liſſania græco nomine dicta, Civitas Epiſcopalis, fontibus, rivïſque affluens, extructa, cum Emporio, & Caſtro nobili, Friderici, & Caroli V. Cæſarum mora famoſo. Mitra glorioſa Marcelli II. & Innocentii IX. hac ex Cathedra ad Pontificatus apicem evectorum. Terræmotu quaſſata, pietate Amburgæ, Comitis Drogonis filiæ, ac Rugerii, Nortmanni neptis,

ann.

ann. 1100. reædificatum Phanum, ubi oſſa ejuſdem quieſcunt. Diſtat à Freto ferè 7. mill. paſſ., hinc indè Nemorum, agrorumque omnigena fructuum, frugumque fætura, & paſcuis famoſa, quinimmò & Sylvis glandiferis, alitumque aucupiis, & piſcium piſcatu ſuperabundans. Oleo, vino, melleque præclara. Inter Mamertinum, & Neocaſtrenſem agrum memoria Pyrri Regis Epyrotarum, & conflictus cum Romanis, & Mamertinis, hac inſcriptione excitata, legitur.

Aquas limpidiſſimas, pendentibus hinc inde collibus exorientes, & ad ſupremum hinc, ad Inferum illinc decurſantes Mare, vidit ætas priſca in Sanguinem verſas, Exercitus Pyrrhi Epirotarum Regis clade, qui tot victoriis onuſtus, & à Mamertinis Romanis ſædere junctis ſuſus terga abripuit. Anno ab Urbe condita....
Mamertinorum Urbs, ne tanti facti periret memoria, Thomæ Aquinatis XII. ipſius Comitis, Statuum, Oppidorum, Urbiumque adjacentium Principis juſſu poſuit. Ann. Dom. MDCXCVII.

Feudis, atque inſignibus maximè redimita in Familiis Fabiana ex Baronibus Stalatii, vulgò *Stallatti*: Serſala, ex Baronibus Cropani; & Veralda ex Baronibus S. Juliani. Multos Viros peperit, pietate, doctrinaque conſpicuos: Vitæ ſanctitate, & exemplo, Angelum, Inſtituti Capuccinorum, inſignem. Typis clari fuere, & literis, Marcellus Riccius Dieni, & Dominicus Felix Veraldi, Eques

Ord. Cruciferi SS. Mauritii, & Lazari Accademicus Arcas, *Galiſtus Calius* dictus. Plura ſcripſit doctrina, & eruditione plena. Publico Juri fecit 32. *Opera Scænica*, partim proſa, & partim carmine concinnata. Neap. apud Carolum Trojeſe; ibidemque italicè = *Lo sfogo veridico, Poeſie liriche, & il Viaggio d'Italia, & Iſole adjacenti, Poema narrativo in ſeſta rima*. Ven. apud Prodocimos: & apud Franciſcum Ricciardi. Neap. *Tom.* 1. *Allegationum Legalium*; aliaque plura cedro digna, & æternitate. Inſula glorioſi, Boemundus, Guido, Leonardus, Venutus, Ord. Minorum, Guillelmus, Robertus Mazza, aliique vigilantia, & doctrina inſignes.

NICETUM.

Vulgo *S. Lucido*, propè Paulam edito loco, Freto imminens, ubi arva frugifera, omnigenis fructibus ubera, avium aucupiis, & piſcatu Oppidum abundans. Lapidibus frumentario, oleareo, gypſo, & ſilice, Moſa fluvio excurrente, famoſum. Hic adverſus Manfredum Regem, tempore Innocentii IV. Cruciata indicta, cujus Petrus Ruffus Summus Ductor, & Legatus S. Sedis, Conſentiæ Antiſtes, præ aliis, & Cives ſub tanto Duce inſignes extitere. Ab Arodam Turcarum Pyrata, multa paſſum; glorioſum in ſuis maximè effulſit, præſertimque in BB. Nicolao, de primis Sociis Patriarchæ Paulani, & Joanne, qui cum eodem inſumul

mul Siciliæ fretum ſuprà Pallium fluctibus ſtratum (nil habentes, quod pro naulo ſolverent) admirantibus in littore Nautis, miraculosè tranſfretarunt.

NICOTERA.

OLim Medama, tempore Plinii, Urbs à Medama fonte derivata, teſte Hecatheo apud Stephanum, Locrorum ædificium, ut vult Strabo, indè Nicoteræ, à Romana Claſſe ex Africa redeunte victrice, accepiſſe nomen, & omen, coniicit Barrius, *lib.* 2. ſept. milliar. à Vaticano promontorio diſſita, Mari imminens piſculento, & Metauro amni navigabili, atque famoſo. Sedes Epiſcopalis, ex qua Sergius Nicenæ Synodo II. ſub Papa Adriano, interfuit. Plinii, Antonini Pii, Srabonis, Hecathei, Stephani, Abb. Joachimi, aliorumque præconio illuſtris, glorioſaque B. Pauli Minoritæ Synopolitani ſepulchro. Hìc Serica, linaque nobiliora. Arva frugifera: portu adverſus Liparenſes famoſa. A Saracenis ſubacta, plurimum de primæva gloria amiſit, perdiditque, ſed præſertim ex violenta morte ſui concivis, & Epiſcopi B. Antonini, cruor hactenus, ut dicunt, per agrum inviſitur, admiraturque. Inſula glorioſi pietate, & literis, B. Vincentius, Ord. S. Franciſci de Obſervantia. Januarius de Matthæis, Minimorum Inſtituti, anteà Provincialis emeritus. Paulus Minorita, Marcellus, Camillus, Julius, Cæſar, & Ia-

nua-

Ord. Cruciferi SS. Mauritii, & Lazari Accademicus Arcas, *Caliſtus Calius* dictus. Plura ſcripſit doctrina, & eruditione plena. Publico Juri fecit 32. *Opera Scænica*, partim proſa, & partim carmine concinnata. Neap. apud Carolum Trojeſe; ibidemque italicè = *Lo sfogo veridico*, *Poeſie liriche*, *&* *il Viaggio d'Italia*, *&* *Iſole adjacenti*, *Poema narrativo in ſeſta rima*. Ven. apud Prodocimos: & apud Franciſcum Ricciardi. Neap. *Tom.* 1. *Allegationum Legalium*; aliaque plura cedro digna, & æternitate. Inſula glorioſi, Boemundus, Guido, Leonardus, Venutus, Ord. Minorum, Guillelmus, Robertus Mazza, aliique vigilantia, & doctrina inſignes.

NICETUM.

Vulgo *S. Lucido*, propè Paulam edito loco, Freto imminens, ubi arva frugifera, omnigenis fructibus ubera, avium aucupiis, & piſcatu Oppidum abundans. Lapidibus frumentario, oleareo, gypſo, & ſilice, Moſa fluvio excurrente, famoſum. Hic adverſus Manfredum Regem, tempore Innocentii IV. Cruciata indicta, cujus Petrus Ruffus Summus Ductor, & Legatus S. Sedis, Conſentiæ Antiſtes, præ aliis, & Cives ſub tanto Duce inſignes extitere. Ab Arodam Turcarum Pyrata, multa paſſum; glorioſum in ſuis maximè effulſit, præſertimque in BB. Nicolao, de primis Sociis Patriarchæ Paulani, & Joanne, qui cum eodem inſu-

mul

mul Siciliæ fretum ſuprà Pallium fluctibus ſtratum (nil habentes, quod pro naulo ſolverent) admirantibus in littore Nautis, miraculosè tranſfretarunt.

NICOTERA.

OLim Medama, tempore Plinii, Urbs à Medama fonte derivata, teſte Hecatheo apud Stephanum, Locrorum ædificium, ut vult Strabo, indè Nicoteræ, à Romana Claſſe ex Africa redeunte victrice, accepiſſe nomen, & omen, coniicit Barrius, *lib.* 2. ſept. milliar. à Vaticano promontorio diſſita, Mari imminens piſculento, & Metauro amni navigabili, atque famoſo. Sedes Epiſcopalis, ex qua Sergius Nicenæ Synodo II. ſub Papa Adriano, interfuit. Plinii, Antonini Pii, Srabonis, Hecathei, Stephani, Abb. Joachimi, aliorumque præconio illuſtris, glorioſaque B. Pauli Minoritæ Synopolitani ſepulchro. Hìc Serica, linaque nobiliora. Arva frugifera: portu adverſus Liparenſes famoſa. A Saracenis ſubacta, plurimum de primæva gloria amiſit, perdiditque, ſed præſertim ex violenta morte ſui concivis, & Epiſcopi B. Antonini, cruor hactenus, ut dicunt, per agrum inviſitur, admiraturque. Inſula glorioſi pietate, & literis, B. Vincentius, Ord. S. Franciſci de Obſervantia. Januarius de Matthæis, Minimorum Inſtituti, anteà Provincialis emeritus. Paulus Minorita, Marcellus, Camillus, Julius, Cæſar, & Ia-

nua-

Digitized by Google

nuarius. Typ. inſignes, Stephanus Philippus, antiquus Author, qui *de Ventis* optimè ſcripſit, aliique plurimi, quorum dotes ſi laudi dentur, non defuere.

NUCERIA.

CIrca nonum Sæculum ex Terinæ Urbis reliquiis, ab Annibale ſolo mænibus æquatis, ab Agarenis penitus erutæ, exortum Oppidum, Sabathium inter, & Grandum amnes, milliar. 3. circiter à Freto diſſitum, & ab Amanthea 8., ubi arva vino, melle, Sylvis glandiferis, lapide phrygio, cæteriſque ad vitæ utilitatem pertinentibus, ubera. Therinæ veſtigia hactenus viſuntur propè Mare loco eminenti ſita, undique rupibus cincta, in cujus planitie ampla aer ſaluberrimus auras dulces, amænaſque flat, & ſpirat, cujus gratia accolæ diutinam agebant ætatem, teſte Barrio *Lib.* 2. Pomponii Melæ, Solini, Plinii, Phlegonis, Stephani, Strabonis, Thucididis, Tullii, Ariſtotelis, & Antiochi præconio Urbs illa, & laudibus comprobata. Terinæ collem olim Ocinarus, amnis (vulgò *Savuto*) ſivè Sabathius, præterfluebat, & Mare, quod poſtmodum, vel terræmotus cauſa, tempeſtatiſve receſſit, Scopulo Terinæo, nunc *Pietra della Nave*, in ſicco relicto, juxtà mare viatoribus patente. Nuper Terinæ aquæductus plumbei cuniculi inventi hac epigraphe = *L. Appius Magiſter viarum:* nec non & ſub ageribus Idola ænea, græca hierogliphica,

ca, aurea numiſmata, toreumata multa, ſepulchraque variis fragmentis ſuperſtitionis redimita, paſſim reperta. Mineralibus omnigenis, piſcatu delicioſo, venationeque varia, & aucupio, nunc, & olim famoſa. Meminit Urbis hujus Lycophron in Alexandra, dum de Ligia Sirena ibi ſepulta ſermonem hiſce verſibus habet.

Ligia verò in Terinam à flutibus eiicietur
Per undam natans, illamque nautæ
Hanc quidem Phaleri
Littoribus ſepelient in oris:
Ocinari vorticibus conterminum:
Lavabitque ſepulchrum bovis cornua habens aquis
Martis.

Iſacio interprete hiſce verbis: *Ocinarus fluvius eſt juxtà Terinam, Mars, ideſt robuſtus vocatus, & bovis cornua habens propter ſtrepitum. Quod autem fluvios cornutos, & bovum cornua habentes inducant, fortaſſe fit propter violentiam, & ſtrepitum undarum.* Vel potius Martis aquas dixit, quia juxta Mamertum, Martis Urbem, olim vocitatam, Ocinarus amnis excurrit, in duo cornua Maris verſus dividens undas.

Numiſmata multa, & varia cudebat cum Ligia Sirena, & juxtà tubam, lyramque habentia cum alata Victoria in ſella ſedente, vel Sertum, Aquilamue in manu tenente, græca hac epigraphe Τεριναιων. Quandoque eodem ſignabat ex una Apollinem, & Solem ex altera, aliaque plurima ruderibus obruta,

Digitized by Google

ta , & in dies à colonis inventa ſolum ſarculo arantibus.

Ex Nuceria prodiere plures literis, titulis, typis, & pietate conſpicui; inter quos Gregorius, aliique Præſulatu, & vitæ ſanctitate præclari. Franciſcus Antonius Matthæi , qui publici juris fecit Opus, cujus titulus = *L'Impoſſibile poſſibile*, dum armorum regulas in pugnando, & Monomachia donat. Fogiæ ann. 1669. Joannes Andreas de Georgio, Poderiæ Baro, Advocatus S. C. Regiæque Cameræ pro Fiſco, Regius Conſiliarius, ac Feudorum in Accademia Neapolit. doctus Interpres. Obiit ad Collateralis Regentiam inauguratus , poſt quam Typis multa Monimenta excudit, & varia *de Repetitionibus feudalibus, & Allegationibus*; ac quædam *Legalia poſthuma cum requiſitione in Cap. Imperial. de prohib. alien. feud. per Fridericum*. Fabius de Georgio, Montisfuſculi , & Materæ Prorex emeritus, atque in Legalibus diſciplinis impensè doctus. Julianus Barada, cui ætas noſtra tum veterum, tum recentiorum oppidò in cunctis feraci, in omnigena literarum encyclopedia , & linguis nullos vidit æquales. Franciſcus Acerbo, Societatis Jeſu, (quem pariter pro ſuo Neocaſtrenſes uſurpant) Vir de Republica literaria optimè meritus, qui luci donavit *Polypodium Apollineum*. Neap. ex Typogr. Joannis Franciſci Pacii, 1674. in 8. & *Ægro Corpori à Muſa ſolatium*. Neap. apud eundem, 1666. in 8.. Ambroſius, Inſtituti Capuccinorum, Provincialis emeri-

ritus, aliique ſupra fidem, ingenio, literarumque fætura eruditi.

OLIVADUM.

PRope Scyllacium Pagus frugifer, caſtanearum, frugumque ad vitæ ſubſtentationem commodè ferax. Patria Antonii, Ord. Capuccinorum Provincialis, Verbi Dei Præconis eximii, & admirabilis vitæ Viri. Typ. dedit Opus pium, animæque proficuum, cujus titulus = *Il Viaggio doloroſo del Calvario*. 1705.

OPEDUM.

TRecotium inter, & Mada piſculentos amnes in Appennini radicibus edito loco, undique vallata Civitas Epiſcopalis extructa. Emporio nobili, agroque, paſcuis, & frugibus ubere famoſa, Olei, vini, Serici, frumenti, apprimè ferax. Patria Nicolai ejuſdem Urbis Epiſcopi, 1352. cujus magnam eruditionem, ſolida pietas, animique lenitas, quæ omnium ſibi conciliabant amorem, ornabant: Aliorumque literis, & pietate clarorum, quos inter, Barnabas Antiſtes Urbis, & Franciſcus Grimaldi, Cl. Regul. doctrina conſpicuus.

Digitized by Google

PACANICA.

NOn procul à Caulonia Oppidum edito loco ſitum, quod Pacanitum Flumen piſculentum, & navigabile adlabitur. A Freto mill.5.diſſitum, ubi arua nobiliora, vino, oleo, ſerico, melle, ſeſama, xilone, hematite, capparis, & frugibus ubera. Patria Aloyſiii, Capuccinorum Inſtituti, & Dyoniſii, Ord. Prædicatorum, doctrina, & ſanctitate conſpicuorum.

PALITIUM.

EXiguum Caſtrum poſt Bovam, à Freto mill. ſex diſtans, humili loco ſitum, quod ejuſdem nominis Amnis præterfluit; cujus ager in cunctis frugifer, ubi Sylvæ glandiferæ, vina, olea, mella clara: Cappares, tubera, ſeſama, pabula pinguia: Caſeus optimus,& lentiſcus,ex quo maſtice,quæ pariter ex quadam herba(folia è radice emittēte,& fructum carduum malo ſimilem ſeminis plenum)enaſcitur, quod innuit Plinius, lachrimamque erumpendo, inciſa parte ſupera à vera maſtice minimè abſimiles. Glorioſum in ſuo Angelo Ord.Seraphici Capuccinorum, vitæ ſanctitate, & exemplo præclaro.

PAL-

PALLUDUM.

ROſſani pagus, vulgò *Palude*, vino, alabaſtrite, Sale foſſili, reupontico, ſagapeno, aliiſque frugibus uber; venatione, & aucupio delicioſus. Patria B. Petri de Palude, Ord. Seraphici de Obſervantia, ſanctitate, & doctrina clariſſimi.

PANAGIA.

IUxtà Philocaſam tenue caſtellum, ubi arva ubera, frugumque feracia, ac pabulis plena. Patria Gregorii Angelerii, Verbi Dei Præconis eximii, meritis clari, qui Typ. dedit Monimenta multa, varia, pietateque redimita; quæ extant = *Il prezioſo Teſoro del Sangue di Criſto, raccolto dalla Sacra Scrittura, e da Sacri Dottori in quaranta Prediche.* Neap. apud Franciſcum Savium, 1651. in fol. = *De Præparatione Catholica, Narrationes ſeptem.* Neap. apud eundem Typogr. 1653. in 4. MS. verò ſequentia, in Capuccinorum Bibliotheca ejuſdem Caſtri aſſervata = *Conformitates Miraculorum Seraphicæ Religionis Capuccinorum cum miraculis Sanctorum veteris, & novi Teſtamenti. lib.* 20. = *Opuſcula de Deo, de Anima rationali, de Logica, de Phyſica, de Elocutione Oratoria, de Grammatica* = *De Demonſtratione Catholica Libri duo.* = *De vero Deo, & de vera Eccleſia Dei, in quibus veritas Ca-*

tholicæ fidei Romanæ validis S. Scripturæ teſtimoniis demonſtratur, & Hæretici ſuis propriis rationibus convincuntur. = Criſto Crocifiſſo, dipinto in uno Hinno poetato dalla divina Poeteſſa Maria V. ſua Madre, e da lei revelato ad uno Indiano incurabilmente infermo, & in recitandolo perfettamente riſanato; ſpiegato in undeci trattati. = La Fontana del Sole, che con l'illuminoſe acque delli ſuoi cinque canali, rallegra la Città di Dio della Serafica Religione de' Frati Minori Capuccini di S. Franceſco. = Il prezioſo Teſoro del Sangue di Criſto Sagramentale. = Il prezioſo Teſoro delle lagrime di Criſto, e di Maria Vergine ſua Madre. = La ſalve pietoſa, compoſta dal Padre delle Lettere Agoſtino Santo, con la quale egli adorando ſaluta tutte l'afflitte membra del delicato corpo dell'appaſſionato Gieſù Criſto noſtro Redentore in quattordeci diſcorſi eſpoſta dal P. Gregorio, diviſa in 3. Tomi. = Pianto della Madre di Dio Maria Vergine, e della Chieſa Santa, con lagrime cantato nell' Hinno Stabat Mater doloroſa, ſpiegato in 20. homilie. = Il Torchio del Sangue di Criſto, ſpiegato dal detto in LV. Sermoni. = Trè Quareſimali, e trè Selve: apud Toppium in ſua Biblioth. Franciſci ejuſdem Inſtituti Capuccinorum Sanctitate, & doctrina conſpicui.

PAPESIDERUM.

AD Orientem Oppidum tenue, ab Oenotriis conditum ſupra Saxum, à Freto mill. 9. diſtans, quod

quod ejuſdem nominis Amnis adlabitur, qui in Laum flumen excurrit, quaſi admirabile Sidus, à Barrio dictum. Patria Valerii Papaſideri, multorum Operum Scriptoris maximi, & de ſuæ *Calabriæ Monimentis* optimè meriti.

PARADISONUM.

BRiatici Pagus frugifer, non procul à parvis Inſulis *Ulyſſis ſpecula*, *Ithacenſæ* à Plinio dictis. Celebris in ſuo Hieronymo, Ord. Seraphici, vitæ bonitate, & ſanctitate præclaro.

PARMA.

SUpra Metaurum amnem ad ſex milliar. Freto Siculo imminens Oppidum illuſtre, omnigeno piſcatu corallium, & delicioſo Tymni, Xiphiæ, aliorumque nobiliorum piſcium, famoſum. Non procul à B. Phantini Phano, B. Mercurio conſecrato, ex Inſtituto Baſilii M., & Specu in montis cacumine mari imminente, in quo B. Helias Abbas, aliique SS. Viri, Nilus, Zacharias, Lucas, & Philaretus ſolitariè, & Sanctè vitam agebant. Patria Joſephi, Ord. Seraphici, vita, & pænitentia conſpicui; & Joachimi Poetæ, in Medicina, Mathematica, Oratoria, & Poeſi omnibus admirandi.

PA-

PATERNUM.

COnſentiæ Prætura nobilis, multis privilegiis à Carolo V. Cæſare cohoneſtata. Emporio annuo celebris, cujus incolæ ovinis pellibus aptandis operam navant. Arva caſtaneis, & frugibus ubera. Glorioſa in ſuis, quales fuere B. Paulus Pedale, Ord. Minimorum, B. Hieronyma nepos, & Bartholomæus ejuſdem Inſtituti. Clemens, Coſimus, Petrus, Humilis, & Antonius, cujus Corpus miraculis clarum Montalti aſſervatur, Ord. Capuccinorum; & Sertorius Caputi, Soc. Jeſu, ſanctitate, & doctrina præclari.

PATIANUM.

STyli Pagus, vulgò *Pazzano*, argenti, auri ferri, & cyanei coloris, fodinis famoſus. Patria Michaelis, Inſtituti Capuccinorum, vitæ auſteritate, & meritis inſignis.

PAULA.

OPpidum nobile juxtà Fretum, quod ejuſdem nominis Amnis adlabitur; Civitas pulchra nimis, olim Patycos Oenotrorum, omnigena fætura elementorum ubera, ubi Flora, & Pomona, in ſuis Nemoribus, & Hortis jucundantur. Bacchus no-

nobilis in ſuo Vernatio, Neptunus in ſuo piſcatu delicioſus. Aquæ bonitate, Fontium pulchritudine, operibus figlinis, molaribus frumentario, & oleario, aucupiis, venatione varia, & regali, famoſa. Alphonſi de Aragona, & Philippi III. Auſtriaci Privilegiis, atque inſignibus pro fide, & meritis apprimè locupletata. Sed glorioſior S. Franciſci de Paula, Minimorum Patris, Provinciæque Patroni, & Principis nativitate, cujus Sanctitatem, & miracula per totum diffuſa, ne dum Occiduus, ſed Eous uno ore promulgat Orbis.

Ex ea prodiere multi in doctrina, & Sanctitate præclari; inter quos BB. Balthaſar, primus Minimorum Sacerdos, & Patriarchæ Paulani Spiritualis Primogenitus, Joannes Genoveſe, & Franciſcus Dilemmo; nec non & Perna Virgo, Sororum tertii Ordinis Fundatrix eximia, vitæ bonitate, & exemplis conſpicua; & Nicolaus Picardi, Dux contra Thraces, qui pro fide Martyr occubuit.

Infula glorioſi, Titulis honorariis, Cænobitarumque Præſulatu inſignes fuere = Bernardus Picardi, Ladislai, & Ferdinandi Regum Cappellanus major. Chryſoſtomus Cubelli, Auguſtinianus excalceatus, Imperatricis Mariæ de Auſtria Confeſſarius, deindè Roxoni in Germania Antiſtes. Gregorius Carbonelli, Ordinis Minimorum, Generalis vigilantiſſimus, Abbas S. Barbaræ, Mantuæ Ducis Conſiliarius, & Neoceſareæ Epiſcopus. Tho-

mas

mas Maria Franza, Ord. Prædicatorum, publicus Accademiæ Neapolit. Cathedraticus, & Oriæ Antiſtes emeritus. Gregorius Gagliardi, & Ambroſius Marcheſe pluries Provinciales Ord. Heremitarum S. Auguſtini, & Generales Viſitatores emeriti.

Typis, & literis conſpicui. S. Franciſcus de Paula, Fundator, & Patriarcha, Ordinis Minimorum, apud Poſſevinum in ſuis Scriptoribus Eccleſiaſt. qui italicè ſcripſit = *La Regola de'ſuoi Frati* = *Quella delle Monache del ſuo Ordine*, *& anche del Terzo Iſtituto* = *Il Correttorio*, *& il Ceremoniale*. Iſidorus Toſcano, qui publico Juri fecit Romæ 1658. & Mediolani, 1712. Italicum Opus *della Vita, e Miracoli, & Iſtituto di S. Franceſco di Paola, Fondatore de' Minimi*. Andreas Militi, ejuſdem Ordinis, celebris in ſuo Monimento, cujus titulus = *La Divozione de' tredici Venerdì di S. Franceſco di Paola*. Romæ 16... Damianus Coloſius, in ſuo Opere, cujus titulus = *La Sacra gara trà l'Umiltà, e Carità del Patriarca S. Franceſco di Paola*, erudítiſſimus: eloquentiaque plenus. Ludovicus Romano, luci dedit Viterbi, *il Panegirico di S. Roſa di Viterbo*, ann. 16... Joſeph Maria Perrimezzi, Provincialis Apoſtolicus, Provinciæ Matris Ord. Minimorum; indè ex Epiſcopatu Scalarum, & Rovelli ad Oppidenſem Cathedram evectus, plura, & varia edidit, ſtylo, & eruditione præclara, quæ extant = *Scuola del buon governo aperta nel Chioſtro*. Ven. apud Dominicum Loviſa, 1697. = *La Vita dell'Uomo ren-*

du-

Digitized by Google

duta brieve dall'ozio. Ven. 1697. = *Delle Lettere morali* Par. 1. Romæ apud Zenobios, 1701. *De' Panegirici compoſti, e recitati in Roma*. *Par.* 1. Romæ, 1702. apud Cajetan. Zenobium. *Dell'Eccleſiaſtiche diſſertazioni, dette in Roma nell' Accademia de' Concilj nel Collegio Urbano de propaganda Fide*. Par. 1. 2. & 3. Ravello, apud Michaelem Mutium, 1710. *Vita S. Franciſci de Paula, Ord. Minimorum Inſtitutoris, Pars prima, & ſecunda*. Romæ apud Bernabò, 1707. = *Il Trionfo della Virtù*. *Il vero Divoto di S. Franceſco di Paola*. *Vita di frà Niccolò di Longobardo*. *De' Ragionamenti Paſtorali, fatti al Popolo. Par.* 1. *&* 2. Neap. apud Michaelem Aloyſium Mutio. 1717. Joan. Baptiſta Franza, Ord. Heremitarum S. Auguſtini Provincialis, ac Verbi Dei Præco inſignis, Panegiricas Orationes edidit, hoc titulo = *Fiori ſoavi*. Neap. 1685. Marcus Antonius Curatolo U. J. D. ac publicus in Accadem. Neapolit. Cathedraticus, Neap. 1720. apud Michaelem Aloyſium Mutio luci donavit italicè = *Il Diſcorſo Genealogico della Famiglia Nardi &c.* Marcus Antonius Piſcione, & Fabritius Virgopia, in Juriſprudentia, & in Neapolit. Cathedra publici Profeſſores inſignes. Joan. Iacobus Carbonelli, Iatrophyſicus celebris; & Antonius Plaſtina fideliſſimi Populi Neapolit. Electus, ac pro meritis Vicariæ pro S. M. perpetuus Iudex. Inter antiquos verò Hiſtoriographos, Stephanus, Hecathei Commentator illuſtris, atque Geographicus impensè eruditus, apud Pacichelli. Qq Ti-

Digitized by Google

Titulis, armis, atque Cruce Hieroſolymitana glorioſi: Familia Carbonelli, Mantuæ Marchionatus munere decorata; & in Gallia Alexii Proſapia nobilis, ex cujus Sanguine D. Franciſcus de Paula, & Ioannes Eques, Melitenſis, ac Magnus Magiſter Equitum Hieroſolymit., qui in Patriæ memoriam, gloriamque in Numiſmatibus, 1625. Pavonem in campo cæruleo, Paulæ gentilitium Stemma, ſignandum curavit. Nicolaus de Bernardis Dux Exercitus ſub Philippo IV. & Carolo II. & Signifer; quemadmodum & Xaverius de Bernardis ſub Carolo III. & VI. Cæſare, inviƈtiſſimo, præliorum Comes, & præmiorum, qui Imperio Civitates, Civitatibus Imperium proprio cruore ſervarunt. Aliique plurimi mirabili ſtudio flagrantes, ingenio, prompti, eloquioque præclari, quos inter Ignatius Mazzei, U. I. D. & Conſentiæ Generalis Vicarius, nec non & Anton. M. Mazzei, Ordinis Minimorum, Provincialis emeritus.

PEDATIUM.

CONſentiæ Prætura, cujus ager frugifer, quem non procul Cardonum flumen auriferum, Torentinis fæcundum adlabitur. Ex ea prodiere Ludovicus, & Petrus Seraphici Ord. Sanƈtitate, literiſque conſpicui; & Ioannes Craſſus, in utraque lingua impensè eruditus, Poeta, & Orator egregius, ingenii acumine, memoriæ tenacitate, & eruditione omnigena maximè pollens. PE-

PEDAVOLUM.

CRiſtinæ Pagus juxtà Synopolim, frugibus, & fructibus uber. Patria Franciſci, Inſtituti Capuccinorum, pietate, pænitentia, & exemplo inſignis.

PENTEDACTYLUM.

CAſtrum Auxoniarum, non longè à Leucopetra Promontorio, mill. à Mari diſſitum, piſcatu delicioſum, arviſque frugiferum. Ex eo, teſte Barrio fuit Petrus, Inſtituti Baſilii M. Abbas Criptæ ferratæ in Tuſculano, in utraque lingua diſertus, & in omnigena Sapientia eruditus. In Florentina Synodo contra Græcos pro Romana Eccleſia acerrimè fidem propugnavit, Eugenii Pontificis ævo. Multorum Operum Scriptor maximus, præſertimque *Monimenta ad utrumque idioma* attinentia abſolvit, nec non & *Epiſtolas* plures, *Logiſticos libros*. *Arithmeticam*, *de Numeris*, *Geometriam*, ſuper inventione *feſti Paſchatis*, aliaque plura *Theologica* doctiſſimè concinnavit; Pauli Peruſini Legislatoris dignus Præceptor, omni ævo venerandus.

PETRAMALA.

NUnc Caſtrum exiguum, olim validis arcibus undequaque munita, Cleta dicta, à Cleta Panthaſileæ Reginæ nutrice condita, poſteaque à Crotoniatis exciſa, apud Lycophronem *in Alexandra*

Crotoniatæ verò Civitatem devaſtabunt aliquando,
Amazonis perdentes intrepidam puellam
Cletam Reginam cognominis patriæ.
Multique prius terram ab illa dentibus
Mordebunt præcipitatæ, neque ſine laboribus
Turres devaſtabunt Lauretæ filii.

Iſacio ita interpretante: *Cleta Amazonis Panthaſileæ nutrix fuit, quæ cum intellexiſſet Trojæ mortuam eſſe Panthaſileam, navigavit ut illam quæreret, pulſaque ventis in Italiam pervenit: ubi cum Civitatem condidiſſet, in illis locis regnavit. Porrò multo tempore elapſo exercitum ducentes Crotoniatæ interfecerunt ultimam Reginam Cletam. Omnes enim Cletæ Urbis Reginæ Cletæ dictæ ſunt. Laura autem Civitas eſt Crotonis à Laurà Lacinii filia dicta, à quo Lacinium promontorium in Italia nomen accepit.* In cujus agro ſal foſſile exoritur. Patria Pauli, & Apollonii Merenda, qui ingenio præſtantes, atque politiori literatura præditi, utriuſque linguæ peritia, atque eruditionis præclari extitere. In Conſulatu Romano conſpicui T. Antonius Merenda. Q. Antonius Me-

Merenda, & Servius Cornelius Merenda, minimè gloria, & majeſtate obituri.

PETRAFICTA.

CONſentiæ Prætura, edito loco, & ſalubri ſita, quam juxtà Iſpica amnis adlabitur; plumbo, calcantho, ſaleque foſſili, ager uber, & frugifer. Ex ea prodiere multi literis, & ſanctitate conſpicui; quales fuere Bonaventura, & Ioannes Inſtituti Seraphici Capuccinorum; Cajetanus Monacho, Canonicus Conſentinus, celebris in *Pſalmorum Iſagoge*. Flaminius Zombino, in *Poetica*, & *Oratoria* impensè eruditus; aliique plurimi in literarum encyclopedia diſertiſſimi; quos inter non omittendus Ioannes, Ord. Seraph. Reformatorum Procurator, & Generalis Commiſſarius.

S. PETRUS *de Maida*.

MElanii pagus, etſi recentior (utpotè vix ſæculum ſuæ fundationis excedens), nobilis tamen ſitu, aſpectu, aere, aquis, cæteriſque ad commodioris vitæ ſubſtentaculum opportunis. Prata ampliſſima ad innumera boum, jumentorum, cæterique pecoris armenta paſcenda, ne dum propria, quibus abundat, verùm & exterorum ad nota paſcua confluentium. Hinc tritici, omniſque generis frumentorum, ac leguminum agri feraces: li-

lino, ſerico, lana, caſeo abundantes: nec vinum, mel, lac, oleum, fructuſque deſunt uſque ad ſatietatem. Sylvæ innumeræ, ac penè immenſæ, montuoſæ, planæ, paluſtres, omnes glandiferæ, modo ilicibus, nunc quercubus, hic fagis, illic ſuberibus conſitæ, multæ ſylveſtribus uvis onuſtæ, vineti inſtar ex plantis undequaque pendentibus: hyemale laborantium refrigerium: Arva lætiſſima, hinc mirtetis, inde lentiſcis, utriſque ad ſummum frugiferis, circumdata, locum reddunt aucupio, omnique voluptuoſæ venationi aptiſſimum: quem apprimè celebrem reddit Nemus maximum propè mare, vulgò *la Screa* aprorum fæcunditate toti Regno famoſum. Flumina, ac lacus omnes piſculenti, anguillarum præcipue Feraces.

Gens etſi laboribus nimium dedita, ingenioſa tamen, ac multorum virtute, & literis ſingularium genitrix. Inter quos Marcus Antonius Fabiani U. J. D., Lateranenſis Vicarius, ac Cathedralis Neocaſtren Canonicus Theſaurarius, doctrina, ac pietate conſpicuus, patriæ decus, qui multa ſcripſit *comica, poetica, legalia, muſicalia, & concionatoria* luce, ac memoria digna. Octavius Piacente ejuſdem Cathedralis Canonicus in poetica, & moralibus ſingularis. Aliique non pauci.

Pluresquoque Religioſis Ordinibus patria hæc viros dedit, præcipue Prædicatoriæ familiæ, inter quos non immeritò memorandus occurrit Hyacinthus Mayſano Sacræ Theologiæ *Profeſſor*, Neapoli

ad

ad præſens ſtudiorum Magiſter, vir non modicæ expectationis, utpotè de Philoſophicis, ac Theologicis ſcientiis optimè meritus, prædicationis quoquè zelo ornatus: qui præter *Commentaria in totam Ariſtotelis Philoſophiam, ac Angelici doctoris Theologicam Summam*, quæ omnia in Scholis dictavit, Opuſculum 64. ejuſdem S. Doctoris de puritate conſcientiæ Italico idiomate traductum ſub hoc titulo *Arte di ben Confeſſarſi* ad publicam fidelium utilitatem luci donavit Neap. apud Moſcam 1723. Hujus quoque Patriæ digniſſimum germen eſt Elias Carmelitici Ordinis S. Eliæ Profeſſor concionator eximius, & ſuæ Provinciæ Provincialis, ac Regni Siciliæ Generalis Viſitator emeritus. Aliique plures doctrina, & moribus conſpicui.

PHILOCASA.

Panagiæ Contermina, amabilis Caſa dicta, Caſtellum tenue, ſed arvis undequaque frugiferis, vino, oleo, fructibuſque fæcundis. Illuſtre Capuccinorum Inſtituto, quod hic in tunicæ cæſura, prima Cætus fundamenta jecit. Ex eo exiere Viri in omnigena eruditione, & pietate præclari. David Romæo, qui publico Juri, fecit Monimenta plurima, quorum titulus = *Septem Divi Cuſtodes, ac Præſides Urbis Neapolis : his adſcripti ſunt Thomas Aquinus, Franciſcus Paulanus*. Neap. 1570. in 8. = *Quinque Divi Cuſtodes, ac Præſides Urbis Surrenti, cum indice Divorum, qui nati, vel humati ſunt in Regno Neapolit.* Neap. in 8. apud Joſephum Cacchium.

Digitized by Google

chium. Aliaque Poetica Saffica, quæ poſt Orationem funebrem Sigiſmundi Poloniæ Regis leguntur.

Dominicus de *Sanctis* Ordinis Prædicatorum Magiſter, undequaquè Sapientiſſimus, ſcriptioni cujuslibet generis operum indefeſsè addictus, Surianenſis Bibliothecæ principalis Auctor, ac prædicationis munere nedum Noſtratibus, ſed Exteris quoque famoſus. Luci dedit Italicè opus, cui titulus *Conſiderazioni Predicabili ſopra l'Evangelj della Quareſima, ed altre Feſte* Tom. 2. in 4. Suriani apud Dominic. Ant. Ferro 1667. Item *Modo di recitare à Coro il Santiſſimo Roſario* apud eumdem Ferro 1665. *Et in Summam D. Thomæ quaſdam breves annotationes*. Aliique plures legalia, medicaque exercentes. Celebre quoque eſt Oppidum Tiberii Carafa nativitate.

PINGUADUM.

PAgus Melitenſis juxtà Francicam, totus campeſtris, & frugibus uber. Patria Felicis, Ord. Aſſiſinatis, pietate, & pænitentia inſignis.

PITIUM.

OPpidum nobile juxtà Fretum, edito loco, arte, & natura adverſus hoſtes, piratasque munitum. Thinnorum piſcatu, aliorumque celebrio-

...cium apprimè delicioſum, atque fæcundu. Ab Euphemia mill. 18. diſſitum: cujus arva fructuum, frugumque commodè feracia. Sua Aqua ferrea famoſum; marmore cum Smiride intus poſito apud Barrium, illuſtre. Olim Napetia apud ſuos, à qua Nepetinum fretum: Sanguine, & literis minimè ingloria. Patria Joannis Franciſci Tranquillo, U. J.D. qui publicæ luci donavit Opus italicum, cujus titulus = *Il Natale del noſtro Signore Gieſù Criſto, Sacra Rappreſentazione, con due Intermedii*. Meſſanæ, apud Joan. Franciſcum Bianco, 1630. in 8. Item *La Cecilia*, *Tragedia ſpirituale*. Venet. apud Joan. Albertum, 1606. in 12. aliaque plurima poetica, Charitibus, Muſiſque plena. Andreæ Fodio Gambara, Philoſophi, & Medici præſtantiſſimi, qui Neap. apud Hectorem Cicconio 1665. luci donavit italicè in 4. = *Il Camaleonte Antipodragrico, Diſcorſo enciclopedico*.

Dominici Tranquillo, Ord. Minimorum S. Franciſci de Paula, in *Tragædia ſui Patriarchæ* italicè compoſita, ac Montileoni 1642. in 12. edita, jucundiſſimi. Franciſci Savaro, de Patria, de literis, & de variis Monimentis Typis donatis optimè meriti. Hilarii Tranquillo, U.J.D. & Theologiæ, eximii Verbi Dei Præconis, & Canonici in ſequentibus Monimentis eruditione, & pietate præclaris, italicè compoſitis, proximèque edendis, impensè docti. Quæ extant = *La Storia apologetica dell'antica Napizia, oggi detta il Pizzo*. =

Le Fatiche Apoſtoliche; compreſe nel ſuo ... *le.* = *Lezioni ſopra la Dottrina Criſtiana, avv*... *rata da Theologici Dommi, lette al Reverendo Chericato d'eſſa Città.* = *Meditazioni ſopra la Vita, e Paſſione di Gesù Criſto; ſulle Geſte de' Santi, sù i Rifleſſi de' Noviſſimi; e ſopra tutte quelle Virtù pertinenti allo ſtato dell'Umana perſezione, ponderate per lo ſpazio di 28. anni nella Congregazione de' Nobili 'n San Niccolò, e nella Congregazione de' Preti nella Chieſa di S. Giovambattiſta del Pizzo.* = *Sagra Raccolta di materie ſpirituali, e morali; neceſſarie à qualſiſia fedele, e ſpezialmente a' Predicatori Vangelici, diviſa in 4. Tomi in 8.* = *Selva di materie utili, e dilettevoli, diviſa in 4. Tom. in 8.* = *Vita della Serva di Dio Suor Agneſa Martini del Pizzo, del terz' Ordine di S. Domenico.* = *Vita della Serva di Dio Suoro Chiara Lia, del terz' Ordine di S. Franceſco della ſteſſa Città.* Bonaventura, Ord. Capuccinorum, exemplo, & pænitentia clari. Dominici Satriano, U. J. D. & Archipresbyteri Collegialis Urbis, literis, & pietate clariſſimi. Gregorii Maſdea ſenioris, Ord. Carmelitarum, in Sacra Theologia Magiſtri, & Doctoris conſpicui, cujus ad præſens Nepotes ejuſdem Inſtituti, Eliſeus S. Theologiæ Magiſter, & Doctor, & Provinciæ primus Definitor, & Gregorius junior pariter Magiſter, & Doctor, atque Parochus SS. Sylveſtri, & Martini de Urbe, & minimè inglorii extant; aliorumque medica diſciplina, & Poeſi conſpicuorum, quos omnes Joan. Dominicus Taſſoni

ſuis

...mentis, optimè meritus,de eruditione,de ...prudentia, de tota literaria Republica decorat, & ornat.

Quibus meritò addendus Franciſcus Maria Martini Ordinis Prædicatorum Magiſter, & Provincialis: vir ingenii undequaquè mirabilis: qui quartodecimo ætatis anno in Romano Collegio omnium Examinatorum plauſu, ac ſtupore Iuris Utriuſque lauream conſecutus, paulò poſt Medicinæ Profeſſor, inde mundi vanitate contempta, ac Religionis habitu aſſumpto, obſervantiæ regularis tenaciſſimus, ac Theologicis ſtudiis applicatus, celebris adeò evaſit, ut Romæ, ac Venetiis ab Ordinis Generali Novitiorum educationi, ac lecturæ, præfectus, Superioribus charus, ſuæ Provinciæ amabilis ſemper fuerit, quoad vixit. In concionibus facundiſſimus, æquè ac prudentiſſimus in ſubditorum regimine, cui ex obedientia nimiùm occupatus, ingenii ſui monimenta, quæ ad commune beneficium meditabatur, nec conſummare, nec publicare potuit. Obiit mundo, memoria cordatorum hominum nunquàm obiturus.

PIZZONUM.

OPpidum propè Surianum ſitum in quadam valle, quam fluvius piſculentus adlabitur: Charydis dictus; lini, olei, vini, caſtanearum, omniſque generis frugum, ac frumentorum, agri

feraces. Patria multorum in Medicina … bus omni exceptione majorum: ac Ludovici M… darano Ordinis Prædicatorum, vulgò *Il P. Crociſiſſo*, viri omni virtutum genere præditi, præcipuè miſericordiæ in pauperes, abnegationis in ſeipſum, ac contemplationis in Deum munere illuſtrati, zeloque regularis obſervantiæ, (cujus integrum ipſemet erat omnibus ſpecimen) mirificè inflammati.

POLICASTRUM.

PEtelia olim dicta, Civitas Auxoniorum, quam incoluere Oenotrii, poſtque Trojæ excidium à Philoctete Peontis filio, Herculiſque comite plurimum locupletata, Romanæ fidelitatis, & amicitiæ Colonia, & Municipium; contrà Pænos, Annibale Duce, fortis, valore Civium, Urbiſque propugnaculis à natura munitis, quæ demum, non ſine hoſtium cruore, extrema fame ſubacta fuit. In Sylæ radicibus Soleum inter, & Cropam piſculentos amnes extructa. Arva ubera frugibus, fructuum omnigena fætura fæcunda. Sylvis glandiferis, pabulis, piſcatu, venatione famoſa. Denarium cum Baccho, & Apolline hederæ ſertum in capite habente, & ex poſtica facie Laurum, & Cytharam Petelini hac græca ſignabant epigraphe; πετηλινων. Aliquando Iovem, ſivè fulminantem, ſive lauro cinctum cudebant, & ex altera, ſivè Victoriam,

ſive Tripodem variis redimitum ſimbolis, & hieroglíphicis.

Ex ea prodiere Viri, omni exceptíone celebres, Infula, literis, armis, & titulis. Antherus Papa, ejus Civis (quem pariter Belicaſtrenſes finitimi, ſuperius, ut vidimus, ſuum exiſtimant) qui ſanctitate, legibus, & Sanguine ſub Maximino apprimè Fidem decoravit, & Patriam.

Ex Familiarum Nobilitate, diſtincto gradu, & Sede, à ceteris ſegregata ſub Ferdinando Rege, multi eruditione, inſignibuſque præclari. Ex Caira, Fabritius S. R. E. Cardinalis; pluresque Antiſtites S. Leonis, & Florenſis, emeriti. Ex Vicedominis, Marius, Urbis Regius Iuſtitiarius, pro meritis, & fide Tacinæ, Morelli, Belicaſtri Feudis ſub Friderico redimitus. Familia Monacho, Rhegii, Puteolorumque Infula decorata. Ex Proſapia Sacco, Dionyſius, Inſtituti Seraphici de Obſervantia dicti, Vir in literarum Encyclopedia diſertiſſimus: plurium Reginarum Galliæ Confeſſor; Epiſcopus Dorinenſis; & ad Archiepiſcopatum Rhemenſem pro meritis inauguratus: primus Aulæ Eques, & Dux, Leonis X. Legatus, Sanctitate, & doctrina, Urbi, & Orbi, famaque non moriturus. Ex Progenie Serræ, Guillelmus Minorita de Obſervantia, in Theologicis diſſertationibus incomparabilis, & 1418. Hipponenſis Epiſcopus, vigilantia, & pietate conſpicuus. Ioan. Baptiſta, & Franciſcus, Regii Conſiliarii inſignes.

Ex

Ex Ordine Senatorio, Rogerius Scale. Iuriſprudentia, & Poeſi nulli ſecundus; Ruberu. Regis Conſiliarius, & Antonius Equitum Dux, & Coronellus emeritus. Ex Familia Campana, Matthæus, à Secretis Caroli I., & Conſiliarius, atque utriuſque Calabriæ Prorex vigilantiſſimus. Ex Mazza, ſive Maſſæ Proſapia, Franciſcus Antonius Dux Exercitus, Secretarius pro Alphonſo Rege, Calabriæque Generalis Vicarius. Ex Ordine Equeſtri Familiæ Poherii, ſequentia in ſuis authenticis Privilegiis habemus =

Magnam Nobilitatem Poheriæ Gentis maximè exornat Fr. Gregorius Cæſar, Eques Hieroſolymitanus ſpectabiliſſimus, Germanus Bernardini filii Georgii, filii Aurelii, filii Troyli, Patritii Conſentini. Hic in toto Seberinenſi Comitatu ſub Galeotto Carrapha ejus ex Matre Conſanguineo, ſumma omnium laude prudentiſſimus Gubernator ad præſens vivit. Armis clara Progenies, pluribus Tribunis militum, & aliis Magnis Equitibus, ac illuſtribus Viris prædita. Antequam huc è Conſentina Urbe veniret ex Galliis oriundam, alii dicunt tempore Caroli Magni Imperatoris. Unde cum Urſinis, Carrapheis, Ruffis, Caracciolis, & aliis Regnicolis, atque Italis illuſtriſſimis affinitatem habuit, & dominium Civitatis S. Marci, nec non Pheroleti in Calabria tenuit &c. Quique Cæſar ſupra laudatus in Rhodi obſidione à Solimano Thrace devictæ, præſens, ſtrenuitate, & gloria multa paſſus, pro meritis Commendatarius, & Ma-

gna

...rux auguratus fuit. Ex Bernardino filii Petrus, ...Dominicus, & Hortenſius Magnæ Crucis dote cohoneſtati. Ex eodem Stipite Petrus Tarviſinus Antiſtes; de quo elogium Ughelli, Tom. 5.

Pieria Domus Petro fulget inſignis alumno
Urbs Venetum hoc gaudet Præſule clara pio.

Nicolaus Bovenſis, & Hieracenſis Epiſcopus, & Gotphridius, S. Marci, in Eccleſiaſtica libertate tuenda apprimè inſignes; nec non & Petrus S. Marci, & Pheroleti Dominus, qui militans adverſus Friderici rebelles in Placentiæ facinore, inter primos Regni Barones, Stemmate coronato, pro fide, & merito evectus; ac demum Georgius R.F. Patronus, atque utriuſque Calabriæ Prorex.

Proſapia Girifalca Tronca, opibus, & affinitate conſpicua, in ſuis Thoma ſeniori, R.C., & Thoma juniore itidem R.C. & R. Cameræ Præſidente, Regis Ferdinandi Senioris Secretario, glorioſa. Cætera Familiæ Callea, Cancella, Ruffo, Blaſca &c. feudis, Inſignib. Titul. Inful. Cruc. Hieroſ. præclaræ.

Ordo Religioſorum Equitum, titulo S. Nicolai in præfata Urbe, cujus in Archivio PP. Minorum de Obſervantia Privilegia aſſervantur, inſignis.

Ex Urbis Accademia, *degli Affumigati*, vulgò dicta, multi exiere Viri, Typ. & literis, nunquam ſatis laudandi, ſtylo, & eloquentia. Antonius Coco, Inſtituti Seraphici Vir illuſtris, ingenii celſiſſimi, atque in omnium ſcientiarum, & idiomatum

tum encyclopedia optimè conſultus; in ſua *An.* 1680. luci donata, cujus titulus, *Mondo Triforme &c.* incomparabilis. Joſephus Coco, germanus frater, U. J. D. celebris in ſuo *Taſſò* vernacula lingua concinnato. Ferdinandus Ceraſari, Cruce Hieroſolymitana, feudis, armis, titulis, clarus. In ſuo opere italicè exarato = *Origine della Scuola Pittagorica, & Accademica, coll' Introduzione, e progreſſo delle ſcienze in Italia,* præſtantiſſimus, & Antonius Mannarino, Ord. Min. de Obſervantia in ſuis Monimentis idiomate italico = *Memorie iſtoriche dell' antica Petilia, & altre Republiche Greche di Calavria.* = *Aforiſmi politici, militari, & economici, ricavati dalle Oſſervazioni politiche di Boccalini, e dalle Note di Giuſto Lipſio ſopra li ſei Libri degli Annali di Cornelio Tacito, Tom. 1. & 2.* = *Epitome Iſtorico di Maſſime in Appendice, a' ſudetti Aforiſmi*; nunquam ſatis laudandus.

Sanctitate pleni fuere, Conradus de Albo, martyr. Franciſcus Ceraſaro, pluries Provincialis, atque Generalis, & Apoſtolicus Viſitator in Romaniæ Provincia; Philippi III. amantiſſimus; aliique plurimi meritis, exemplo, & præſulatu digniſſimi. De Urbe, & Familiis multa præter præfata reperies apud Livium, Plinium, Sextum Julium, Strabonem, Plutarchum, Barrium, Maraſiotum, de Flore, Archiv. Reg. Neap., & alios.

PO-

POLYSTINA.

OPpidum nobile,olim Marina,Cheropatamum inter Bracalemque fluvios, à Polixena extructum , ſivè potius reſtauratum, cujus Arua frugifera nimis , linis , vino , oleribus , ſericis, aliiſque ad vitæ utilitatem attinentibus ubera : aquarum ſcaturiginibus fæcũnda : piſcatu , aucupio , & venatione deliciosa . Patria multorum Virorum illuſtrium. Ex Minoribus de Obſervantia celebris in publica Neap. Accademia , Antonius Morri , Liparenſis Epiſcopus , anteà Ordinis Provincialis emeritus . Thomas Ruffo , Hieronymus Ferrarello , Ioannes Marino , Archangelus Candaluce , Ludovicus Tafuri , Bernardinus Hiemei , laudati Inſtituti , literis , & præſulatu conſpicui . Ex Ordine Prædicatorum , multi laurea Doctoratus redimiti, inter quos Michael Lombardo , Ioannes Baptiſta Zizzo , & Ioſeph Panchalo , Provinciales, vigilantia , & doctrina impensè præclari . Ex Societate Ieſu , Ioan. Nicolaus de Notariis, & Antoninus Preneſti, in omnígena literarum encyclopedia eminentiſſimi. Ex Capuccinorum Cætu , Ioan. Baptiſta Luciſanus , ter Provincialis Ordinis , & Regni Siciliȩ Generalis Viſitator emeritus , & Marcellus , pietate , & meritis plenus. Infula , & Titulis glorioſi , Sigiſmundus Mangiaruva , Epiſcopus Oppidenſis , & Octavius Mangiaruva Melichochliȩ Baro . Typis inſi-

Digitized by Google

gnes, Hieronymus Marafioti, Minorita de Obſervantia, Vir eruditione plenus, qui publico Iuri fecit Patavii ad iſtantiam Unitorum 1601. in 4. & Neap. apud Stigliolam MDXCV. Opus italicè, cujus Titulus = *Le Croniche, & Antichità di Calabria*. Pariter, & Monimenta ſequentia = *Della gran Religione, bontà, amicizia, e potere delli Sereniſſimi Rè di Spagna; e delle heroiche azioni de' Spagnuoli*. Neap. apud Secondinum Roncagliolum, 1626. in 4. = & *De Arte Reminiſcentiæ per loca, & imagines, ac per notas, & figuras in manibus poſitas*. Ven. 1605. apud Toppium.

Item Antoninus Condomitti Ordinis Prædicatorum Provincialis Magiſter, undequaque vita, & doctrina ſingularis: qui preter plura MS., que morte preventus publicare non potuit, luci dedit *tomos duos in fol. in primam ſecundæ D. Th.* Neap. apud Abri: in quibus ſui ingenii ſubtilitatem apprimè oſtendit. Aliique plurimi in utroque Iure, Theologia, & Medicina doctiſſimi.

PRÆCOPUM.

SYnopolis grecus Pagus frugifer. Patria Hyacinthi Garcea, U. I. D. ac in humanis literis impensè docti, qui Typis dedit Opus hoc titulo = *Ingenioſa Apis, cum Additione de conſcribendis Epiſtolis*. Neap. MDCCX. Typ. & ſumptibus Felicis Moſca: pluriès recuſum, aliaque non minus docta, quam pia.

QUE-

QUERQUARIUM.

OLim Arponium dictum, ab Auxoniis, ſivè Oenotriis extructum Oppidum, vulgò *Cerchiaro* à Phocenſibus ampliatum. A Coſa Urbe 8. mill. diſſitum frugibus omnigenis ſuperabundans: Vino nobili, & ſale foſſili; Cervis, Apris, Capreis ejus Montes Sylveſtres famoſi; venatione, & aucupio uberę Sylvę. Patria Antonii de Amato, Ord. Prędicatorum Provincialis, zelo, doctrina, & vigilantia conſpicui; & Thomę Gentile, ejuſdem Inſtituti, Provincialis emeriti.

QUINQUEFRONDUM.

CAſtrum in Appennini radicibus à Locrenſibus conditum, vel reſtauratum, quod Cheropotamus fluvius ſalubris, & piſculentus adlabitur, Taurianę reliquiis celebre: fructibus, frugibus, herbis medicinalibus, Serico, vino, omnifaria ubertate Arua famoſa. Glorioſum in ſuo Phano Baſilii M. memoria S. Philippi de Argirò venerando; & natali Nicolai, Inſtituti Capuccinorum ſanctitate pręclari. Ex eo fuit Salvator Varrone, Soc. Ieſu, literis, eloquentia, & poeſi pręſtantiſſimus qui Typis donavit Opus italicè hoc titulo = *L'Hiſtoria del Monte Veſuvio del 1631. Lib.* 3. apud Franciſcum Savium aliaque plurima edenda apud Alegam., vi-

delicet = *Le quattro Sedi della felicità Auſtriaca*; Librumque alterum, *degli Eſempj dati da' Padri della ſua Compagnia, per ordine d'Alfabeto*.

REATIUM.

PRopè Stylum, oppido par, Pagus uber: Patria Chryſoſtomi, Bonaventuræ, Bernardi, & Dominici, Franciſcani Inſtituti, meritis, & Sanctitate conſpicuorum.

REDICINA.

SIvè Radicina, ſupra Geoliam, Oppidum frugiferum, & illuſtre Natali Ioannis Franciſci Gemelli Careri, U.I.D. & V. Iudicis emeriti: in ſuo Opere *Giro del Mondo*, italicè nominato, atque in novem tomos diſtributo, Typ. Neap. apud Ioſephum Roſelli, 1700. & Venet. apud Sebaſtianum Coleti, 1719. denuo recuſo, celebris, quem Mundus non capiebat, Orbem Solis ad inſtar, ſuo itinere aſſumpſit: quique Orator, & Miles, enſe ſcripſit, calamoque pugnavit; nec non atque Archangeli, B. Bonaventuræ, Inſtituti Capuccinorum, doctrina conſpicuorum, & Sanctitate.

RE-

Digitized by Google

REGINA.

OLim Heroinum, Civitas Oenotrorum mediterranea, juxtà Perditium, & Nejam amnes extructa; frugum, fructuumque apprimè ferax, quam à Toranenſi agro Finetum flumen exterminat. Oleo, alabaſtrite, lapidibus molaribus, nitro, ſulphure, aliiſque ad vitam ſpectantibus affluens. Ex ea fuere Antonius, & Franciſcus Camigliani, Inſtituti Seraphici Capuccinorum Provinciales, vitę ſanctitate, Religionis zelo, literarumque peritia undequaque conſpicui; & Franciſcus Favilla, Ord. Minimorum Provincialis, vigilantia, prudentia, & doctrina præclarus; quos omnes animi magnitudine, ac pietate vicit Joan. Pizzullo, qui Romæ celebre S. Franciſci de Paula Collegium pro citer. Calabr. Minimis ære ſuo fundavit, dotavit, & auxit.

RHEGIUM.

POſt univerſale cataclyſmum, prima Italiæ Civitas, quam Auxonii filii Gomer, Noè pronepotes, anno ab origine mundi 1818. & poſt diluvium 162., facta gentium diſperſione, relicta Babylone, Calabriam appulſi, amænitate, deliciiſque allecti, condidere, Aſchenam vocantes, undè Aſchenazzi populi nuncupati. *Gomer*, ait Joſeph Hebræus in ſuis *Antiqu. Judaic.*, *habens tres filios*

Aſche-

Aſchenagos, *Aſchenagas inſtituit*, *qui nunc Rhegini à Græcis vocantur*; teſtante Hieronymo in Quæſtionibus Hebraicis ſuper Geneſim: *filii Gomer Aſchenaz Græci Aſchenaz Rheginos, vocant*. In Calabriæ Ulterioris ora contrà Meſſanam Siciliæ, à qua 12. mill. paſſ. mari diſtat in Boream, ſita conſpicitur, de qua Ovidius 4. *Metamorphoſeon*

Oppoſitumque petens contrà Zanclæïa ſaxa,
Rhegion ingreditur.

Quæque in Brettiis multas Colonias deduxit; & ampliavit: perpetuo Vere, climatis felicitate, nemorum omnigena fructuum, pomerio dignorum ubertate referta, aquarumque bonitate, Cælique temperie dulci undequaque transfuſa, oleo, vino, ſerico, lapidibus frumentariis, oleareiſque, ceteriſque ad vitæ commodum attinentibus, piſcatu, venatione, & aucupio, elementa ubera nimis, atque fæcunda. A Chalcidenſibus indè plurimum aucta, Anthineſtus, vel ut aliis placet, Antiſtenes, Reipublicæ Rex, Corona gemmarum primùm, quod ſciam in Orbe, redimitus, Themiſtocle auctore, apud Maraſiotum *in Chronicis*, pacificè per totam oram ſuæ ditionis à Metauro amne, uſque ad Alecem dominatus eſt. Righi dein appellavere Græci, vel ob aeris clementiam, Terræque jucunditatem, ut vox illa ῥῆγιον, quod utile jucundum, optimumque ſonat; vel potiùs à fractura ex alia ῥήγν derivatum, dum Siciliæ Italia olim conjuncta, ea in parte terræmotibus avulſa eſt, teſtibus Strabone, Trogo,

go,& Æſchilo,de qua ſeſſura Virgilius *lib.3. Æneid.* effatus.

Aſt ubi digreſſum Siculæ te admoverit oræ
Ventus, & anguſti rareſcent clauſtra Pelori
Læva tibi tellus, & longè læva petantur
Aequora circuitu, dextrum fuge littus, & undas.
Hæc loca vi quondam, & vaſta convulſa ruina
(Tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas,)
Diſſiluiſſe ferunt; cum protinus utraque tellus
Una foret: venit medio vi pontus, & undis
Heſperium Siculo latus abſcidit, arvaque, & urbes
Littore deductas anguſto interluit æſtu.

Poſtmodum Neptunnia dicta, quæ & Poſſidonia; hinc Strabo à Cænide in Poſſidonium uſque, & Rheginam Columellam, receſſum, anguſtum dicit provenire meatum; quam temporis decurſu Arunci incoluere, Æoluſque rexit cum Jocaſtho filio, qui per curſus, & recurſus Euripi navigationis aſperitatem aperuit, atque fluxus, refluxuſque maris aggrediendi ſigna præmonſtravit; hinc pro beneficiis acceptis Rhegini Ducis tanti memores, magnificum illud Templum Æolo, tanquam Numini condidere. Dionyſius Tyrannus Urbem copiis abundantem, ſed frumento deſtitutam facilè ſuperavit, quamque non ſine fraude occuparunt pariter Siculi, Campanique, facinus auſi, apud Iuſtinum *ex Trogo lib.4.* nulli Tyranno comparandum. Romanis conjuncta fædere contra Pyrrhum Epirotarum Regem, alioſque hoſtes, & Pænos, meruit

pro

pro fidelitate Coloniæ , Municipiiſque honoribus cohoneſtari , Novio Marcello , Feſto Pompejo , Cajo Paterculo , & Cicerone *in Philip.* atteſtantibus ; quin & Meſſanam Coloniam habuit , ex qua exterminatis Samiis per Anaxilaum,Urbem,ne dum promiſcuis hominibus , Thucidide teſte , frequentem reddidit, verũ atque ſub Rheginorum ditione commiſit , & imperio ; quod apprimè Iulius Cæſar nomine proprio, opibus, & mæniis Rhegium Iulium vocando , locupletavit , & auxit.

Signabant in Numo Rhegini varia Hierogliphicis , ſymboliſque redimita , præſertim Muſam, & ex poſtico Lyram , fortè ſui Ibici Poetæ memoria hac græça epigraphe ρηγινων . Aliquandò Mercurium cum Caducæo, & marſupio ex una,Caſtorem, & Pollucem ex altera . In aliis Iovem , & ex altera parte Minervam. Proſerpinam, & ex poſtico Iovem ſive Eſculapium ſedentem . Quandoque Lunam , & ex poſtiço Iovem.Sub Leonis effigie Solem,& Apollinem.Plerumque Apollinem cum Diana, Martem cum Minerva, Iovemque cum Salute , ſive Ygia Æſculapii filia: habito fortè jure ad varias Diſciplinarum Encyclopedias, quæ in Rhegina Republica plurimum effulſere.

His Sanè nil timidius Rheginis, in proverbium abivit,pietate nimirum,atque erga Numina religione,quæ,teſte Archia honoribus plurimis ſunt proſecuti . Inter cætera Templa nobiliora fuere illa Apollinis , Veneris , & Dianæ Faſcelidæ , Oreſtis expiatio-

tione famoſa, apud Varronem *lib.* 10. *human. rer.* ubi ſic ait: *Juxta Rhegium fluvii ſunt continui ſeptem. Lapadon, Micodes, Eugion, Stracteros, Polmæ, Melciſſa, Argeades, in his à matris nece dicitur purgatus Oreſtes, illicquè diù fuiſſe enſem, & ab eo ædificatum Apollinis templum, cujus loco, Rheginos, cum Delphos proficiſcerentur res divinas facturos, lauream decerpere ſolitos, quam ſecum ferrent.*, hùc quoque parricidio, exagitatus furiis venerat Oreſtes, Vibonenſis Proſerpinæ oraculo præventus apud Lucilium.

Et ſæpè, quod ante optaſti, freta Meſſanæ
Et Rhegina videbis mænia:
Tum Lyparas, Faſcelinæ templa Dianæ.

Ex ea prodiere Viri, in pythagorica Sapientia præclari, apud Iamblicum *in Sect. Pythag.* Athoſion, Calais. Ariſtocrates, Ariſtides, Demoſthenes, Elicaon, Eurichles, Hipparcus, Mnaſibolus, Obſimus, Phaſius, Selinuntius, Theocles, & alii. Horun Elicaon, Hippareus, & Phitius, Philoſophi clari extitere, legumque latores, qui Rheginam Rempublicam præclaris legibus conſtituere. Hipparcus poſt eos utriuſque Syderis, Solis, nempè, & Lunæ curſum in ſexcentos annos præcinuit, gentium menſes, dieſque, & horas, teſte Plinio *lil.* 2. ac locorum ſitus, vicoſque populorum complexus, ævo præcone, haud alio modo, quam conſiliorum naturæ particeps: quinimmò intra ducentes annos ejuſdem ſagacitate Lunæ defectum compertum omnibus patefecit, & motum; cognatio-

nem cum homine ſiderum : qu orum animos noſtros partem eſſe voluit: novaſque ſtellas, nomen, & numerum illis attribuendo, & aliam genitam, motu, & luce mirabilem ſuo ævo deprehendit, per hyſtorica exempla, faces, lampades, trabes, bolidas, Cælique chaſma dilucidando. Platonis amantiſſimus, cui *de ſtudio lucrandi* Librum inſcripſit: cujuſque doctrina, maximè, quod *eventus rerum fortiter ab homine ferendi ſint*, apud Stobæum multis fragmentis diſtinctè quiſquam inveniet. In Patria obiit ſenectute bona, & laudabili, quem Rhegini Cives in Tumulo marmoreo, hierogliphicis redimito, hoc Epitaphio cohoneſtavere.

Sepulchrum hoc Hipparchi eſt.
Perge, juſtitiam animo complectens.

Cleonimus Poeta, & Philoſophus præſtantiſſimus in ſuis Epiſtolis ad Alexandrum Macedonem dithyrambicis verſibus exornatis nulli ſecundus.

Theethetus Philoſophus, & Legiſlator. Platoni charus, cujus nomine ſuum ſcientiæ opus, *Platonis Theethetus* dictum, exornatur.

Glaucus, apud Laertium Democriti ævo, in Philoſophia pythagorica conſpicuus, & in Muſica, qui *de antiquis Muſicis, & Poetis* optimè Monimenta luci donavit.

Theagines, apud Tatianum adverſus Græcos, tempore Cambyſis Regis, teſte Euſebio, *de Præpar. Evangel.* primus Homeri Interpres, poematiſque laudator.

Ly-

Lycus in Philoſophia Pythagorica incomparabilis apud Iſacium, & Suidam, celebris in ſua *Hiſtoria Lybica, & Sicula*, & in ſua *Diambra*, in dedicatione Fortunæ Phani, teſte Hierocle de *Tragicis*, *Comicis*, & *Hiſtrionibus*, concinnata.

Lycophron, Poeta Tragicus Lyci filius adoptione in ſua *Alexandra*, ſive *Caſſandra* præclarus, abſtruſo poemate concinnata. Iſacii Tzetza interpretatione conſpicua, in qua Herculis, facta, Ilii Cataſtropha, Caſſandræ vaticinia uſque ad Alexandri Magni facinora perbellè commemorantur.

Androdamus, Legislator, & Philoſophus egregius, in Opere *de Cæde*, *& Hæreditatibus*, celebris, qui teſte Ariſtotile, *lib.* 3. *Polit.* Chalcidenſibus, & Thracianis leges tulit, & illos inſtruxit.

Hippias, Hiſtoricus, Poeta, Orator, & Philoſophus eminentiſſ., teſte Suida, qui Monimenta *Sicula* primus, Conſcripſit, à Mye poſtmodum redacta in Epitomen. *De Italia* itidem, & *Rebus Siculis* libros quinque, *de Argolicis* libros tres, *de Temporibus* totidem; primuſque *de Parodea*, & *Chiliambro*, celebris, apud Plutarchum, & Galenum in ſua hiſtoria philoſophica; pro materia Univerſi ignem, aquamque faciendo, aliaque digna de fæminarum genitura; & Stobæum, multa in ſuis fragmentis, in ſermone de invidia, & calumnia differentem, quem Xenophon *de Juſto* interlocutorem facit cum Socrate; cui Plato *de Pulchro*, *& Mendacio* duos libros inſcripſit:

Digitized by Google

Veſtibus purpureis per urbem ſępiùs utentem vidit antiquitas, teſte Æliano de Varia Hiſtoria, *lib.* 12.

Ibycus, unus ex novem Lyricis Græciæ univerſæ, apud Iſacium in Lycophronem, Certandis Rhegini filius, teſte Suida (à quo Ibycium metri genus) linguæque Doricæ lepidus Scriptor. Ibycini inſtrumenti in Celtarum conflictu cum Romanis inventor, ac Trigoni, ſive triangularis Sambucæ, quod ex inæqualibus longitudine, ſicut & craſſitudine nervis efficitur, apud Porphyrium. Tale Inſtrumentum Harpam nominat Maraſiotus *in Chronicis*; ſexaginta librorum Scriptor maximus. Fuit puerorum maximè amator, de quo Cicero *lib.* 4. *Quæſt. Tuſc.* Maximè verò juvenum flagraſſe amore Rheginum Ibycum apparet ex ſcriptis, & apud Epigrammatum Auctorem ita de eo differentem.

Rhegium Italiæ palluſtris extremum cano
Semper Trinacliam guſtans aquam.
Propterea quod amantem lyram, amantem pueros
Ibycum frondoſa poſuit ſub ulmo
Hic multa paſſus, multam ſub ſepulchro ederam fundit.
Et candidi plantam calami.

De cujus morte ſic Plutarchus *de futili loquacitate*. *Ibycus cum in latrones incidiſſet, jam occidendus, Grues fortè ſupervolantes obteſtatus eſt: Aliquando poſt tempore, cum iidem latrones in foro ſederent, rurſumque*

que Grues ſupervolarent, per jocum inter ſe ſuſurrabant in aurem, adſunt Ibyci Grues. Eum ſermonem aſſidētes in ſuſpitionem rapuerunt, maximè deſiderato jampridem Ibyco, rogati quidnam ſibi vellet ea oratio, hęſitāter, atque inconſtanter reſponderunt: ſubjecti tormentis facinus confeſſi ſunt, atque ita velut Gruum inditio pœnas Ibyco dederunt, ac potius ſuo ipſorum inditio, ut dicitur, perierunt. Unde peræmia orta eſt, Ibyci Grues.

Ariſto, in Muſica apud Strabonem, excellens.

Sillax, pictor ſuo ævo apud Atheneum *lib.* 6. maximè in Philiuntis porticu, Pollemachio dicto, ineſtimabilis.

Clearcus, Statuarius inſignis, Dedali diſcipulus, apud Pauſaniam *in Laconicis*.

Pythagoras, græcis literis eruditus, Statuarius, & Pictor, quem Pauſanias, Varro, & Plinius ſummis laudibus celebrant, Policletho, & Myrrone, arte numeroſiorem, diligentioremque ſymmetria faciendo, quique inventor Statuarum proportionis, numerorum, modorumque primus repertor. Floruit alterius Pythagore Samii ævo haud obiturus.

Python, de Patria optimè meritus, apud Philoſtratum, *in Vita Apollonii*, qui adverſus Dionyſium Siciliæ Tyrannum fortis, Patriæque gratus, Accademicam diſciplinam ſequutus, Sapiens, liberque evaſit.

Regiis, & Conſularibus Inſignibus, Legatione, & Prætura conſpicui. Agathocles Rex. Gn. Servi-

vilius Muſitano Conſul., 537. Lucius, Romæ Tribunus Plebis, apud Valerium Max. *lib.* 4. & Antiſtius Legatus Iulii Cæſaris in gallico bello, prudentia, arteque militari apud eundem maximè præditus, & præclarus.

In plenitudine verò temporis, dum Paulus Apoſtolus ex Iudæa Romam peteret, Rhegium divertit, ut *in Apoſtolorum Actis* Lucas commemorat, ibique Chriſtianam fidem uno die prædicans, Civitatem convertit, & gentes, quibus Stephanum Nicænum hominem Archiepiſcopum conſtituit, & Calabriæ Metropolim Sedem in Urbe ipſa, ac per totam Rempublicam, Coloniaſque Epiſcopis conſecratis, & diſtributis, Religionem proprio cruore fundavit, & auxit; adeo ut Archipræſul Rheginus apud Barrium, *lib.* 3. antiquitate, & munere in Generalibus Conciliis poſt Romanum Pontificem legationem obtinuerit, atque primatum. In Nicæna Synodo prima, Conſtantini Magni, & Sylveſtri Papæ temporibus, Marcus Archipræſul Rheginus, exceptis Victore, & Vincentio Romanis vices Papæ fungentibus, ex tota Italia ſolus interfuit. Papæ Agathonis vicem in Synodo Cōſtantinop. VI. contrà Monothelitas, una cum Joanne Epiſcopo Portuenſi, & Abundantio Paternenſi Præſule, (Calabriæ ſedes) Joannes Archiepiſcopus Rheginus; intervenientibus pariter in Cōcilio Nicæno II. Conſtantino, Archiepiſcopo Rhegino, ſub Adriano; atque in Synodo Provinciali in Urbe Rhegina celebra-

brato adverſus Briaticenſem Epiſcopum, Hilario Rhegino Archipræſule ſub Papa Xiſto III., cui Sedi itidem Papa Gregorius *lib.* 5. Cariatenſem Eccleſiam ob Civium paucitatem commiſit; quibus decurſu temporis Infula, & Sanctitate glorioſi ſequuti ſunt Cives, S. Siſinus, S. Cyrillus, S. Euſebius, Guillelmus, Guillelmus alter, Abundantius, Vernacius, aliique plurimi, vigilantia, doctrina, & Sanctitate pleni; ex qua pariter Urbe ad alias Sedes evecti, Matthæus de Saracenis, Ord. Minorum de Obſervantia, Archiepiſcopus Roſſanen, de quo in Tumulo =

D. O. M.

Hanc, quam cernis, ille cujus laus
Eſt perennis, tranſtulit in Latinum
Eccleſiam de Græco ad Cultum Divinum,
Cui nomen eſt Matthæus, quem in Præſulem
Elegit æternus Deus. Ordinis fuit Minorum,
Qui in numero fuit Magnus Prædicatorum
Anno MCCCCLXI.

Nicolaus, Epiſcopus Neocaſtrenſis. Benvenutus, Epiſcopus Squillacenſis. Benedictus, Epiſcopus Inſulanus, indè ad Draconarienſem Eccleſiam tranſlatus. Philippus Epiſcopus Coronenſis in Patracenſi Provincia, deindè Archiepiſcopus Hydruntinus, & Matthæus, militiæ Dux, & Epiſcopus Roſſanenſis.

Tres

Tres Urbs hæc Romanæ Sedi, & Culmini Summos Pontifices donavit, Agathonem nimirum, Leonem, & Stephanum, doctrina, zelo, vigilantia, & ſanctitate præclaros.

Agatho, ordinatus die 29. Maii; ann. DCLXXIX. inde trigeſimo poſt DCL. Concilium Oecumenicum Conſtantinopolitanum contra Monothelitas indixit, prius Romæ adverſus eoſdem Concilio Eccleſiæ Occidentalis pro rebus Orientis procurandis feliciter convocato. Vir pietate, manſuetudine, ac eruditione admirandus. Obiit *die* 1. Decembris, anno *DCLXXXI.* Extant ab eo ſcriptæ Epiſtolę tres, una, eaque admodum prolixa ad Conſtantinum Imperatorem, quæ habetur Gr. Lat. *Synod. VI. Act. IV. Concil. Tom. VI. pag.* 629. Altera ſuo, ac Synodi Romanæ nomine ad Imperatorem, & Concilium Conſtantinop. de Legatis ad Synodum miſſis, ibidem *pag.* 678. Tertia ad Ethelredum Merciorum Regem, & alios de Collata Abbati Medamſtedenſi poteſtate Vicaria, ibique *pag.* 576.

Leo II. ann. 682. Rom. Pontifex creatus, qui perlata à Conſtantinopoli Synodi ſextæ Acta confirmavit, atque in Hiſpaniam eorum exemplar tranſmiſit. Obiit ann. 684. 23. *Maii*, plenus meritis, & Sanctitate, verè egenorum Pater, & Paſtor. Extant ſub ejus nomine Epiſtolæ V., quas Commentitias Conciliorum Editores contendunt, apud Baronium, & Vinnium.

Stephanus III. S. Cæciliæ Cardinalis, electus,

ann.

ann. DCCLXVII. & die *VII. Auguſti* Summus Pontifex *ann. DCCLXVIII.* ordinatus, accitis undique ex Gallia,& Italia Epiſcopis,Romæ Conſtantinum Antipapam damnavit, Clericoſque ab eo ordinatos gradibus dejecit, irritaque Acta Conſtantinop. de Imaginib. tollendis promulgavit. Obiit *ann. DCCLXXII. die* 3. *Februarii* doctrina ſumma prædìtus, & Religionis Catholicæ acerrimus propugnator. Extant Epiſtolæ tres, & Decreta nonnulla *Concil. Tom. VI.* Quos præfatos, & ſi Siculos Trinacriæ Inſulani prætendant, non ambigendum Calabros fuiſſe, Siculos citrà Pharum dictos, Calabriam à Thucidide,Stephano Bizantio,Rogerio Guiſcardo, cæteriſque Siciliam nominatam, proprio Agathonis ore conteſtatam, qui Abundantium Epiſcopum Paternenſem, & Joannem Rheginum ad Conſtantinop. Synodum Legatos miſſos, conterraneos ſuos appellare conſuevit; quemadmodum tota Antiquitatis Traditio præſcriptam veritatem propugnat, & Monumenta.

Epiſcopos autem,ac Archiepiſcopos,tam propriæ Eccleſiæ,quam exteris,innumeros Urbs iſta dedit,pro quibus dignè memorādis integrum Chronicon oporteret attexere: quod tamen pro iis, qui Rheginam rexerunt Eccleſiam,præſtitit P.Scarfò Baſilianus,in ſuis opuſculis de Eccleſia Rhegina.Inter eos tamen peculiari memoria dignus habetur Guillelmus IV.ex antiquiſſimo Loghothetorū familia Archiepiſcopus Rheginus in anno 1440. Hic Præſul in Me-

tropolitana Eccleſia ſacellum exædificavit divo Stephano Protomartyri, ſuæque familia addixit Ius Patronatus; ut ex Ughell. t. 9. quod beneficium ad præſens poſſidetur ab Abbate D. Ioſeph Logoteta Protopapa Eccleſiæ Sãctæ Mariæ de Catholica ad collationem ſuę Majeſtatis: & dictum beneficium divi Stephani eſt de Iure patronatus dictæ Familiæ; In d. Sacello extant arma gentilitia familiæ cum marmoreis lapidibus, ornatu, ac cum ſepulturis.

Hoc quod de erectione prædicta innuimus animum facile excitabit Lectoris ad diſtinctius indagãdum talis Eccleſiæ originem: cui aſſentior; licet forſan extra locum proprium de re hac agere contingat: ac verbis eiſdem refero, quibus ad me tranſmiſſa eſt memoria hæc imprimenda v3.

Pace confecta inter Romanum Pontificem, & Northmannos, & facultate acquirendi conceſſa, omnem terram, quam pervaſerant, & quam ulterius verſus Calabriam, & Siciliam lucrari poſſent de Sancti Petri hæreditali Feudo ſibi, & hæredibus ſuis poſſidendam conceſſit: ita Gaufrid. Malaterra. hiſtor lib. 2. cap. 14. & Leo. Oſtien. lib. 2. cap. 87. de Leone IX. cum Northmannis; Non defuerunt Calabriam, Apuliamque acquirere cum belligeris Calabris in bello tam instructi; ac demum Rheginæ Civitati obſidione facta, quæ Provinciæ caput erat, & hac expugnata Vicinæ Siciliæ aditum patefecerunt. Armis fortuna arriſit: in Comite Rugerio magnus ſplẽdor pietatis refulſit; nam Deo gratias agens expulſis hinc inde Saracenis, Græciſque templa exe-

exædificare, divinum cultum augere, & opera veræ religionis exercere capit; ut in Illis verbis ex diplomate. Inſula Siciliæ, Dei providentia tota mihi ſubjecta, propoſui reædificare devaſtata tegmina Eccleſiarum, Ugh. tom. 9. Col. ſquell., *Pro gratiarum actione, attenta armorum felicitate deiparæ Virgini in Civitate Rhegii templum extruxit, dotavitque, ſuam Cappellam declaravit, vulgo dictam la Catholica pro inſtructione Populi Græci, liberam, & exemptam, ut nullus Archiepiſcopus, ſivè Epiſcopus Juriſdictionem haberet, ut ex diplomate Græca litteratura ſub datum à principio Mundi* 6620., & *traductum latino ſermone a Celeberrimo Conſtantino Laſcario in anno* 1498., *ut Protopapa eligeretur à Communi Populo Civitatis, deindè Confirmaretur a dicto Principe Fundatore, ſuiſque ſucceſſoribus, praeſcribendo nonnullas orationes, ac methodum; ut dictus Protopapa ſui Clerici, & totus Clerus ſubditus ſibi canant &c. Tantæ exiſtimationis ſemper fuit Protopapa dictæ Eccleſiæ cum Juriſdictione, ut Proreges aliquando proprium filium, ac ſuos Intimos eligere ſecerint; Bullis Inſtitutionis à Sereniſſimis Regibus expeditis, quæ nunc a Reg. Cancellaria expediuntur. Poſſidetur ad præſens hæc dignitas Protopapæ ab Abbate D. Ioſeph Logoteta viro antiquiſſimæ nobilitatis, eximiæque prudentiæ, ac doctrinæ: Sub Regali protectione conſervatur uti Eccleſia Regiæ Collationis, fundationis, ac dotationis, & quaſi prima Cappella Regia à Northmannis fundata in hoc Regno.*

Digitized by Google

Sanctitate conſpicui in hac Urbe fuere, Suera, Epiſcopus Meſæ propè Calannam, ſivè potius Hieracenſis, Maximus, Elias Senior, Arſenius, Thomas, Elias junior, Laurentius, Nicolaus, Cyprianus, Petrus Spanò, Daniel, Coſmas, Milas, Lucas, Vitalis, Inſtituti S. Baſilii M. Hieronymus Moſolino, Anna, & Catharina Labruto, Ord. Prædicatorum: Bonaventura, Gabriel, Athanaſius pluries Provincialis, Siciliæque Viſitator, Philippus, Jacobus, Bernardinus Giunta, Ludovicus, Antonius Tripodi, Bonaventura alter, Hieronymus Ponzi, Matthæus, Joannes Candela, Franciſcus, Bernardinus Molizzi, Ludovicus Cumi, primus Congregationis Capuccinorum in Philocaſa propagator, Ludovicus Conti, Joannes, aliique plures Religionis Seraphicæ. Hieronymus Seraphini, S. Martini de Urbe Parochus, Alexandri VII. amantiſſimus, & Franciſcus Ord. Carmelitarum. Roſella Moriſana, Eugenia Molizza, Maria Mazza, Altobella Carbone, Franciſcus Pinnelli, Urſula, Perpetua, Agnes, Felicitas, & Joannes Montelli, Soc. Jeſu, Virgines, & Martyres inſignes, qui pro fide proprio cruore Eccleſiam, Urbemque decoravere.

Cruce Hieroſolymitana redimiti, Franciſcus Abenaudi, Joſeph Monſolinus, Carolus Monſolinus, Nicolaus Monſolinus, Didacus Muſitanus, Balthaſar Barone, Didacus Barone, Gaſpar Barone; nunc verò viventes Felix, & Ludovinus la Bozzetta,

Ge-

Genuenſis, & Boſurgi; & multi alii.

Typis præclari, Titulis, gradibus, & literis. Franciſcus Sacco, in ſuis *quatuor libris Poematum* latinè exaratis, Opus ſanè apud Leonem Allacium à Muſis, earumque Preſide in Hippocrenes adytis dictatum, erudito, ac culto latini ſermonis nitore, raris eloquentiæ luminibus refertum, Romæ, 1634. celeberrimus; aliaque plura italica inſignia apud Abbatem Michaelem Iuſtiniani. Leo, Magnus Regni Seneſcalcus, Rationalis Magiſter, Regiuſque Conſiliarius, & Familiaris, 1321. *Arch. A. fol.* 65. Joan. Baptiſta Bovio, in Juriſprudentia impensè eruditus; luci donavit Opus, *de Statuaria Urbis præſcriptione Tractatus*. Neap. in 8. Ioannes Malatacca, Doctor celebris, Regiuſque Aprutii Juſtitiarius. Franciſcus Majorana. Ord. Minimorum S. Franciſci de Paula, Theologus eximius. Typ. dedit Meſſanæ, 1643. *in* 4. Opus dictum, *Lavacrum Sacramẽtale*. Didacus de Mari J.C. publico Iuri fecit Opus doctum, cujus titulus = *Additiones, ſeù Annotationes aureæ noviſſimæ ad Deciſiones S. R. C. Neap. Thomæ Grammatici Reg. Conſiliarii. Additiones ad Gizzarellum*. Neap. apud Ægidium Longũ 1627. *in* 4. Deodatus Sincero, Typ. donavit Neap. apud Robertum Molo, 1648. *in* 4. italicum Opus dictum = *Il Mazzella fedele*. Marcus Antonius Politi in ſua *Hiſtoria Rhegina* diſertiſſimus Author. Bernardinus de Rhegio, Ord. Seraphici in utraque lingua conſpicuus, in ſuis *Commentariis Scoticis*, apud Uvandingum

gum, celebris. Stephanus Pepe, Clericus Regularis, Theologus conſpicuus, & concionator, luci dedit italicè = *Le Battaglie degli Agonizanti, moſtrate a quei ſecoli del gran Simone Stilita*. Genuæ apud Ioan. Calezanum, 1651. *in* 4. *E le leggi nuzziali date da Genitori à Sara di Tobia, diviſe in cinque parti*. Ven. apud Thomaſinum, 1665. *in* 8. Sebaſtianus ab Alexandro, Ord. Carmelitarum, pluries Provincialis Calabriæ, Regens Præfectus Neapolis, & Generalis Vicarius, Aſſiſtens Generalis Italiæ, & Epiſcopus Rubenſis in Apulia. Vir ſagaci ingenio, & acri, atque in omnigena Sapientia eruditus. Typ. publicè donavit plura, & varia; Opus primum hoc titulo = *Libra penſilis, de numero Prædeſtinatorum, & Reproborum*. Romæ, apud Ægidium Gezzi, 1671. *in* 4. Aliud = *Apologia pro Carmelitis* italicè, Meſſanæ, 1629. apud Franciſcum Bianco; Itidem & Panegyrim de S. Ianuario, hoc titulo, *Napoli ſuperba*, aliaſque Orationes pro Comitiis doctiſſimas. Paulus Alagona, Clericus Regularis apprimè doctus; luci donavit Veronæ apud Franciſcum de Rubeis, 1644. *in* 4. *Allegationes in Jure utriuſque Principis, & Regularium*. Nicolaus de Rigio, Medicus inſignis, de eo hæc apud Conradum Giſnerum in ſua *Biblioth. in fol.* 631. Monimenta habemus, *quod tranſtulit libellum de viribus Centaurii minoris herbæ. Gentilis. Habemus etiam Cl. Galeni libros de uſu partium Corporis humani ex hujus autoris verſione impreſſos, & Nicolai Alexan-*

xandri Opus de Medicamentis compoſitis , & alia quædam non pauca ab eo verſa extant. Opera aliquot Galeni à Nicolao Rhegio Calabro translata , excuſa ſunt Venet. à Juntis , cum Operibus Galeni. Sunt autem hæc , de Conſuetudine , de partibus artis Medicæ &c. Georgius , Ord. Seraphici Reformat., & Ludovicus, in Monimentis plurimis *de Dialectica,* & *Philoſophia* , inſignes. Ludovicus Charerius I.C. celeberrimus, & in ſuo Opere legali clariſſimus, cujus titulus = *Practica Cauſarum Criminalium: in qua Tractatus Appellationum , de Judiciis , & Tortura, de homicidio , & Aſſaſſinio , & de Hæreticis continentur ; & quæ diſponantur ſuper his Jure Civili, Canonico , & Regni Neapolis ſtatutis traduntur ab Auctore recognita.* Venet. 1560. *in* 8. & recuſa Lugdun. apud Guillelmum Rovellium 1562. *in* 4. Carolus Maria Rota , bis Provincialis , Ord. Carmelitarum, Ioan. Baptiſta Rota Gaglioſtri , ejuſdem Ordinis Provincialis Moderator , Ioannes Baptiſta Amodei , Verbi Dei Præco eximius , & Magiſter in Sacra Pagina eminens. Ioan. Angelus Spagnolius, Abbas , Canonicus , & Archidiaconus Urbis, in ſuis *Chronicis à creatione Mundi , uſque ad annum* 1669. & *Urbis Rheginæ à ſuæ fundationis exordio ad præfatum annum* , celebris. Antonius Spagnolius , Abbas, Canonicus , & Pænitentiarius major , in ſuis Monimentis *Theologicis, moralibus, & dogmaticis*, 1680. præſtantiſſimus. Antonius Abbas Spizzicagigli , Decanus , primaque Dignitas Metropolitanæ Rheginæ,

ginæ, Theologiæ, & in utroque jure Doctor celebris, Prothonotarius Apoſtolicus, & Intronatorum Senenſium Accademicus inſignis, Vir Muſis, Minervæque, amantiſſimus: Luci donavit italicè hoc Opus = *Ponderazioni utiliſſime d'eterne maſſime ſopra gli Eſercizii ſpirituali del glorioſiſſimo Patriarca S. Ignazio Lojola, diſtinte in dieci Venerdì*. Neap. apud Felicem Moſca, 1719. 31. *Julii in* 12. Aliique plurimi apud Noſtrates, & exteros, minimè fama obituri.

RIOLUM.

AB Amygdalaria, & Mari penè 8. mill. diſſitum Oppidum, conditum ſupra ſaxum, cujus Arua montibus circumdata frugifera ſunt, & vino nobiliora. Patria Dionyſii Columbo, Philoſophi omnibus numeris abſoluti, linguarum utriuſque, & hiſtoricarum impenſe periti, ac in reconditis Antiquitatum apothecis longè eruditiſſimi; de pluribus Monimentis optimè meriti.

ROGIANUM.

SUpra Temeſem Oppidum, Vergianum olim dictum, ab Auxoniis conditum, ampliatumque ab Oenotriis, quod cum aliis ad Romanos rediiſſe, Livius commemorat; cujus Arua fæcunda, vino, melle, manna, ſerico, pannis, frugibuſque præclara. Patria Nicolai de Rogiano, in omnigena

lite-

literatura, ſed præſertim in Oratoria, & Poetica, incomparabilis, in Romana Cathedra Jani Parrhaſii ſucceſſoris emeriti. Eleganter ſcripſit, ac lepidè apud Speram *libros quatuor Sylvarum*, metrico carmine, *de Conqueſtu Italiæ*, *de Rebus Sacris*, aliaque cedro digna, & æternitate.

ROMBIOLUM.

MEſiani agri, Pagus frugifer, & campeſtris. Celebris in ſuo Antonio, Ord. Aſſiſinatis, pænitentia, & ſanctitate præclaro.

ROSARNUM.

A Roſarum, florumque copia ſic Oppidum denominatum, atque à reliquiis Civitatis Scunni propè Nicoteram, quod Metaurus navigabilis amnis præterfluit derivatum exoptant. A Freto 2. mill. ſemotum, cujus arua jucunda peponum, leguminum, aliorumque frugum ubera nimis. Sylva pinguis pabulis, herbiſque medicinalibus plena: croco ſylveſtri, reupontico, ſiſone, tragio, ac teſtudinibus ſuperabundans; venatione, piſcatu, atque aucupio delicioſa. Gloriatur nativitate Dionyſii, Stephani Alemagna, Dominici Muſitano, & Hieronymi Muſitano, in ſuo Opere *de Divinis Auxiliis*. Meſſanæ, Typ. Senatus in fol. doctiſſimi, Ord. Prædicatorum; aliorumque, qui in divinis

Scripturis, atque in ſæcularibus literis egregiè doĉti, ingenio ſubtiles, eloquio diſerti, linguarum varietate periti, vita, & converſatione integerrimi plurimùm extitere.

ROSSANUM.

OEnòtrorum Civitas undequàque rupibus ſepta, natura, & arte ſuprà ſaxum egregiè munita. Romanorum propugnaculum, & Colonia, quam Rhodii pariter deduxere. Civium Sanguine, diſtincta Nobilitate, Titulis, Inſulis, Inſignibus, atque Sanctitate conſpicua. Arua optima pabulis, frugibus, fructibus; vino, oleo, fictilibus, gypſo, marmoreo, vitice, capparis, terebintho, oleandro croco ſylveſtri, centaurio majori, anenide, dictamo cretenſi, aliiſque herbis medicinalibus, & ſanativis fœcunda: venatione, & aucupio delicioſa, aeris, aquarumque dulcedine, & ſerenitate, jucunda, quam haud procul Colonetum flumen adlabitur, ab agro Coriolanenſi per Lucinum amnem diſterminata. Ad Mare Ionium, à quo Urbs tribus mill. diſtat, Roſſia promontorium, & portus Veneris, ubi ſuos poſt Trojæ excidium Æneas expoſuit, ut per ea loca, & circiter habitarent. Celebris in ſuo Patirio, S. Baſilii M. Monaſterio, non longè ab Urbe, undè excluſis fæminis ab ejus acceſſu cæli imbribus, multorum Sanctorum Monachorum, veluti altera Thebais parens, & nutrix extitit, & peren-

rennatur; quales fuere Nilus Cryptæ ferratæ in Tuſculano Fundator, quem Rom. Pontifex, & Imperator viventem ad pedes abjecti, coluere; Bartholomęus, Stephanus, Georgius, Theodora, Gregorius, aliique Ord. S. Baſilii, vitæ Sanctitate, atque miraculis inſignes; literis, & pænitentia antiquis Ægiptiorum Patribus comparandi. Nec contemnēdi pariter Thomas, & Antonius Petra Dominicani inſtituti, & Auguſtinus Religionis Seraphicæ Capuccinorū, pietate, merito, & exemplis conſpicui. Sedes Archiepiſcopalis, anteà græca, poſtmodum latina facta, ex qua Valerianus Epiſcopus Roſſanenſis ſub Agathone Papa Concilio Conſtantinopol. VI. contrà Monothelitas interfuit. Gloriatur de ſuo Zoſimo Papa, quem Meſſurgenſes pari modo deſiderant; non ambigendum tamen Calabrum, & ex Magna Græcia extitiſſe. Non ſic de Ioanne VII. & XVII. quorum primus, *anno 705. 8. februarii*, Platonis filius, Romanus Pontifex fuit electus, qui à Juſtiniano Cæſare rogatus, ut Concilii Quini ſexti Canones confirmaret, eos ad Imperatorem, vocata Romana Synodo, nec albo, nec nigro lapillo notatos remiſit. In eadem Vuilfridum Eboracenſem Archipræſulem à criminibus intentatum abſolvit, de cujus cauſa extant præfati Pontificis ad Ethelerdum Merciorum, & Alfridum Deirorum Principes Epiſtolæ plenæ rerum. Obiit denique plenus meritis, & providentia ſumma. Secundus verò, utpotè Antipapa, à Pontificum Cætu meritò explodendus.

 Mi-

Mitra glorioſi, Antonius de Genoviſio, anteà Epiſcopus S. Marci, ad Eccleſiam Marturanenſem translatus, 1446., ex qua ad Inſulanam evectus eſt, 1451. Ioan. Antonius Perronus, Epiſcopus Neocaſtrenſis, qui Cathedram ſuam propriis ſumptibus erexit, & auxit. Thomas Caſellus, Ord. Prædicatorum, ex Epiſcopatu S. Leonis in Calabria, ad Oppidenſem translatus, demum ad Cavenſem, *ann.* 1550. Hic in Concilio Tridentino, cui interfuit, unus fuit ex Prælatis, qui conſtanti pectore Regularium exemptionem ab Ordinariorum Juriſdictione quoad caſus ibi, vel in jure non exceptos defendit: plus caputio, unde propriam agnoſcebat celſitudinem, quam mitræ, quam tunc geſtabat, ubi ratio id poſtularet, libentiſſimè deferens, ut loquitur Pallavicin. *in hiſt. Conc. Trident.*: hinc pro tanti Viri memoria, in ejus tumulo, ſequens *apud Ughellum*, legitur Cænotaphium.

Thomæ Caſſelio Ruſſanenſi Patricio
Ordinis Prædicatorum, divinarum literarum peritiſſimo
Catholicæ doctrinæ propugnatori acerrimo, Epiſcopo Cavenſi
Qui pro Sancta Republ. Chriſtiana innumeros labores ſuſcepit.
Marius Protonobiliſſimus, Patricius Neapolitanus poni cur.
Vixit ann. LX. obiit XIX. Martii MDLXXI.

Joan. Cæſar Foggia, Epiſcopus Umbriaticenſis, qui Con-

Concilio Tridentino interfuit, 1547. His anneɛtendi Vincentius Ferrari, & Thomas Piatti Inſtituti S. Dominici, pluries Provinciales emeriti.

Cruce Hieroſolymitana conſpicui, Ioan. Vincentius de Maleno, Cælius de Muro, Ioſeph Interzzati, Ioan. Bernardinus Cito, Pyrrhus Maleno, Fabius Mannarini, aliique plurimi.

Armis,& Inſignibus præclari, Franciſcus Amarellis, Antonius Campagna, Cæſar Capoſacchi, Bartholomæus, & Balthaſar Iudice, Livius Foggia, Marius Protoſpatari, Ioannes Tagliaferro, Marius Toſcano, Philippus Zuilo, Hieronymus Britti, & Aloyſius Riſi, multarum Claſſium Duces in Hydrunti bello contrà Thraces inviɛtiſſimi.

Typis, & literis celebres, Antonius Galatheus, Regis Alphonſi Philoſophus, & Medicus præſtantiſſimus, qui *de Hydrunti bello* optimè ſcripſit. Ioan. Baptiſta Piatti, Canonicus Roſſanen, in Iuriſprudentia, & Theologia doɛtiſſimus. Typ. dedit italice. *Un ſermone funebre fatto nella Chieſa Cattedrale di detta Città, ove ſi celebravano l'Eſſequie di Papa Urbano VII. Arciveſcovo un tempo di quella Chieſa*. Neap. apud Hæred. Matthæi Canceri, 1591. in 4. Franciſcus Tagliaferri, Vir doɛtrinæ multiplicis, & Poeta illuſtris. Sylveſter Capuccinus voce, & exemplo Verbi Dei Præco celeberrimus, ſui Ordinis in Romana Curia Procurator Generalis, qui oblatum ſibi a Gregorio XIII. Summo Pontifice Mileti Epiſcopatum recuſavit. Scripſit *de con-*

tem-

templatione Sanguinis Chriſti volumen Florentiæ apud Mareſcottos, ac tandem Montalti obiit miraculis clarus.

Carolus Blaſco in ſuis *Hiſtoricis Capitulis*, & *Pyndi gemitibus*, Poeta inſignis, & in literarum fætura nobilis; aliique plurimi fama venerandi, quos inter, Angelus, Baſilius, Dionyſius, Elias, Ioannes, Iacobus, Gregorius, Paulus, Paſchalis, Iſaac, & Petrus, Urbis Præſulatu præclari.

RUBETUM.

COnſentiæ Prætura cujus ager frugifer. Patria Hyacinthi Scarpello U. I. D. & Theologi Dipiniani Conſentiæ Diœceſis Parochi emeriti. Multa Opera is concinnavit, ſibi; & Patrię decora, quę extant: *Directorium Confeſſariorum*, *ſeù Scrutinium Pænitentium*. Neap. 1710. ex Typograp. Caroli Porſile. Et *Speculum Parochorum*. Neap. 1710. apud Ioſephum Roſſellum, & *Rethoricam* non dum editam. Nec non atque Hieronymi, Ord. Aſſiſinatis, vitę bonitate, & pęnitentia conſpicui.

RUBLANUM.

IUxtà Sabathium Amnem navigabilem, & piſculentum ſatis, Conſentię Pręturà, ſed Oppido par, ubertate, magnificentia, ſanguine, lireris, & Infulis glorioſa. Arua undique ubera, Elementis,

Cæ-

Cęlique climate clara. Salſamenta optima, ubi incolę ſoleas, bovinaque coria, cęlaturam, fabricationemque perbellè concinnant. Ex ea prodiere Viri in omnimoda literarum fętura conſpicui, & Sanctitate; quales fuere, Hieronymus Ricciullo, Doctor eminens, Georgii Gualterii in ſuis Tabulis pręconio dignus, in Romana Cathedra publicus Iuris Profeſſor, & Belicaſtrenſis Epiſcopus emeritus, 1636. Obiit in Patria, in cujus Tumulo hoc cenotaphio excitatur.

Hieronymo Ricciullo Rhegino
Patritio, Bellicaſtren. Epiſcopo
In Juris interpretatione per majorum ſuorum veſtigia gradienti, ad primariam Juris Pontificii Sedem, certamine Romæ evecto inde ad multas Italiæ Academias, dum certatim evocatur à Pio V. P. M. ob vitæ non minorem, quàm doctrinæ famam, ad paſtorale munus admotæ, eoque decem per annos integrè adminiſtrato, obiit VII. Auguſti MDCXXVI. Ætatis ſuæ XLI.
Thomas Ricciullus Fratri amantiſſimo mæſtiſſimus.

P.

Gaſpar Ricciullo del Foſſo dictus, Ord. Minimorum Generalis, Scalę Antiſtes, indè Archiepiſcopus

Rhe-

Rheginus, 1560. Vir doctrina, & pietate incomparabilis, à Pio IV. vocatus ad Oecumenicum Tridentinum Concilium, poſt Sedis Apoſtolicę Legatos partes agens, adeò expetitus, ut nil eo abſente Vocales, nil eo inconſulto decrevere Legati, Primatum poſt illos ſententia ſua tenens, & pro Regularium Iuribus acerrimè propugnans, & ſolus. Doctam, ſpirituque plenam in Synodo habuit Orationem *de Eccleſiæ Auctoritate in Fidei Rebus definiendis*, quę Typis mandata hoc titulo exprimitur = *Oratio ad SacroſanctumOecumenicum Concilium Tridentinum, qua de Eccleſiæ auctoritate, & imitandis Apoſtolis diſſeritur, habita per R. P. Gaſparem à Foſſo Archiepiſcopum Rheginum, in ejuſdem Concilii aperitione, die* 18. *Januarii ann.* 1563. *in* 4. Item *De Abbatis Regularis dignitate, ac poteſtate circa Inſignia, functioneſque Pontificales, Liber apologeticus*, in Bibliotheca Montis Oliveti aſſervatus, apud Toppium. In ejus Tumulo hęc legitur Inſcriptio =

D. O. M.

Fr' Gaſpar à Foſſo Archiepiſcopus Rheginus
Minimorum Religionis alumnus,
Qui Concilio Tridentino interfuit,
Et illud ſub Pio IV. Oratione ſua
Aperuit, ubi cum Eccleſiam hanc Turcarum
Incendiis devaſtatam ad priorem candorem
Revocaſſet, Sacellumque hoc ob ſui devotionem
Con-

Digitized by Google

Conſtruxiſſet, hoc ſibi vivens Sepulchrum erexit,
Præſulatus ſui anno XXVIII.
Vitæ ſuæ LXXXXII. & Domini MDLXXXVIII.
Obiit die XXVIII. Decembris MDLXXXXII.

Antonius Ricciullo in Urbe Roma Vice gerens, & Advocatus primarius, Belicaſtrenſis Epiſcopus, Umbriaticenſis, Caſertanus, ac mox Conſentiæ Archipieſul, ann. 1641. 27. *Novemb.* ab Urbano VIII. pro meritis delectus Regni Neapolitani Sacrę Inquiſitionis integer Adminiſter. Plura ſui ingenii reliquit Monimenta, Urbi, & Orbi conſpicua, quę extant = *Tractatus de Perſonis, quæ in Statu reprobo verſantur, videlicet = De Blaſphemis, Meretricibus, Concubinis, Lenonibus, Hiſtrionibus, & Circulatoribus, Perſonatis, Choræis, atque Tripudiis, Zingaris, ſeù Egiptiacis, Vagis, Luſoribus, Delatoribus, & Carnifice.* Neap. apud Robertum Mollum, 1641. in fol. = *Ejuſdem Lucubrationum Eccleſiaſticarum, libri ſex, videlicet. = De cultu, & veneratione Sanctarum Reliquiarum, Epiſcopo Titulari, Eræmitis, Confraternitatibus Laicorum, Prædicatore, Feriis, Feſtiſque diebus.* Neap. apud Camillum Cavallum, 1643. in fol. = *Tractatus de Jure Perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium in quo breviter, & dilucide agitur. De Judæis, Infidelibus, Cathecumenis, Excõmunicatis, Hæreticis, Apoſtatis à fide, Apoſtatis à Statu Ordinis Clericalis, Apoſtatis à ſtatu Religionis, Schiſmaticis. Acceſſit etiam ſingularis, &*

utilis Tractatus de Neophytis cum triplici Indice Romę, apud Maſcardum, 1651. in fol. Antonius Ricciullo, Antonii Prędeceſſoris nepos, Epiſcopus Umbriaticenſis ſub Alexandro VII. 1659. Vir rerum Sacrarum, & antiquitatis cognitione pręcellens. Dominicus Toſcano Ord. Prędicatorum Magiſter, Vir profecto doctus, & mira ingenii felicitate ſpectandus. Ioannes Baptiſta Morelli, ejuſdem Inſtituti, Provincialis emeritus. Antonius de Pyro, A. M. D. Vir in philoſophicis, & politioribus literis erudititiſſimus. Plura ſcripſit edenda, quæ ſagacium Criticorum exiſtimationem promeruere, quæ extant = *Lezione ſopra il Sonetto ſecondo delle Rime di Galeazzo di Tarſia.* = *Riſpoſta ad una Lettera Apologetica d'un' Innominato, nella quale ſi difende il Marino, contro il parere de Giornalieri di Venegia; ed in detta Riſpoſta ſoſtienſi lo diviſamento de' medeſimi, com'eziandio la difeſa del Petrarca dall'Anonimo Apologiſta tacciato; parlandoſi altresì delle Poeſie del Tarſia.* = *Giudizio ſopra la Critica del Caſtelvetro, nella Canzone d'Annibal Caro; e nel detto giudizio ſi eſſaminano tutte le propoſte, e riſpoſte d'entrambi.* = *Lettera critica ſopra alcuni riſtretti d'Opere di varj Autori moderni, fatti da Giornaliſti Veneziani, co'loro giudizj.* = *Diſcorſo intorno all'uſo dell'aria ne' Corpi umani per mezzo della reſpirazione, in cui ampiamente di moltiſſime coſe a ciò appartenenti, ragionaſi.* = *Diſcorſo, intorno alla traſmutazione de' cibi, e delle maniere, come ſi faccia lo ſmaltimento, e divi-*

ſion

ſion de'medeſimi; e da ciò ſi ſà paſſaggio a parlar della Nutrizione. = *Lettera, nella quale ſi ſciogliono molte difficoltà propoſte, intorno al principio della generazione umana, ed accreſcimento del Feto nell'utero.* Bernardus de Rublano, Congregationis de Colorito dictæ, Ord. Heremit. S. Auguſtini de Obſervantia Fundator. Vir ſanctitate vitæ, & doctrina celebris. Aliique plurimi, literis, & in agendis dexteritate præclari.

SAMBATELLUM.

RHeginus Pagus, Pomonæ, & Floræ deliciis, atque Neptuni piſcatu, Trinacriæque proſpectu, Jucundus. Patria Hieronymi, Inſtituti Seraphici, merito, & exemplo conſpicui.

SAMBENEDICTUM.

COnſentiæ Oppidulum ſupra Crathidem, ſed frugiferum: aſt glorioſius nativitate Alberti Ordinis Prædicatorum Magiſtri, viri in omnigena ſcientiarum ſupellectili eminentiſſimi: regularis obſervantiæ uſque ad ultimum ſpiritum tenaciſſimi: cujus prudentiam in ſubditorum regimine, tanto plauſu, Patres ſui Ordinis Provinciæ tùm Calabriæ, tùm Aprutii, quarum fuit Provincialis, celebrem effecerunt, ut in Generalibus Comitiis, ad ſupremum Illuſtriſſimæ Religionis clauum regen-

Digitized by Google

dum, à pleriſque dignus ſit habitus: & ſi doctiſſimus, nimio tamen humilitatis ardore compeditus, publicam lucem metuens, litterarium Orbem ſapientiæ ſuæ digniſſimis monimentis orbavit; illius tamen aurei operis, cujus titulus *Compendium Philoſophiæ D. Thomæ*, ipſum fuiſſe authorem (proprio nomine prætermiſſo) autumant inter noſtrates, non pauci.

SAMBLASIUM.

OLim Turres dictum, Oppidum in Neocaſtrenſi agro extructum, ſua aqua ſulphurea morbis Salubri nimis, famoſum. Oleo, vino, fructibus, frugibuſque omnigenis Arua fæcunda. Patria Joan. Baptiſtæ Roſſo, Viri doctiſſimi, Antonini de Flore in Romana Accademia literarum fætura, & fama conſpicui, Ioſephi de Flore, Stalarum Baronis, aliorumque eadem de Familia Semyris, Marchionatu, & Cropani Baronia glorioſorum; & Franciſci Trombetta, Ord. Carmelitarum, perfecta ſui abnegatione, & admirabili contemplatione, & ſolitudine incomparabilis.

SANLEONIUM.

LEonium potius dicendum, Urbs Epiſcopalis Crotonem inter, & Sybarenam, cujus dumtaxat vix veſtigia viſuntur, à Neætho fluvio parum

di-

diſtans, de quo Amni ſic Strabo, *lib.6. Aeſarus fluvius, & portus, & fluvius alter Neæthus nomine, quorum, cognomine caſu proveniſſe dicitur. Nam in Achivorum errore quoſdam ab Iliaca Claſſe applicuiſſe, & ad locorum explorationem egreſſos, Trojanas mulieres navigationis comites tam longè pertæſas pelagi curſus naves incendiſſe, quas viris deſertas eſſe noverant, qua ex cauſa illi manſiſſe coacti ſunt. Præſertim cum terrarum virtutem cernerent, eveſtigioque plurimos alios adventantes, & pro ſanguinis neceſſitudine ipſos imitantes multas habitandi effeciſſe Sedes, & quibus plures Trojanorum ſimilem appellationem aſſecuti ſunt: Neæthumque etiam ex malorum eventu vocabulum vendicavit.*

Et Licophron in ſua *Alexandra* =

Et Neæthus ubi fluit ad Mare
Interficient autem illum Auxones, Pellenei.

Iſacio interpretante: *Secundum Apollodorum, & alios, Laomedontis filias, Priami ſorores Aethylla, Aſtyochen, & Medeſicaſten poſtquam illuc in Italiam cum reliquis Captivis perveniſſent, vitantes Græcorum ſervitutem, ſuaſiſſe aliis, ut naves græcorum viris vacuas, cum in terram deſcendiſſent, comburerent. Unde fluvius Neætheus dictus eſt, à nays, ideſt navis, & aeto .i. ardeo, & mulieres illæ naupræſtites dictæ ſunt. At Græci, qui cum illis erant, exuſtis navibus ibi habitarunt.* Patria Adami, Ord. S. Baſilii, ejuſdem Urbis Epiſcopi, fama venerandi.

SA-

SARACENA.

SEſtum olim, Urbs Oenotrorum mediterranea in Brettiorum confinio, Muranum inter, & Balbiam milliario diſſita, quam Garga frigidus amnis, qui miſcetur Sybari, adlabitur. Arua omnigena frugum ubertate fæcunda; herbarumque medicinalium proficua in ſuo Chariſtone Monte, atque elementorum, Cælique beneficentia famoſa. Hic Vina, olea, manna celebriora. Montium, collium, planitiei, aucupio, & venatione jucunda. Fodinis auri, plumbi, gypſi, alabaſtritis, lapidis ſpecularis undiquè ſuperabundans; frumenti, cæterorumque ad vitæ commodum ubera nimis. Ex ea prodiere Viri in omnifaria diſciplina celebres, Infulis, pietate, literis, & armis. Gaſpar de Aleparto, *an.* 1536. Antiſtes, atque Pauli III. Pontificis Pænitentiarius major. B. Angelus de Aleparto, unus ex primis Sociis S.Franciſci Paulani, Franciſcus Cacciavillano, doctrina, & Sanctitate præſtantiſſimus. Oratius Capalbus in Cathedrali Caſſanenſi Eccleſia Decanus, deindè Generalis Vicarius, mox Vicarius Apoſtolicus Policaſtri, & tandem morti propinquus, Epiſcopus Biſiniani electus. Michael Angelus Donato Vicarius Generalis doctrina, & moribus celebris, qui typis dedit volumen, cui titulus *Aſyla immunitatis* Romæ 1652. ſub Innoc. X. excuſum. Perſius, Cervino in multis,

tis monimentis MS. ac Poeſi maximè in ſuis *Elegiis* typis don atis impensè eruditus, lepore plenis. Joſeph Pace, ſanctitate, vitæque abnegatione incomparabilis. Nicolaus de Caprio Noceriæ Archidiaconus emeritus, ſanctæ domus Incurabilis Ordinarius, & Corrector vigilantiſſimus, ultimò Epiſcopus Iovinatii. Ludovicus Rinaldi Ordinis Prædicatorum Provincialis, qui in Generali Capitulo ad ſupremum ſuæ Religionis Præſulatum vota habuit non pauca. Albertus Aloyſius ejuſdem Ordinis Provincialis, in ſuo opere Sacro *S. Leonis* dicto, Neap. apud Nicol. Migliacc. 1722. excuſo, præclarus: longiori ævo dignus. Dominicus Serio ejuſdem Inſtituti Sacræ Theologiæ Profeſſor, animarum ſaluti impensè addictus, doctrina, & eruditione præclarus, ac de Eccleſiaſtica Rethorica benemeritus; qui typis dedit Opus, cui titulus *Eſercizii di Miſſione* apud eundem Migliacc. Neap. 1722. in quo ſuæ pietatis, Chriſtianique zeli, quibus ornatur, mirabile præbet experimentum. Angelus Ordinis Minimorum, pietate, & pænitentia inſignis: Aliique non pauci in Iuris prudentia, Medicina; cæteriſque artibus celeberrimi.

SCALA.

IUxta Cirum, Caſtrum, oleo, melle, goſſipio, ſeſama, & frugibus clarum. Patria Franciſci Verticillo, U.I.D. Canonici, & Vicarii Capitularis Caria-

riaten. & Salvatoris Acri, Medici præſtantiſſimi.

SCALEA.

OLim Velia, ſivè Elea, juxtà Mare, Lucaniæ poſtrema, Sybaritarum Colonia nobilis apud Collenucium, & Cropanum (quid quid dicat *Barrius* ex mente Plinii, & Strabonis); ubi Arua frugifera, ſylvis glandiferis, venatione, aucupio, pabulis, frugibus, vino, xilone, ſaccaro, plumbo, cæteriſque ad vitam opportunis, & commodis, fæcunda nimis, & ubera. Ex ea antiqui Sacerdotes Gentilitatis, Arioli, Aruſpiceſque celebres, inter quos Caliphena, & Callias, qui Crotoniatis contra Sybaritas numero majores, victoriam prænuntiavit; quemadmodum Zeno, Parmenes, Leucippus, & Favorinus Philoſophi illuſtres, ſecta, & antiquitate prodiere. Nunc Caſtrum exiguum, ſed illuſtre nativitate Gregorii Caloprese, Medici, & Philoſophi præſtantiſſimi, & Abb. Vincentii Gravina, in omnigena literatura præclari, qui in variis doctiſque Monimentis compoſitis, luciqueeditis, ac in utraque lingua peritiſſimi, coronam præ aliis, lauream que meritò præripuere; & Petri Romani, Magiſtri Rationalis M.C. 1374. ſub Rhegina Ioanna I. Plures eam fecere Epiſcopalem Sedem apud Gualterium, in qua à D. Petro Aulalius primus Epiſcopus fuerit conſtitutus.

SCYL-

SCYLLACEUM.

URbs antiqua, & nobilis, quam munito loco, ac undique vallatam rupibus Auxonii condidere, incoluerunt Oenotrii, tenuit Uliſſes, & Mneſteus Athenienſium Rex in Coloniam evexit. A' Freto diſſita mill. 3., duos inter amnes, qui ſubtus Urbem in unum coeunt, ſupra Adriaticum ſinum botrionis in modum pendet in collibus conſtituta. Deliciis plena, frugibus, & fructibus, vino, oleo, melle, frumento, lino, figlinis, auro, argento, marmore, alabaſtrite, goſſipio, ſeſama, oriza, vitice, terebintho, tamarice, & oleandro, Arua ubera nimis, atque fæcunda. In ſuo admirabili fonte, Arethuſa dicto, ſub collium pede in campo ſupra maris arenam, cannis in coronæ ſpeciem cincto, arundineis umbris, aquarumque virtute mirabili, famoſa; Nam juxtà aquas, cum tacitus homo, & Silentioſus extiterit, Stagni ad inſtar, non tam currere, quam ſtare videatur unda; cum verò, vel tuſſi, vel clariori voce, vel Sambucæ ſonitu ejuſdem rumor excreverit mirabiliter aquæ concitatæ proſiliunt. Venatione, piſcatu, & aucupio undequaque delicioſa. Romanæ Reipublicæ Colonia, quæ ſuos nummos pariter cum aliis Civitatibus liberis, teſte Cropano, excudebat humana effigie præditos, variiſque ſymbolis per circuitum redimitos, ac hierogliphicis. Sedes Epiſcopalis vetuſta, ex qua

Zaccharias Romanæ Synodo ſub Vigilio ; & Paulus Synodo Conſtantinop. VI. ſub Agathone ; & Gaudentius Concilio Romano ſub Hilario, Pontificibus, interfuere. Glorioſa Corpore Acatii Centurionis Martyris in æde Epiſcopali quieſcente ; atque ſuorum Infulis, quales inter alios fuere Petrus Eccleſiæ Urbis Canonicus, poſtulatus in Epiſcopum Equenſem, indè Antiſtes Caſtellanetenſis à Clemente VI. 1343. creatus, & Marcus Antonius Pariſius, Epiſcopus Uritanus, ann. 1648. Stephanus, Amerigus, Deodatus, Ugo, Gaudentius, Donatus, Leo, Diogo, Urbis Præſules emeriti.

Ex ea prodiere Viri omni exceptione inſignes Typis, pietate, & literis, inter quos M. Aurelius Caſſiodorus primatum tenere debet, & locum. Vir ſanè magnus tum doctrina, tum ſanguine, tum dignitate Senatoria. Natus eſt Scyllacii, ann. Chriſtiano 469., vel ut aliis placet, 470. Odoacre Erulorum Rege dominante, Comitis dignitate, Brettiorum, Lucanorumque Præfectura, Quæſtura, Officiorum Magiſterio, Conſulatu à Theodorico Rege auctus eſt. Sub Athalarico, tertioque ſub Vitige, ac Theodato ſucceſſoribus iiſdem muneribus functus, anno poſtmodum 89. vel 70. tum opibus, quam dignitatibus cunctis vale dicens, vitam ſolitariam, atque religioſam propè Scyllaceum in ſuo Monaſterio Vivarienſi à ſe fundato, amplexus, ann. 575. propè centenarius, meritis, & Sanctitate plenus, migravit ad Dominum. Hæc cedro digna inge-

Digitized by Google

genii, & eruditionis ſuæ Monimenta ad poſteros Caſſiodorus noſter tranſmiſit, & ſunt, apud Cave in ſuo *Sæcul. Eutychiano*.

Scripta Genuina

Variarum Epiſtolarum libri XII. partim Theodorici, atque Athalarici Regum nomine, partim à ſemetipſo exarati. Prodierunt ſeorſim Auguſtæ Vindel. 1133. & cum Notis Broſſei, & Fornerii Lugduni 1595. in 8.

Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Tripartitæ, ex tribus Græcis auctoribus, Sozomeno, Socrate, & Theodorito, ab Epiphanio Scholaſtico latinè verſis, à Caſſiodoro collectæ, & in Compendium redactæ, libri XII. Baſileæ, & Francofurt, 1528. 1568. & 1588.

Chronicon ad Theodoricum regem ab Adamo uſque ad annum 519. cum Commentariis Joan. Cuſpiniani, Baſileæ 1552. Heidelberg. 1588. Lugd. Bat. 1632. in 8.

Computus Paſchalis, ſeu de Paſchate, Indictione, Epacta &c. adinveniendis Tractatus.

De rebus geſtis Gothorum, libri XII. Opus deperditum, ſed extat Jornaudis epitome.

Expoſitio, ſeu Commentarius in Pſalmos Davidis. Baſileæ 1491. & Pariſ. 1519.

Inſtitutionis ad Divinas Lectiones, lib. 11. Pariſ. 1527. & Antuerp. 1566. in 8.

De Orthographia liber. Canon. 1605. & Antuerp. 1579. in 8.

De ſeptem Diſciplinis, *videlicet Grammatica*, *Rhetorica &c. liber.*

De Anima, *liber. Pariſ.* 1500.

De Oratione, *& octo partibus Orationis liber.*

Spuria.

Expoſitio in Cantica Canticorum, in qua citatur Gregorius Papa Friburg. 1538.

De Schematibus, *& Tropis*, liber.

De amicitia vera liber unus.

SS. Paphnutii, *Spiridionis*, *& aliorum*, *Vitæ.*

Deperdita.

Ad Reges, *& Reginas Panegyrici nonnulli.*

Expoſitio Epiſtolæ ad Romanos.

Tractatus Grammatici aliquot de Schematibus, *Etymologicis*, *& in Donatum.*

Liber Titulorum de S. Scriptura, *collectus*, *Memorialis dictus.*

Breves Explanationes in Acta, *& Epiſtolas Apoſtolorum*, *& Apocalypſin.*

Quæ omnia opera notis, ac diſſertationibus illuſtravit in duos Tomos digeſta Joan. Garratus Benedictinus Monachus Rothomagi, 1679. *in fol.*

Andreas Gironda, Soc. Ieſu, Philoſophus, & Theologus eminens, qui luci donavit Neap. apud Jacobum Gaffarum, 2653. in fol. opus, cujus titulus = *De Epiſcopo libri quatuor*, *in quibus fusè diſputatur de præſulis electione*, *De Perſona eligenda*, *& Juſtitia in electione ſervanda.*

Julius Calovrarus Nuceriæ Ducis à Secretis,

Vir

Vir Oratoria, & Poetica diſertiſſimus.

Marcellus Megalius, Clericus Regularis, Vir ſummi ingenii, & inexhauſti laboris, qui publico Juri fecit plurima, & varia, quæ extant = *Inſtitutiones Peregrinorum Confeſſariorum, & Pænitentium. Pars Prima.* Mutinæ apud Julien. Caſſianum, 1615. *Ejuſdem Inſtitutiones Primæ 2. Partis*. Typ. ejuſdem, 1618. = *Ejuſdem Pars tertia*, ex eadem Typograph. 1621. *in 4.* = *Variarum Reſolutionum Tomus* 1. *&* 2. Neap. apud Lazarum Scorigium, 1624. in fol. = *Conſilia, ſeu Decretationes diverſorum Caſuum ad pænitentiæ ſorum pertinen.* Mutinæ apud Julian. Baſſianum, 1675. in 4. = *Promptuarium Theologicum, Morale, Scholaſtico-Canonicum, & Civile, alphabetica ſerie compoſitum, complectentes litteras A. B. C.* Neap. apud Lazarum Scorrigium, 1633. in fol. = *Promptuarii Theologici Moralis, Pars altera Ibid.* = *Praxis Criminalis Canonica pro foro Eccleſiaſtico, & Sæculari.* Neapoli apud Jacobum Gaffarum, 1638. in 4. Et italicè = *Conſiderazioni ſopra gli Evangelj delle Domeniche di tutto l'anno, e delle Feſte di Criſto, e della Vergine Santiſſima*. Mantuæ apud Jul. Caſſianum. 1625. in 12. *Iſtruzione, overo Metodo per eſpeditamente confeſſare i peccati*. Neap. apud Dominicum Roncagl. 1635. in 24. = *La Vita d'Iſabella di Savoja, Principeſſa di Mantua*, non dum edita, ſed in Biblioth. SS. Apoſtol. Neap. MS. aſſervata. Joſeph Sacræ Theologiæ Magiſter, ac Calabriæ Provin-

cia-

cialis Ordinis Prædicatorum: vir omni virtutum genere ornatus in ſpeculativis, in moralibus, in concionatoria, æque præclarus, vitæ quoque ſanctitate, ac puritatis ſplendore ſingulari percelebris.

Agatius Aſſanti, in Accademia Neapolit. publicus Gloſſ. & Inſtit. *an.* 1575. Cathedraticus inſignis; & Xaverius Ferrari, Canonicus, Decanus, & Capitularis, Generaliſque Urbis Vicarius, in Legalibus prudentia, & hoſpitalitate præclarus.

Pietate mirabilis, Antonius, Inſtituti Seraphici; Aliique plurimi dignitate, & literis admirandi.

SCYLLEUM.

OPpidum ſupra ſaxum ſublimem extructum, quod humilem à tergo, teſte Strabone *lib.*6. tellurem abluentibus undis habet in Cherſoneſi faciem, quam Rheginorum Tyrannus Anaxilaus ædificato munivit muro, ut Thuſcis navale ſtrueretur, & prædonibus navigandi per Euripum facultatem interciperet. In eo Uliſſes ob tempeſtatis jacturam Minervæ Templum extruxit; hinc à Dionyſio Aphro, Minervæ Promontorium vocatum. Scylleum à Scylla monſtro dictum, humanam effigiem in ſupera parte repræſentāte, & in infera cavernoſos ſcopulos, ubi mare æſtuoſum ab iis refractum, Canum, Luporumque latratum ululando emittit, & ſonum. Hinc Poetarum fabula de Scylla, & Gla-

Glauco lavantibus, & à Circe zelotypia vincta ſuo veneno mutatis in monſtra; Virginum faciem pubetenus, piſcium, vel Canum, Luporumve infera habentibus. Celebre in ſuo Freto fluxu, & refluxu redundante, de quo Virgilius 3. Æneid.

Dextrum Scylla latus, lævum implicata Caribdys
Obſidet, atque ima baratri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus, rurſuſque ſub auras
Erigit alternos, & ſydera verberat unda.

Atque Xiphiarum piſcatu nobile, delicioſumque, de quo Archeſtratus apud Athenæum *lib.* 7.

Accipito gladii accedens byzantia fruſtra
Vertebramque ipſam poſtremam: eſt optima namque
In Siculo ponto circa oſtia ſumma Pelori

Et eodem in libro

Italiæ nemoroſa latum ſibi præbeant ora,
Quod Scylleus habet epulum mirabile portus.

Hic Vinum nobile, Malvaſium dictum Cretenſi Simile; arvaque commoda, atque frugifera.

Ex eo prodiere Viri pietate, & literis illuſtres.

Ioſeph Lottellus, Ord. Prædicatorum, qui de latino ad italicum tranſtulit Opus, dictum, *Il Compendio della Vita, e Morte della B. Roſa di S. Maria, compoſta dal P. M. fr' Antonio Gonzales del Perù.* Montileoni, apud Dominicum Antonium Ferro. 1668. in 8. Joan. Baptiſta Alemagna, Iatrophyſicus celebris in ſuo Opere excuſo Neap. apud Ioan. Sutzbachium, 1530. in fol. cujus titulus = *De febribus*. Iacobus Græco, Ord. Ciſtercienſis, in Sac. Pagi-

gina Magiſter. Typ. dedit, *Joachimi Abb. Florenſis Ord. Chronologiam.* Conſentiæ, apud Andream Riccium, 1612. in 4. Franciſcus Palmerius, Inſtituti Prædicatorum, luci donavit italicè = *La Paſtorella Domenicana, Panegirico : ſopra molte trà l'infinite grazie fatte da Maria ſempre Vergine all'Ordine del Patriarca S. Domenico*. Meſſanæ Typ. Senatus apud Paulum Bonacota, 1670. in 4. Nicolaus Rhodius, in Philoſophia, & Medicina præſtantiſſimus, Luci donavit Ven. apud Franciſcum Rampazetum, 1568. in 4. *Redargutiones in Ferdinandum Caſſanum pro Altimaro, & Joan. Andrea Nola Crotoniata*. Ambroſius Carpanzano, in Artium facultate, & Medicina, quin pietate, & religione præclariſſimus.

Sanctitate celebres: SS. Felix, & Cucuſans: Speratus, Natalis, Citrinus, Veturius, Felix, Achillinus, Lactantius, Januaria, Genoveſa, Baſſia, Veſtrina, Donata, & Secunda, Martyres glorioſi, qui Fidem proprio Sanguine decoraverunt, & Patriam.

SEMINARIA.

Civitas vetuſta poſt Synopolim ad Orientem, à Mari tribus mill. ſemota, reliquiis Tauriani ab Agarenis devaſtati, plurimum ampliata, atque illius Sedis Epiſcopalis pluribus annis redimita, quam poſtea Rugerius Guiſcardus cum alia Ipponenſi Greg. VII. beneplacito Miletum tranſtu-

Digitized by Google

ſtulit. Hùc Serica, & olea nobiliora: lino, vino, gypſo, ſpeculari, & aucupiis, Arua fæcunda. Ex ea prodiere Viri literis, & Sanctitate pleni. Inter quos, Benedictus, Verbi Dei Præco celebris, & ter Provincialis, Ioannes, & Petrus Ord. Aſſiſinatis Capuccinorum; & Petrus Antonius Spinelli, Soc. Ieſu. Martyres Chriſti, Theodolus, & Socii, Ioannes, & Georgius, aliique plurimi. Ferdinandi II. & Caroli V. Cæſarum mora, & ſtatione famoſa; ſecundique memoria in Templi Spiritus Sancti fronte hactenus hiſce verſibus decantatur. = *Ann. 1533. Carolus V. Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, poſt quam debellavit Carthaginem, ingreſſus 3. Novembris, die Mercurio, & in 4. menſis ejuſdem receſſit &c.* Typis, pietate, doctrina, Infulis, & armis conſpicui: Barlaam, Ord. S. Baſilii, quem exultiſſimum in omni Scibilium literatura vocat Cantacuzenus (Hiſt. l. 2. c. 39.) Utraque lingua eruditum, ex Geſnero Salmaſius, in ſua præfatione conteſtatur; quinimmò ex proprio Stilo trito, & ſubacto, nec prorſus ἀ φιλόυτως doctiſſimum fuiſſe proclamat. Latinorum dogmatibus doctum, nec Græcarum literarum jejunum, Allacius, lib. 2. c. 17. de Eccleſ. Occid. & Orient. perp. Conſen. Græcarum literarum apprimè eruditum, Ioannes Boccatius, in ſua Deorum Genealogia, quem, & ſi corpore puſillum, ſcientia tamen pergrandem, Imperatorum, Principumque Græcornm teſtimonio antiquitas confirmat. Id Volaterranus, idem eru-

Digitized by Google

ditiſſimus Gaddi, in ſua Epiſtola ad Philibertum *la Merc.* Leontii, & Pauli Peruſini, inclitorum hominum Præceptor extitit ex Boccatio Genealog. lib. 15. c. 6. Palamitarum, aliorumque Græcorum dogmatibus, peſſimè de vera fide olentium inſiſtens, voce, & ſcriptis acriter eos debellavit. Reverſus indè ad Latinos quidquid pro Græcis aliquandò dixerit, ex adverſo calamum ſtrinxit, multiſque elucubrationibus Græcos eliminavit. Tandem Epiſcopus Hieracenſis conſtitutus, plenus meritis, & doctrinis, circà annum 1355. è vivis deceſſit. Barlaamo noſtro Monumenta hæc adſcribuntur.

De Primatu Papæ: Opus editum prius Oxonii Græc. Lat. 1592. deindè Hannou. 1608. demum Lugduni cum Salmas. Not. 1645. in 4.

Λογιστικῆς *Sive Arithmeticæ Algebraicæ lib. ſex Græc. Lat.* Argent. 1572. in 4.

Epiſtolæ duæ ad Amicos in Græcia conſtitutos, de Primatu Eccleſiæ Romanæ. Lat. apud Bzovium, ad ann. 1331. §. 13.

Epiſtola ad Alexium Colochetum pro Latinis ante Epiſcopatum ſcripta, ibidem ad ann. 1330. §. 59.

Reſponſio ad Demetrii Theſſalonicenſis Epiſtolam, de Proceſſione Spiritus Sancti, ibid. ad ann. 1332. §. 5.

Probatio per Scripturas, quod Spiritus Sanctus procedat à Filio. Ibid. ad ann. 1333. §. 2.

Orationes pro unione Græcorum cum Eccleſia Ro-

Romana ad Benedictum XII. Papam, Avenione habita, ibid. ad ann. 1539. §. 25.

Ethicæ ſecundum Stoicos, *Lib.* 2. apud Caniſ. & in Biblioth. PP. Aliaque plurima apud Allacium, *de Conſenſ.* l. 2. c. 17. §. 1. Relictis nonnullis Epiſtolis ad Nilum, tractantibus *de Lunari defectu*. *Diatrib. de Georgiis*. *Commentariis ad Lapitham Cyprium*, aliaque *Mathematica* apud Allacium, Voſſium, & Sampilium.

Franciſcus Sopravia, Philoſophus, & Medicus inſignis, qui adverſus Peripateticam doctrinam *de Natura rerum*, optimè, & acutè ſcripſit; Opus non editum, ſed concupitum. Iacobellus, Ord. Minorum, Epiſcopus Bovenſis, zelo, & literis conſpicuus, ann. 1441. Vincentius Bombino, U.J.D. in ſuis *Monumentis hiſtoricis* apud Gualterium, impensè eruditus. Ioannes de Seminaria, Magnus Caroli V. Cæſaris Dux in Tuneſi everſione nunquam ſatis laudandus. Angelus Hieracius, Franciſcanus, Vicarius Terræ Sanctæ, & ann. 1614. Egypti in rebus ſpiritualibus S. Sedis Regens, ac S. Sepulchri integerrimus Cuſtos, & Superior. In ſuis *Epiſtolis* omnem redolentibus Sanctitatem, doctus, & pius: atque inter Thraces patientia, & doctrina veluti Martyr omni ævo venerandus. Noſtro denique ſæculo virtutibus, & obſervantia ſingulari floruit Vincentius Martellucci, Magiſter Dominicanus, & Provincialis digniſſimus, in peſte infectos piiſſimus, & illorum confortationi

Digitized by Google

abſque læſione ulla apprimè intentus:ex cujus Corporis venis poſt viginti quatuor horas ab ejus morte ſanguis vivus effluxit. Aliique non pauci tam antiqui, quam moderni. Quibus & addo Dominicum Cianciaruſo Ordinis Prædicatorum, zelo, & pietate ſingularem, qui typis dedit opus, cui titulus. *Umiltà non finta* ad Novitiorum profectum. Meſſanæ 1687.

SEMIRIS.

VUlgò *Simmari*, Oppidum edito loco Triſchenæ reliquiis extructum, quod ejuſdem nominis Amnis adlabitur, anguillis fæcundus. A Freto mill. 5. & à Catazano ſex, ubi frumento frugibus, vino, melle, manna, goſſipio, ſeſama, oriza, capparis, vitice, terebintho, & caſeo optimo, Arua ubera nimis. Glorioſum nativitate S. Barthomæi Abbatis, B. Roberti, & Agatii de Summa, Epiſcoporum; nec non & Ioannis Fabii de Luca, ſcientia, & eruditione conſpicui.

SERRA.

IUxta nobile Monaſterium S. Stephani à Rogerio Guiſcardo extructum, ubi S. Brunonis, Ord. Carthuſienſium Fundatoris, & B. Ianuini Socii corpora magnificentiſſimè quieſcunt, Oppidum omnifaria frugum ubertate commodum: lapidibus obſidia-

diamo, ex quo vitrum exoritur, & ophite, granitoque, columnis Romani Panthei ſimili, nec non & ſpeculari, famoſum. In cujus agro aſparagi, omni menſe, caſeum, aurum, ferrum, Sylvæ, & arbores glandiferæ, venationes, & aucupia varia per totum ditionis circuitum cernuntur. Patria Anſelmi, Inſtituti Seraphici: B. Vincentii, Ord. Prædicatorum, aliorumque ſanctitate, & doctrina conſpicuorum.

SERRATA.

IN agro Borrellenſi Pagus frugifer, temeti bonitate præcipuus. In ſuo Martino, Seraphici Ordinis Sanctitate pleno, glorioſus.

SIBERENA.

S*Severina*, vulgò dicta, non procul à Clibano Monte, Viſardo ab accolis nominato: Civitas illuſtris eminenter in ſaxo, undique rupibus cincta ab Oenotriis extructa, à Jonio decem mill. diſſita, quam ad ſecundum lapidem Neæthus amnis piſcoſus, & navigabilis adlabitur. Vino, oleo, goſſipio, ſeſama, nemoribus citrorum, limonum, & malorum aureorum, atque Montibus nativi ſalis, fæcunda, aruaque frugum ubera nimis. Cudebant Sibereni numos cum Diana, & ex poſtico Ceruum, græca inſcriptione redimitos σιβερηνῶν. Aliquandò Mi-

Minervam galeatam, & in galea Delphinum, & ex altera Noctuam cum capſace, & oleis eadem epigraphe. Prædicatione S. Dioniſii Areopagitæ glorioſa. Sedes Archiepiſcopalis antiqua, olim in ritu græco Conſtantinopolit. Patriarchatui ſubjecta, mox latina, ſeptem ſuffraganeorum Epiſcoporum Metropolis, & Princeps. Bernardi, Conſtantini, Joannis, Guillelmi, Opirii, Gregorii, Romani, Sylverii, & Stephani Antiſtitum Mater illuſtris. Ex hac Urbe prodiit *Zaccharias* Papa, Sanctitate, literis, & humilitate plenus, ann. 741. qui plures Principes, humilitate, & humanitate potiùs, quam potentia, vel armis mirabiliter ſuperavit; Nam cum Luitprando Rege pacem iniit, à quo pariter anno ſequenti Urbes quatuor à Romana poteſtate ante triennium abreptas reſtitui, pacemque Ravennatenſibus dari precibus impetravit. Bonifacii Moguntini Concilium Germanicum Romæ Synodo habita, confirmavit; atque in eadem Urbe collecto Concilio, Adalbertum, Clementem, alioſque Hæreticos anathemati ſubjecit. Carlomannum, Caroli Martelli Gallorum Regis filium, in Domini ſortem, tonſura clericali decoratum vocavit; atque Rachiſium Longobardorum Regem, nedum à Peruſiæ obſidione precibus dimovit, verùm & ad meliorem frugem Benedictina Cuculla apud Caſſianum ſua cæleſti facundia redimitum, à terreno Regno ad Cæleſtem revocavit. Regnum Franciæ (quid quid dicant alii) à Stirpe Merovingica in

Pi-

Pipinum, Childerico inepto, atque ſtupido abrogato, authoritate Apoſtolica tranſtulit. Obiit denique plenus meritis, & ſanctitate 3. Martii, anno 752. Extant plures iſtius Pontificis *Epiſtolæ* apud Balutium, & Cave; quinimmò & Gregorii *Dialogi* ab eo in græcum verſi, latino adjuncto textu, aliaque *Gregoriana* apud Photium Cod. 272. latinè translata. Literis, & pietate conſpicui effulſere eadem in Urbe Menolaus Infroſinus, in ſuo *Arioſto*, literis, atque annotationibus apologeticis exornato, eminentiſſimus. Ugo, Archiepiſcopus Urbis, Procurator, & Legatus Regius, pro conventione, & pace ſtatuenda Epiſcopum Cumanum inter, & Populum Mediolanenſem, 1269. D. 121. apud Toppium, eloquentia incomparabilis, & dexteritate. Joan. Leonardus Caruſo, pietate, & doctrina conſpicuus; Bartholomæus, & Euſtatius in omnigena literatura præclari. Aliique plurimi. De Populo Siberenate ſic cecinit Janus Caſoperus =

Eſt hic, eſt Populus ſocius benefido amori
Fortis in adverſa Fortuna, humiliſque ſecunda
Conſiliique capax, & ſæcus ater in armis
Dives, & eſt inopi, longè fugiendus avarus
Irrita mandat opum, defoſſæ præmia terræ.

SI-

SIDERONUM.

NOn procul à Hieracio , Oppidum illuſtre, vulgò *Siderno*, ex Locrorum reliquiis excitatum, edito loco in colle orientem verſus extructum ; cujus arua frugibus, & fructibus omnigenis ubera: vino, ſerico, oleo, ſeſama, goſipio, & frumento fæcunda. Glorioſum in ſuis, titulis, infulis, literis, & Sanctitate. Ex ea prodiere, Marinus Correale, Terrænovæ Comes , Ioannes Correale, Hieracii Marchio, & Ioan. Baptiſta Correale, Neocaſtrenſis Epiſcopus ; Literarum ferax Familia, maximè in ſuo *bello Ungarico*, Hiſtoria impensè diſerta, & ſi non dum edita . Ioan. Cæſar Lembo, Sanctitate vitæ, & Doctrina inſignis.

Paulus Piromalli Ordinis Prædicatorum Archiepiſcopus Nahcivvanenſis in Armenia majori Vir omnibus numeris undequaque perfectus, doctrina, zelo, conſtantia ſingularis. Hic innumeros Armenos, multoſque Græcos, alioſque barbaros, ad Chriſti fidem, & ſummi Pontificis obedientiam reduxit: præcipuè anno 1634. Cyriacum Conſtantinopolitanum Patriarcham, & Oſcanum quemdam facundiſſimum, ut conſtat ex teſtimonio S. Congr. de Propaganda , quod refertur *in Epiſt. ad Nuntium Poloniæ impreſſam in principio ſuorum operum.* Multa opera luci dedit: præcipuè autem ſunt ſequentia. *Apologia de Duplici Chriſti natura contra*

Si-

Simonem Armenum. Viennæ Auſtriæ 1656. *Theantropologia, ſeù Oeconomia Salvatoris noſtri, ſive Explicatio Miſterii Incarnationis ad Sciabas Regem Perſarum*. Viennæ Auſtriæ 1656. Item. *De Unitate Eccleſiæ Chriſti. De ejus Capite. De caſu Eccleſiæ Armeniæ. De Concilio Chalcedonenſi, & S. Leone. De Feſto Nativitatis Chriſti. De Inferno, Paradiſo, & Purgatorio. De cibis comedendis. Titulationes. Quæſtio magna de duabus Naturis in Chriſto. Apologia contra Stephanum Sacerdotem. Apologia contra Nierſem Sacerdotem. Traductio aliquarum Epiſtolarum S. Leonis Papæ in lingua Armena. Traductio Epiſtolarum S. Cyrilli in lingua Armena. Traductio diffinitionis Concilii Chalcedonenſis in lingua Armena. Reſponſiones ab dubia Armenorum. Vocabularium Armeno--Latinum. Grammatica Armeno--Latina. Opuſculum ad Regem Perſarum de fide Evangelica in lingua Perſica. Vocabularium litterale Perſarum. Aliud vocabularium vulgare Perſo--Latinum. De converſione P. Cyriaci Vartabiet Patriarchæ Conſtantinopolitani pro natione Armenorum*: & alia. Tandem ad Biſinianam Sedem translatus, zelo, vigilantia, & pietate mirabiliter enituit, Urbi, & Orbi celebris, fortitudine, patientia, & doctrina.

Ioannes, Inſtituti Capuccinorum, Provincialis, Verbique Dei Præco eximius, & multorum Operum Scriptor, & Dominicus Pallone, mirabili eloquio, & ſcientia præditus.

SITIGIANUM.

VIcus juxtà Turiorum Civitatem ab Athenienſibus conditam, nunc exciſam, non procul à Geminiano, in Appennini jugo ſitus, frugifer. Patria Franciſci, Ord. Seraphici, Sanctitate pleni, & pænitentia inſignis.

SORIANUM.

OPpidum loco penſili ſitum, glorioſum Cænobio Ordinis Prædicatorum, in cujus temp'o aſſervatur Thaumaturga Imago D. Dominici cælitus B. Virginis Singulari dono, delata; ad quam adorandã, votiſque pretioſis locupletandam, ob innumeras gratias, quas paſſim invocantibus elargitur, undique confluunt, ex remotioribus Europæ regionibus ne dum peregrinorum catervæ, ſed nobiliores Principes, ac Prælati: nec fruſtra: magnificentia namque illius Sanctuarii, religioſorum ſanctitate conſpicuorum exempla, Sagræ Imaginis adoranda, ac tremenda majeſtas, exterorum animos conſolatione ſimul, ac ſtupore perfundunt, Surianenſi populo interim non ſine faſtu gratulante. Nec gratiæ natura cedit. Pabulo, vænatione, piſcatu fluminum, & aucupio abundat. Sylvæ glandiferæ, Arvaque frugum, fructuumque, & olei fæcunda: Gypſo, lapidibus frumentariis, & oleariis, operi-

ri-

ribus figlinis, uberrima. Ex eo prodiere Viri literis, & pietate præclari. Hieronymus de Soriano, Magiſter in Sacra Pagina eminens, ex Prædicatorum Inſtituto, qui italicè Typis donavit Neap. apud Robertum Mollo, 1647. in 8. *I Miracoli di S. Domenico di Soriano, ſeconda impreſſione*. Auguſtinus de Soriano S. Theol. Magiſter, ejuſdem Ordinis, qui publici Iuris fecit italicum opus dictum, *Raccolta de' Miracoli di S. Domenico di Soriano*. Neap. apud Franciſcum Savio, 1656. in 8. Antonius Lembo, Magiſter Religionis præfatæ, in *Chronicis* Soriani Cænobii, 1665. Typ. editis, conſpicuus. Dedalus Fortunato in ſua Comædia italicè hoc titulo: *Gl'infelici Contenti*, Urbivetanenſis apud Rinaldum Ruuli, 1639. in 12. edita, lepidus, atque fecundus. Petrus Zillo, Ord. Carmelitarum, S. Theol. Magiſter, & Doctor, ac Vicarius Provincialis emeritus, Vir doctrina, pietate, & ſimplicicitate, nulli ſecundus. Publico donavit Juri, Montileoni, ann. 1636. italicè Poema heroicum, *de Venatione, Stemmate, & Progenie* Excellentiſſimi Nuceriæ Ducis in 8. Andreas Pilaja, & Hieronymus de Guſmano, Ord. S. Dominici, vitæ ſanctitate, meritiſque conſpicui.

SPATIANUM.

Poſt Cælicum, Conſentiæ Prætura nobilis, in qua marmoris copia ingens, & frugum. Pa-

SITIGIANUM.

VIcus juxtà Turiorum Civitatem ab Athenienſibus conditam, nunc exciſam, non procul à Geminiano, in Appennini jugo ſitus, frugifer. Patria Franciſci, Ord. Seraphici, Sanctitate pleni, & pænitentia inſignis.

SORIANUM.

OPpidum loco penſili ſitum, glorioſum Cænobio Ordinis Prædicatorum, in cujus temp'o aſſervatur Thaumaturga Imago D. Dominici cælitus B. Virginis Singulari dono, delata; ad quam adorandã, votiſque pretioſis locupletandam, ob innumeras gratias, quas paſſim invocantibus elargitur, undique confluunt, ex remotioribus Europæ regionibus ne dum peregrinorum catervæ, ſed nobiliores Principes, ac Prælati: nec fruſtra: magnificentia namque illius Sanctuarii, religioſorum ſanctitate conſpicuorum exempla, Sagræ Imaginis adoranda, ac tremenda majeſtas, exterorum animos conſolatione ſimul, ac ſtupore perfundunt, Surianenſi populo interim non ſine faſtu gratulante. Nec gratiæ natura cedit. Pabulo, vænatione, piſcatu fluminum, & aucupio abundat. Sylvæ glandiferæ, Arvaque frugum, fructuumque, & olei fæcunda: Gypſo, lapidibus frumentariis, & oleariis, operi-

ri-

ribus figlinis, uberrima. Ex eo prodiere Viri literis, & pietate præclari. Hieronymus de Soriano, Magiſter in Sacra Pagina eminens, ex Prædicatorum Inſtituto, qui italicè Typis donavit Neap. apud Robertum Mollo, 1647. in 8. *I Miracoli di S. Domenico di Soriano, ſeconda impreſſione*. Auguſtinus de Soriano S. Theol. Magiſter, ejuſdem Ordinis, qui publici Iuris fecit italicum opus dictum, *Raccolta de' Miracoli di S. Domenico di Soriano*. Neap. apud Franciſcum Savio, 1656. in 8. Antonius Lembo, Magiſter Religionis præfatæ, in *Chronicis* Soriani Cænobii, 1665. Typ. editis, conſpicuus. Dedalus Fortunato in ſua Comædia italicè hoc titulo: *Gl'infelici Contenti*, Urbivetanenſis apud Rinaldum Ruuli, 1639. in 12. edita, lepidus, atque fecundus. Petrus Zillo, Ord. Carmelitarum, S. Theol. Magiſter, & Doctor, ac Vicarius Provincialis emeritus, Vir doctrina, pietate, & ſimplicicitate, nulli ſecundus. Publico donavit Juri, Montileoni, ann. 1636. italicè Poema heroicum, *de Venatione, Stemmate, & Progenie* Excellentiſſimi Nuceriæ Ducis in 8. Andreas Pilaja, & Hieronymus de Guſmano, Ord. S. Dominici, vitæ ſanctitate, meritiſque conſpicui.

SPATIANUM.

POſt Cælicum, Conſentiæ Prætura nobilis, in qua marmoris copia ingens, & frugum. Pa-

tria Antonini Ponta, qui magno acumine perſpicacis ingenii, græcæ, & latinæ linguæ publica in Accademiis documenta reliquit: & Laurentii de Spatiano, Generalis Ordinis Minimorum, doctrina, zelo, vigilantia, prudentiaque eximii.

SPATULA.

Ditionis Carthuſiæ S. Stephani, Scyllacenſi in agro, edito colle pagus ſitus, & frugifer, cum Caſeo, & Hippace optimo. Patria Ioannis de Ape Ord. Heremitarum S. Auguſtini, Coſmi Inſtituti Prædicatorum, & S. Baſilii, ſanctitate, & exemplo conſpicuorum.

STALATIUM.

Oppidum propè Squillacum, vulgò *Stallatti*, omnium fructuum ferax, præcipuè optimo vino, ac frumento abundans: glorioſum Corpore Sancti Gregorii Thaumaturgi divinitùs huic Patriæ conceſſi. Patria Raymundi Ordinis Prædicatorum Magiſtri, qui typis dedit librum italicè cui titulus, *Vita di S. Agazio Protettore della Città, e dioceſi di Squillaci*.

STE-

Digitized by Google

STENIANUM.

STyli Pagus, lapide molari, frumentario, & oleario, uber frugumque ferax;glorioſus in ſuo Auguſtino Minorita, ſanctitate præclaro. Hìc ortum duxiſſe putatur ab incolis Thomas Campanella, de cujus ingenio mirabili plura dicentur *Verbo Stilum*.

STRONGILIS.

CIvitas Epiſcopalis olim ab Auxoniis condita, edito loco ſita, atque rupibus undique ſepta, & ab Oenotriis reſtaurata, indè à Philoctete poſt Trojæ excidium plurimum aucta, Macalla dicta, ſivè Macella, apud Stephanum, ab emoliendo, quod ibi emollitus ſit Philoctetes; de qua Lycophron *in Alexandra*

Et rurſus in Macella templum incolæ magnum
Super tumulum extruentes, gravem Deum
Libationibus honorabunt, & Sacrificiis bovum.

Iſacio interpretante: *Macalla Urbs eſt Italiæ, ubi ſepulchrum eſt, & Templum Philoctetis ab incolis conditum, eique dicatum, cui bovum ſacrificia immolant, uti ſi Deus immortalis eſſet*. Tripolis pariter nominata, atque à Cretenſibus, & Carthaginenſibus penè diruta, atque cremata. Plurimi volunt eam fuiſſe Peteliam ob epitaphia, in marmore ſcripta

in

in ſubterraneis effoſſa, repertaque: Coloniæ, & Municipii munere à Romanis decorata, quos Barrius lib. 4. deceptos exiſtimat, & inanes. A Freto mill. 3. & à Crotone 12. diſſita, omnibus chara elementis, venatione, & aucupio, aquarumque bonitate; Arua frugibus, fructibuſque fęcunda, frumento, ſimilagine triticea in piſtrinis, molendiniſque vento agitatis, goſſipio, ſeſama, capparis, teſtudinibus, armentis, pecorumque pabulis ubera. Glorioſa in ſuis Raymundo, Almaino, & Medio Urbis Epiſcopis; & in Gaſpare de Murgis, & Guillelmo, Ord. Heremit. S. Auguſtini, doctrina, mitra, & Sanctitate præclaris.

STYLUM.

COcynthum inter, & Zephirium promontoria, olim Conſulinum ſub monte ſaxeo, celſoque Civitas vetuſta, quam Stylarum amnis adlabitur, condita, cum emporio nobili, frugibus, & fructibus undique, & ſparſim fęcunda, nobilitate diſtincta, privilegiiſque Ferdinandi I. Titulis, Infulis, literis, pietate, inſignibus, feudiſque, & pagis plurimum locupletata. Sedes Epiſcopalis apud Ughellum, Tom. 9. duodecima, ſtrage Saracenorum exciſa, atque Scyllaceo, teſte Taſſone, Tract. de Anteſ. indè conjuncta; Ex Familiis, ſanguine, & virtute decoratis, plurimum effulſere Ajerba, ex Criptariæ Marchionibus: & Bona, ex qua Thomas,

mas, 1269. Caroli I. Regis amantiſſimus, cui plurimum indigenti pro augenda militia, & robore, opem tulit. Guillelmus, 1271. Miles præfati Regis, Caſtrique S. Demetrii in Calabria dominio pro meritis, & fidelitate potitus. Creſcentius, 1278. itidem. Pyrrhus, 1289. Cerrani Dominus. Balduinus, Domini titulo inſignitus, Terræ laboris, ac Moliſii Prorex emeritus. Petrus, Bectus, & Franciſcus contra Tuſcos ſub Roberto, & Carolo Principibus, ſtrenui Milites. Friderici duo, ſub Alphonſo I. & Ferdinando I. 1465. Feudis, Tituliſque Virorum nobilium à laudatis Regibus cohoneſtati. Joan. Paulus plurium Provinciarum Auditor, aliique plurimi, armis, & literis nunquam ſatis laudandi. Ex Familia de Duce, Bartholomæus, & Marinus, 1272. propriis expenſis Ladislai Regis adjutor, variiſque Feudis locupletatus. Ex Morano, Tancredus, & Rugerius Regii Roberti Familiares, feudis Crotonei, Galeati, Burgiroſſi, aliorumque ab Aragonenſibus redimita. Ex Plutina, Feudatarii multi in Arenis, 1278. Ex Serſalis Proſapia, Bartholomæus, Sabathii, Cropani, & Brugnaturi Dominus, 1278. & Aprutii Prorex, & alii. Armis conſpicui, Ludovicus, Nicolaus, Franciſcus, & Patritius de Rinaldis germani fratres, Caroli V. Cæſaris Familiares, à quo eorum proprium Stemma nigra Aquila Imperiali inſigniri, pro meritis, obtinuere.

Typis, & literis inſignes, Petrus Villarceles,

in omnigena Sapientia verſatus , ac de omnibus Italiæ Accademiis optimè meritus, Minorita ſtrictioris Obſervantiæ , luci dedit Neap. apud Scorrigium 1614. in 8. Opus hoc titulo = *Echinadum Naumachia , à qua B. Virginis precibus de innumera Turcarum claſſe inſignis divinitus eſt reportata victoria* . Aliaque plurima apud Uvandingum .

Ioannes Baptiſta Gregorace , celebris in *Doralicæ Comædia* , luci donata Neap. apud Ioan. Baptiſtam Gargano, & Lucretium Nucci, 1611. metricè concinnata .

Joan. Baptiſta Carnevale, in Medicina præſtantiſſimus , Typis dedit Opus, *de Epidimico ſtrangulatorio affectu* . Neap. apud Scipionem Boninum, 1620. in 4.

Petrus Vigliaroli, Poeta celebris , & Accademicus Otioſus , in ſuo Opere dicto: *Infelix ſtudens; ſeu de infelici Studentium vita* , Neap. 1616. celebris. Tiberius Carnevale in Philoſophia conſpicuus. Franciſcus Malgieri Liotta , omnigena literatura præclarus. Joſeph Caſtagna , Sanguine, & poeſi nobilis, in ſuo Poemico Opere dicto, *Ozj eruditi*, præſtantiſſimus.

Thomas Campanella , Ord. Prædicatorum, Vir ſtupendi , & portentoſi ingenii , ac in omnigena Sapientia diſertiſſimus , eruditione varia, & nova , ævique ſui Philoſophorum facilè Princeps,qui ob ſingularem doctrinam , invidiam ſibi conflavit, quaſi eam ex Inferorum fontibus hauſiſſet , propterea

rea apud Inquiſitores delatus: Neapoli pariter perduellonis reus factus, quod Regnum hoſtibus prodere ſit conatus, in carcerem conjectus, diutiuſque maceratus: Tandem vinculis elapſus, in Galliam tanquam in portum confugiens, Regi, ac Proceribus quoad vixit, teſte Konig. acceptiſſimus fuit. Multa, & varia, atque ab aliis minimè excogitata ſcripſit, partim edita partim edenda, cedro digna, & æternitate, quæ extant =

Phyſiologia. Quæſtiones Phyſiologicæ. De ſenſu Rerum. Opuſcula Phyſica. Metaphyſica. Poetica. Atheiſmus triumphatus. Tractatus Aſtrologicus. Monarchia Hiſpaniæ. Tractatus varii. Medicinalium. De Reformatione Scientiarum. Primalitatum Ethica nova, ſub Epilogiſmi nomine cum Philoſophia ſua naturali, & Politica à Tobia Adamo typis commiſſa. Civitas Solis. Politici Aphoriſmi. Magia. Grammatica, Poetica, & Hiſtorica Philoſophia, atque Æconomica. Philoſophia. Philoſophia divina. Aſtronomia. Monarchia Chriſtiana. Philoſophia Pythagorica. Apologia de venarum, nervorum, arteriarum origine. Syntagma de rei equeſtris præſtantia. Dialogus de ratione convincendi Hæreticos noſtri temporis. Tragædia Mariæ Scotorum Reginæ. Liber de Conceptione Virginis. De Regimine Regni Neapolitani. Conſultatio pro ejuſdem Regni cenſu. Defenſio Summi Pontificis adverſus Oppugnatores. Opuſculum de Peſte Colonienſi. Apologia pro Libro Antonii Perſii de Potu calido. Opuſculum de aſſiſtentia Cardinalium in Curia.

Digitized by Google

Quod Libertas ſub Papatu major ſit, quam, ſub alio quovis Principatu. Conſilium polemicum, quomodo pauci adverſus plures pugnare, & vincere poſſint. De Philoſophia Gentilium non retinenda. Apologia pro Scholis Piis. Expoſitio Capitis IX. Epiſt. ad Rom. De Aulicorum technis. Orationes de laudibus D. Thomæ. Apologia pro Galilæo, de Motu Terræ. Aliaque apud Toppium in ſua Biblioth. Item *De Epiſcopo liber unus. De Prædeſtinatione, & Gratia contra Molinam. Quæſtion.* 50. *Pro Teleſio contrà Ariſtotilem lib.* 8. *Apologia pro Philoſophis Magnæ Greciæ ad Sanct. Offic. De Rerum univerſitate juxtà propria principia. Lib. XX. De Inſomniis Lib.* 1. *De Inveſtigatione Rerum. De Arteriis, nervis, & facult. uſib. & motibus contrà Medicos. De Medicina propria contrà Medicos, Lib. VII. Tractatus duo: Cur Sapientes, & Prophetæ Nationum omnium in magnis temporum articulis, ferè omnes rebellionis, & hæreſis, tanquam proprio crimine notentur: mortique violentæ ſubjaceant, & poſtmodum cultu, & religione reviviſcant. De Tempore, & occaſione ſcribendi, in adoleſcentia, in juventute, in ætate virili, & in ſenectute. Prodromus Philoſophiæ inſtaurandæ. Apologia pro Galilæo Mathematico Florentino. Regalis Philoſophiæ Epilogiſticæ, Partes* 4. *Egloga in portentoſam nativitatem Delphini Galliæ.* Italicè verò = *Concetti Metodici, & Ammaeſtramenti politici. Diſcorſi à Prencipi d'Italia. Dialogo politico contro i Luterani, Calviniſti, & altri Eretici. Riconoſcimento Filoſofico della Religion*

gion Cattolica, contra l'Anticriſtianiſmo Macchiavelleſco. Modo di Convertire i Gentili dell'Indie Orientali, & Occidentali alla Fede Cattolica. Del Governo Eccleſiaſtico ſecreto al Papa per ſare una gregge, e un Paſtore colle forze ſole della Chieſa, benchè ogni uno ripugnaſſe. La Monarchia del Meſſia. La Monarchia univerſale del Criſtianeſimo. Articoli Profetali 18. de Eventibus præſentis ſæculi. Un Libro ſegreto di diſcorſi della Monarchia delle Spagne. Una chiave ſegreta delle Profezie della S. Scrittura ſopra tutte le Nazioni, & in particolare dell'imminente rovina di Venezia. Della Metafiſica, ſecondo i ſuoi principj nuovi trè parti: Della Poſſanza, Sapienza, ed Amore, e de'loro Oggetti, Eſſenza, Verità, e Bontà, e delle loro Influenze magne, Fato, Armonia, e Neceſſità. La Canzona, ò Volume di Sonetti, e Canzoni di varie Republiche, Regni, ed Amici; e Salmodia della Legge naturale, e divina in tutte le coſe, e ſuoi lamenti, e profezie in nuovo modo di profetare. Un Diſcorſo a' Veneziani richieſto da loro, ſe dovean laſciar parlare in lingua ſtraniera, e non Viniziana, gli Ambaſciadori Spagnuoli, e Franzeſi, nel loro Senato. Aliaq. plura apud Exteros.

In ejus effigiem hoc Poema legitur Ioan. Benedicti Perrazzo Ven.

Exprimit elatæ ſat Nomen mentis Abyſſum,
Exprimit Agnomen famæ & ubique ſonum.
Multiplici partum portendit codice plauſum,
Quam cupidè eximii cernis Imago viri.

Digitized by Google

Quod Libertas ſub Papatu major ſit, quam, ſub alio quovis Principatu. Conſilium polemicum, quomodo pauci adverſus plures pugnare, & vincere poſſint. De Philoſophia Gentilium non retinenda. Apologia pro Scholis Piis. Expoſitio Capitis IX. Epiſt. ad Rom. De Aulicorum technis. Orationes de laudibus D. Thomæ. Apologia pro Galilæo, de Motu Terræ. Aliaque apud Toppium in ſua Biblioth. Item *De Epiſcopo liber unus. De Prædeſtinatione, & Gratia contra Molinam. Quæſtion. 50. Pro Teleſio contrà Ariſtotilem lib. 8. Apologia pro Philoſophis Magnæ Greciæ ad Sanct. Offic. De Rerum univerſitate juxtà propria principia. Lib. XX. De Inſomniis Lib. 1. De Inveſtigatione Rerum. De Arteriis, nervis, & facult. uſib. & motibus contrà Medicos. De Medicina propria contrà Medicos, Lib. VII. Tractatus duo: Cur Sapientes, & Prophetæ Nationum omnium in magnis temporum articulis, ferè omnes rebellionis, & hæreſis, tanquam proprio crimine notentur; mortique violentæ ſubjaceant, & poſtmodum cultu, & religione reviviſcant. De Tempore, & occaſione ſcribendi, in adoleſcentia, in juventute, in ætate virili, & in ſenectute. Prodromus Philoſophiæ inſtaurandæ. Apologia pro Galilæo Mathematico Florentino. Regalis Philoſophiæ Epilogiſticæ, Partes 4. Egloga in portentoſam nativitatem Delphini Galliæ.* Italicè verò = *Concetti Metodici, & Ammaeſtramenti politici. Diſcorſi à Prencipi d'Italia. Dialogo politico contro i Luterani, Calviniſti, & altri Eretici. Riconoſcimento Filoſofico della Religion*

gion

gion Cattolica, contra l'Anticriſtianiſmo Macchiavelleſco. Modo di Convertire i Gentili dell'Indie Orientali, & Occidentali alla Fede Cattolica. Del Governo Eccleſiaſtico ſecreto al Papa per fare una gregge, e un Paſtore colle forze ſole della Chieſa, benchè ogni uno ripugnaſſe. La Monarchia del Meſſia. La Monarchia univerſale del Criſtianeſimo. Articoli Profetali 18. de Eventibus præſentis ſæculi. Un Libro ſegreto di diſcorſi della Monarchia delle Spagne. Una chiave ſegreta delle Profezie della S. Scrittura ſopra tutte le Nazioni, & in particolare dell'imminente rovina di Venezia. Della Metafiſica, ſecondo i ſuoi principj nuovi trè parti: Della Poſſanza, Sapienza, ed Amore, e de'loro Oggetti, Eſſenza, Verità, e Bontà, e delle loro Influenze magne, Fato, Armonia, e Neceſſità. La Canzona, ò Volume di Sonetti, e Canzoni di varie Republiche, Regni, ed Amici; e Salmodia della Legge naturale, e divina in tutte le coſe, e ſuoi lamenti, e profezie in nuovo modo di profetare. Un Diſcorſo a' Veneziani richieſto da loro, ſe dovean laſciar parlare in lingua ſtraniera, e non Viniziana, gli Ambaſciadori Spagnuoli, e Franzeſi, nel loro Senato. Aliaq.plura apud Exteros.

In ejus effigiem hoc Poema legitur Ioan. Benedicti Perrazzo Ven.

Exprimit elatæ ſat Nomen mentis Abyſſum,
Exprimit Agnomen famæ & ubique ſonum.
Multiplici partum portendit codice plauſum,
Quam cupidè eximii cernis Imago viri.

Numinis oſores perdit, fiduſque revelat
Abdita quave Polo condita quave ſolo.
Calluit ingenio cunctas omniſcius Artes;
Fit COUS *Medicis, eſt &* APOLLO *Cycnis.*

Et aliud Italicè Joan. Jacobi Lavagna in ſuis Poematibus p. 1.

Ceda à Stilo Stagira, e con ſtupore
Il ſuo vanto maggior mirì oſcurato,
E ſolo d'un Tomaſo al gran ſplendore.
Reſti il Mondo de' dotti oggi abbagliato.
Queſti invitto pugnò contro il valore
Del Campion, ch'al Liceo le glorie hà dato,
E sì de' fogli ſuoi ſcoprì l'errore,
Che Strale è la ſua penna al Peripato.
Con applauſo d'onor, ch'eterno dura.
Queſti al vero ſaper la ſtrada aprio
E de' dubbii illuſtrò la nebia oſcura.
Così in ſomma parlar ſeppe di Dio,
E gli arcani indagar de la Natura,
Che ſol huomo ſembrò, quando morio.

Inſulis glorioſi extitere, Dominicus Carnevale, Epiſcopus Inſulanus. Franciſcus Tirotti Epiſcopus Squillacenſis. Marcus Antonius Conteſtabile, Bovenſis Antiſtes. Marcellus, Thomas, & Fabritius Sirleti, ex Virdivalle oriundi, Scyllacei Præſules; Marcus Antonius Attaffi, olim Sarni, nunc Squillacen. Epiſcopus; aliique plurimi fama venerandi. Sanctitate conſpicui SS. Ambroſius, Bartholomæus, Joannes Theriſtri, Inſtituti Baſilii Ma-

Magni, & Petrus Bono, Ord. Minimorum, 1511. ab Ugonottis pro fide interemptus. Aliique Urbi, & Orbi meritis, & exemplo præclari, quos inter Franciſcus Cætus S. Dominici, & Dominicus Seraphicæ Religionis, Athletæ inſignes.

SUBERATUM.

CAſtrum, quod Beltrana fluvius præterfluit, ſupra mare edito loco ſitum, 4. mill. à Cæcino diſſitum; frugibus, caſeo, & linis optimis Arua ubera, & pabulis. Gloriatur ſepulchro B. Franciſci Sapanenſis, Ord. Heremit. S. Auguſtini; & Jacobi, Inſtituti Capuccinorum natali, Sanctitate, & meritis conſpicuorum.

SYBARIS.

REſpublica Calabriæ inter illuſtres famoſa, & vetuſta, à Trezeniis, & à Sagari Ajacis Locri filio condita paulo poſt Trojanum excidium, apud Solinum; vel ut Straboni placet *lib.*6. ab Achivis, 200. diſtans ſtadiis, inter duos ſita fluvios Cratidem, & Sybaridem, de quibus Ovidius 15. *Metamorphoſeos*.

Crathis, & hinc Sybaris, veſtris conterminus oris,
Electro ſimiles faciunt, auroque capillos.

Urbis autem condendæ author fuit Iſelieeus. Eo autem excellentiæ, Strabone teſte, & felicitatis ea Ci-

Civitas excrevit, ut quaternas proximas rexerit gentes, & quinque, ac viginti Urbes ſuo ſubdiderit Imperio, & contra Crotoniatas trecentorum hominum millium Exercitum duxerit. Super Crathide verò domicilia habentes ſex millium apud Barrium *lib.* 5. & CCL. paſſ. in circuitu. Deliciis, & voluptatibus adeò dedita, teſte Athenæo, ut luxurioſa omnia dicerentur Sybaritica; hinc *Sybariticus luxus*, & *Sybaritici libelli*, ideſt impudici. Convivia Sybaritæ celebraturi, anno prius per fæminas ſumptuoſiſſimè indutas invitabant; primique, qui matulas in obſoniis invenirent, ciboſque exteros, & delicatos; undè Adagium *Sybaritica menſa*, adeò, ut qui lautè cibos parabant, Coquique obſonia optimè præparantes, apprimè honórarentur. Ante potum braſſicas edebant, ne eos Bacchus læderet, neve temulenti fierent; apud quos juxtà Mare Cellæ vinariæ, ex iis vina, partim extrà, partim in Urbem navigiis tranſuehendo. De menſa Sybaritarum Sic Athenæus *lib.* 6. ex mente Poetæ Methagenis.

Placenta fertur, magna Crathi flumine,
Sua ſubacta ſpontè, flumen alterum
Devoluit undas, carnium cum naſtulis,
Sybaris vocatus, batides coctas ſimul
Lolagines, tunc parva voluunt flumina,
Coctoſque phagros, & locuſtas alterum,
Condita ſalſa, cum quibus bellaria,
Sartagines pericomma, forcimen ſimul

In

In ora ſponte, quæ fluebant omnia,
Ac ad pedes amirum fluebat circulo.

Erant & faſtu præturgidi, adagio canente, *Sybaritæ per plateas*. Deferebant enim veſtes mileſiis lanis confectas, floridaſque tunicas precioſis præcincti cingulis, & crocea indumenta ſuper thoraces in deliciis habentes; quin pueros adoleſcentiam uſque veſtes purpureas ferre, & cincinnos auro implexos, mos erat, & luxus. Artes, quæ ſono conſtabant, eiiciebant ab Urbe, ne qua ratione quies ipſa interpellaretur. Gallos quoque eadem de cauſa nutriri recuſabant. In deliciis habebant exiguæ ſtaturæ homunculos, & catellos, quibus maximè pueri, puellæque in gymnaſiis oblectabantur. Divites ſi quando ruſticatum ire vellent, curru vehebantur, adeò lentè, ut diurnum iter tribus vix diebus conficerent: umbraculo, & umbra uſi. Primi fabulatores, ſive fabularum inventores; primique balneatorum artem docuere. Agricolarum aſpectu, voceque offendebantur, nè laboris quid indè contraherent; hinc Lacedæmonios mortis contemptores, non virtutis ſtudio, ſed cupiditate tam miſeram vitam reliquendi, prædicabant. Cupidi quouſque felices eſſent, ad Oraculum Legatos miſere, inter quos Amyris, vel Iſamyris, cui Pythia reſpondit =

Felix tu eris honorans genus Deorum
Benèque venerantes primum hominem Deo
Tunc tibi bellum, & inteſtina Seditio veniet.

Hoc

Hoc audito, ſemper ſe felices fore putarunt, quod nunquam magis homines, quam Deum eſſent honoraturi. Evenit igitur, teſte Euſthatio *in 2. Iliad. ex Pauſan. rethor dictionar.*, ut Sybarita quidam ſervum loris cæderet in agro; qui cum ad Numinis aram confugiſſet, nihilominus perſequente Domino, cædebatur. Ergo ubi vidit ſibi nihil profuiſſe Numinis reverentiam, protinus ad Monumentum patris herilis confugit, atque ibi demum religione commotus herus deſtitit à cædendo; quod ſimul atque conſpexiſſet Amyris, collectis rebus ſuis, in Peleponneſum demigravit, Undè proverbium ortum: *Iſamyris furit*, ut Suidas eſt Author. Paulò verò poſt, cum in Junonis Templo, quaſi ex fonte perenni, ſanguinem ſcaturire viderent, ad Oraculum Delphicum conſultum Sybaritæ miſere, hoc vaticinio accepto =

Cæde meis menſis, manibus non ſanguis aderens
Deſtillanſque recens, probibe tibi limina templi
Non tibi fata canam, magnæ Junonis ad aram
Non immortales hoc Dii patientur inultum.
Si quis enim prudens, ſcelerata è mente profectum
Committat facinus gravis hunc propè pæna ſequetur
Non exorabit, neque ſi genus ab Jove ſummo.
Ducunt ipſe ſuo collo, colleſque nepotum.
Hoc luet, & generi cumulatim dona ferentur.

Indè everſio, & ruina Sybaris tota. Sybaritæ etenim, teſte Aphricano, *in lib. de re milit.* eo delitiarum devenere, ut Equos in Convivia introducerent,

itá

ità inſtitutos, ut audito tibiæ cantu ſtatim ſe attollerent arrectos, & pedibus ipſis prioribus vice manuum geſtus quoſdam chitonomiæ, motuſque ederent ad numerum ſaltatorios. Sed cum Tibicen quiſpiam contumelia fuiſſet affectus, transfugit ad Crotoniatas hoſtes paulo ante prælio à Sybaritis ſuperatos, & quod è Republica foret illorum pollicetur, ſi fidem modo habeant, ſua opera Sybaritarum cunctorum equites in ipſorum venturos poteſtatem. Credita res eſt, & belli Dux creatus à Crotoniatis Tibicen convocat omnes quotquot ejuſdem forent in urbe artificii, modulamentumque iis indicat. Atque ut viſum tempus, procedere in hoſtem jubet. Sybaritæ faſtu præturgidi, quod equitatu ſuperabant, eunt contra, præliumque conferunt. Hìc autem repente dato ſigno Tibicines univerſi conſpirant. Ecce confeſtim modulamine agnito, cantuque illo vernaculo, tollunt, eriguntque ſemet in pedes Equi Sybaritæ, Seſſoribus excuſſis, & quod tripudium domi didicerant, etiam in acie exhibebant. Ita capti omnes equites humi jacentes, & omnes equi tripudia repreſentantes. Hactenus Aphricanus.

Urbe itaque potiti Crotoniatæ, inducto Fluvio, cuncta demerſere. Pauci ex clade, apud Strabonem *lib.* 6., Superſtites adunati cohabitabant, quos temporis intervallo Athenienſes, aliique Græci prorſus extinxerunt; Nam in ſocietatem Civitatis pervenientes, eos per contemptum habitos tru-

cidarunt: Et Urbem alium in locum propè tranſcidarunt: Et Urbem alium in locum propè tranſpoſitam ædificarunt, & eos Thurios, ducto de fonte vocabulo, nuncuparunt.

Apud Theocritum *quinto Idilio* ſub æpuli, & pomilionis perſona, Sybaritica Arua cypero, cynoſbaton, anemone, cytiſó, ægilo, fragis, melle, oleo, vino, cæteriſque ubera ſcribuntur; mollique lana; Quemadmodum apud Pauſaniam *in Eliac.* Jovi Olimpico theſaurum juxtà Epidamniorum divitias Sybaritæ aſſervandum collocavere; & Varronem, qui *lib.* 1. de re ruſtica, in Sybaritano agro jugerum modium centeſimum reddere, ſuis monimentis reliquit.

Cudebant numos Sybaritæ, in una parte Minervam galeatam ſignantes, Tritonem marinum, Neptunum Tibicinem, & Palladem; & ex poſtico Tauri figura Sybarim fluvium, altera manu arundinem, altera habentem urnam aquam effundentem, hac græca epigraphe σύβαρις.

Et ſi deliciis tota addicta Sybaris, ne virtutem vitiis obrueret, multos habuit ſcientia, literis, & politioribus artibus inſignes. Varii ex Pythagorico Cætu extitere Philoſophi ex Jamblico, quales fuerunt Therſcina mulier, Poleſneus, Thimaſius, Æneas, Thirſenus, Proſchenus, Meneſter, Deax, Evanor, Iſpeſus, Diocles, Polomeus, aliique plurimi.

Fabulis, Poeſi, & Comædiis incomparabiles, inventione, & lepore conſpicui. Thurus fabularum Au-

Author, apud Theonem Sophiſtam. Alexis Poeta comicus Menandri Comici patruus, celebris in ſua *Brettia* nominata, ac in ducentis quinquaginta quinque fabulis, & apologis, nulli ſecundus, apud Aphronium Sophiſtam, Theoretum in exercitamentis, & Ariſtophanem in Veſpiſ. Stephanus Alexis filius, apud Suidam, Poeta comicus. Menander, Alexis nepos, poeta celebris, & comicus inſignis, ex quo, Terentius 216. *comœdias* de græco ad latinum tranſtulit, ſuaſque fecit. Smindires, apud Jamblicum, in Philoſophia, quin in deliciis, & luxu eminentior, atque divitiis: rarò etenim Sapientia cum opibus. Hemiteon poematibus clarus, apud Ovidium, *lib. de triſtibus*. Calliſtenes, Poeta, & Hiſtoricus diſertiſſimus, apud Stobæum *in Collectaneis de morbis*. Phıletas, teſte Pauſania *in Eliac.*, qui in 41. Olymp. ſolo cæſtu pugnans, atque 45. gravioris armaturæ peditum curſus in ſtadium cum plauſu receptus, omnes ſuperavit athletas; & Anthyſtenes, apud Ariſtotilem *de mirabilibus* in ſua Veſte opere plumario elaborata, celeberrimus, ita à Tzetza deſcripta =

Tale veſtimentum fuit Antyſthenis,
Erat ſuſium purpureum quinque, & decem cubitorum,
Habens animalia, & Deos, & Perſica, & Suſa.
Margaritis ornata, & lapidibus pratioſis.
Manica verò una quidem habuit Antiſtenem.
In altera autem Sybarim civitatem Anthiſtenis.

Hoc autem Dionyſius prior ille cum potitus eſſet,
Centum, & viginti talentis numorum
Carthaginenſibus vendidit.

Aliique plurimi apud exteros, & noſtrates cum Thuriis inferiùs confundendi.

SYLLANUM.

VUlgò *Scigliano*, Civitas, ſupra Sabathium amnem edito loco, & ſalubri à Brettiis condita, & in varias hinc inde regiones diſtributa, literis, nobilitate, infulis, & armis famoſa. A Syllano Caſtro nobili, & forti denominata, quod fortè à Syllano Romano Duce, atque ſtrenuo nomen ſumpſit. Multa pro libertate paſſa, propriis ſumptibus, & fidelitate à Regibus cunctis, maximèque ab Auſtriacis, privilegiis, & munere redimita, à ſervitute, Baronumque ſubjectione, ſoli Imperio ſubdita, liberata eſt, & extracta; Regali gubernio, Accademia, Senatus Teſſere, aliiſque Inſignibus pro meritis, zelo, & fortitudine adverſus Hoſtes, à Ferdinando, & Philippo principibus plurimum locupletata. Arua ubera, frugum, fructuumq; fæcunda. Cæli temperie, aquarum bonitate, elementorumque cæterorum affluentia, & benignitate jucunda. Ex ea prodiere Viri in omnigena literarum, diſciplinarumque palæſtra illuſtres. Armis inſignes, Sangonectus Franchinus, Caroli V. Cæſaris Coronellus, & Commenſalis. Pompejus Maz-

Mazza, Tribunus Militum. Fernandus Stocco, & Marius Mirabelli, Magnus Signifer in Mediolani conflictu, fama venerandi. Pelius Mazza, Dux equitum. Annibal Bruni, & Petrus Franciſcus Gualterius, Auditorio munere, militiæque Cingulo inſignes. Typis præclari, Hieronymus *delle Pira*, in Neapolit. Accademia, publicus Medicinæ Profeſſor, qui publico Juri fecit Opus *de Improbo uſu Veſſicatoriorum, ſpirituum, & extractorum in omni febre, ac præſertim in ea, quæ ab aeris mutatione ſuboritur*. Neap. apud Matthæum Nucci, 1636. in 4. Jacobus Bruno, in ſuis *Diſceptationibus Philoſophicis, atque Theologicis*, in variis voluminibus diſtributis, Meſſanæ, & Neap. excuſis; ſimiliter, & italicè in aliis Monimentis hiſce titulis redimitis = *Sacro Teatro dell'eccellenze, prerogative, privilegj, e frutti miracoloſi del SS. Roſario &c.*. Neap. 1698. apud Carolum Porpora, & Carolum Troyſe. *Quareſimale de' Sermoni del SS. Roſario*. Neap. apud Joan. Franciſcum Paci, 1692. *Annuale de' Sermoni del SS. Roſario*: Neap. apud Franciſcum Paci, 1692. Ord. Prædicatorum Mag. Doctus, & ſubtilis. Robertus Mirabelli, Soc. Jeſu, Verbi Dei Præco inſignis, ac in Theologia, & Philoſophia celeberrimus, Typis donavit Romæ, apud Corbellet. 1662. in 4. italico idiomate = *Sermoni, e Diſcorſi ſopra varj luoghi della Scrittura Sacra*. Laurentius Mirabelli, doctus, & pius Author in ſuo Opere, dicto = *Ragionamenti, e Sermoni ſopra varj luoghi delle Divi-*

vine Scritture. Romæ apud Hæredes Corbell. 1652. in 4. Laurentius Gauderino, publicus, literarum Bononiæ Profeſſor, in ſuis *decem libris Epiſtolarum*, omnem redolentium eruditionem, & concinnitatem, 1525. conſpicuus. Aurelius Gauderinus, Vir ingenio, doctrina varia, ac lectione multa, magnus, & excellens, opus ſequens luci donavit = *Duæ Orationes luculentiſſimæ, una de Philoſophia, altera de Virtute*. Bononiæ, apud Benedictum Hector. 1523. Franciſcus Franchini, Maſſæ Antiſtes emeritus, ac multorum Operum Typ. editorum eruditiſſimus Scriptor, Poeta, & Orator percelebris. Grabiel Maſcaro, Præſul integerrimus, impensèque eruditus, Benedictini Inſtituti. Cornelius Ajello, Ord. Minor. de Obſervantia, Lector jubilatus, & Provincialis vigilantiſſimus: in ſuo *Symboli S. Athanaſii* volumine, ſublimis Scriptor, & doctus. Jacobus Græco, Ciſtercienſis, Compilator vitæ Abb. Ioachimi, diſertus. Antonius de Accactatis, Martyrani Vicarius Generalis, in ſuis *Monimentis Legalibus* proximè edendis, multiplici doctrina clariſſimus. Franciſcus, Inſtituti Capuccinorum, & Hieronymus, Ord. Heremitarum S. Auguſtini, Sanctitate, doctrina, & meritis venerandi; aliique plurimi Philoſophi, Theologi, Medici, Poetæ, Rethorici, Eruditi, æternitatę haud obituri.

SY-

SYNOPOLIS.

OPpidum vetus, & novum, edito, ſed penſili loco in Appennini radicibus conditum, quod Vadus amnis, Torrentinis, & Anguillis uber, teſte Barrio, præterfluit, cum Emporio nobili, variis pagis locupletatus; agris frugiferis, vino, oleo, mineralibus mercurii, nitri, marmoris, atque in montanis Caſtaneis, plantiſque glandiferis ſuperabundans. Glorioſum natali B. Pauli Minoritæ de Obſervantia, Vicarii Provincialis, atque Cænobii SS. Annunciatæ Civitatis Rhegii Fundatoris: & Franciſci, Inſtituti Capuccinorum, meritis, & pænitentia conſpicuorum. Ex eo prodiere pariter Nicolaus Carbone, U. J. D. in ſuo opere dicto = *Practica Practicarum, & Compendium Curiarum, in tres libros diſtincta*. Ven. apud Franciſcum de Franciſcis, 1590. in 4. celeberrimus. Camillus Carnevale, Scipio, & Gregorius, aliique plurimi in omnigena literatura, armorumque peritia præclari.

TABERNA.

TRiſchenis Urbis à Mauris devaſtatæ reliquiæ Civitas hæc nobilis, juxtà Silam Sylvam, quam Allius amnis adlabitur piſcoſus, Torentinis uber, atque fæcundus. Sedes olim Epiſcopalis, Elemen-

mentis chara, aeris dulcedine, aquarum bonitate, cæterorumque ubertate, atque deliciis omnibus conſoua æquè,& jucunda: pluribus pagis redimita: vino, calcante, terebintho, lapide ſpeculari, ſtibio, lapide plumbeo, arboribus glandiferis, & caſtanetis Arua ubera, venatione & aucupio clara.

Ter diverſis temporibus, diverſiſque in locis ædificata. Primo ab Idomenæo Cretico, qui unus fuit ex Regibus in Trojano bello pręclaris: Hic cum devicta Troja ad Creticam ſuam Inſulam devenifſet, à Tyranno Avunculo expulſus, ſeceſſit cum ſuis, Tyrrhenum mare enavigans, ad Magnam Gręciam, ibique adauctis commilitonibus, rediit ad Regnum: ſed iterum ejectus à Tyranno, iterùm Magnam Gręciam repetens, in fluminę Vrię ejuſdem amnis nomine Civitatem maximam ędificavit: ubi quoniam commilitones, ex tribus diverſis nationibus. .s. Cretenſium, Salentinorum, & Gręcorum, componebantur, tria ſejuncta Templa conſtruxerunt, quamvis Civitas ipſa unum corpus efficeret. Temporis tandem decurſu cives ipſi, Dionyſio Areopagita prędicante, Catholicam religionem amplexi, illa tria idolorum delubra, in tria Tabernacula, ſeu templa Chriſti nomini dicata, commutarunt; unde gręco vocabulo Τρίσκηνον, à tribus dictis tabernaculis, Civitas eſt appellata. A Mauris tandem, Siculis, ac Saracenis Urbe devaſtata, pauci illi Cives, qui ſuperſtites evaſerunt, in locum à mari octo mill. diſſitum novam conſtruxerunt

runt Civitatem, retento nomine Trium Tabernarum, quæ nunc vulgò *Taverna* dicitur. Fuit autem Civitas Epiſcopalis, ac in ejus Cathedra ſederunt inter alios Nicolaus Marincola, Nicolaus Marino uterque Concivis: translata tamen fuit Epiſcopalis ſedes ab hac, ad Civitatem Catanzarii, poſt ſecundam Triſchenes ruinam, tempore Gregorii Magni, qui in una ex epiſtolis ſuis Eccleſiam Triſchenenſem Joanni Epiſcopo Squillacenſi (& ſi ob amanuenſium errorem in aliquibus codicibus legatur *Treverenſi*) commendavit. Tertio Civitas deſtructa fuit, vix relictis ſui ipſius veſtigiis, ac nomine Tabernæ antiquæ retento, quam Cives in uno ex pagis ejuſdem, qui dicitur *Bompignano*, prope fluvium Alli, reædificarunt: quo in loco omnibus ſupra enumeratis optimis qualitatibus, fruitur.

In ea floruere viri honoribus, meritis, doctrina, & ſanctitate conſpicui. Infula decorati Oratius Schipanus, Innocentii IX. Familiaris, Epiſcopus Bellicaſtrenſis, an. 1591. ſepultus 1596. Neap. in Sacello D. Franciſci de Paula, intra Phanum S. Mariæ de Veritate cum hoc Epitaphio.

D. O. M.

Horatio Schipano, Bellicaſtrenſi Epiſcopo,
Joanni Antonio Facchinetto Sanctorum quatuor
Cardinali à Sacris, Viro in amicos officioſiſſimo
Morum Sanctitate, in rebus agendis ſumma

Digitized by Google

Dexteritate conſpicuo, omnibus Romanæ Aulæ
Principibus apprimè charo; & quod magis mirere,
Singulari animi moderatione, & in adverſis tolerandis
Conſtantia, quòd vel hinc diſces, intrà ſexaginta dies
Herum ad excelſum Pontificatus Solium evectum,
Eundemque veluti terris oſtenſum, è veſtigio è vivis
Raptum ſpectavit, neque ultra in Aulæ ludibriis
Perſiſtendum ratus, ad Eccleſiam ſibi Commiſſam
Regendam ſeceſſit, ibique extremum vitæ diem
Pacato animo clauſit. Marius Schipanus Patrueli Optimo

Poſuit.

Item Nicolaus Marino cum cæteris prænominatis Urbis Antiſtes. Angelus Veraldi Martyrani Epiſcopus. Fortunatus Durante Præſul Squillacenſis, celebris in ſuo *opere legali* edito pro ſuæ Eccleſiæ, Sanctique Agatii Emporii libertate tuenda. Bonaventura Poherius Ordinis Seraphici de Obſervantia Generalis, emeritus, ac Salerni Archiepiſcopus vigilantiſſimus. Marcellus Anania Epiſcopus Sutrinus, & in Romana Curia Vicegerens tempore Innocentii X. N. Marincola Tianen Epiſcopus, ac in Romana Curia Advocatus adeò celebris, ut in diſcuſſionibus Regaliarum Regis Chriſtianiſſimi, publicas theſes pro Catholico Rege contra Eminentiſſimum Baronium ſubſtinens ſummum meruit plauſum in Urbe. Aliique plures: hoc

Digitized by Google

hoc ſolum ad Urbis hujus honorem memorando, quod noſtro ævo tres ſimul ipſius Concives Epiſcopatus infula decoratos habuit: eodem enim tempore, quo Poherius Salernitanam, Durante Squillacenſem, Veraldi Martyranenſem, regebant Eccleſiam.

Sanctitate celebres fuere S. Falchus Ordinis S. Baſilii: B. Pyrrhus Poherio, Socius Sancti Franciſci Aſſiſinatis, & Provincialis Ordinis, vitæ abnegatione inſignis. Antoninus Schipani Soc. Ieſu, in India Coccini Rector, & Provincialis, pro Chriſti honore, patientia, laboribus, ac ſtudiis conſumptus. Didacus Morrone, Antonius, Octavius Iazzolino, Iacobus Teutonico, Alexander Poherius, Leander Preti, Ioan. Antonius Anania, ſanguine, ſapientia, & pietate celeberrimi. Hyacinthus, Angelus, Benedictus, Hyeronimus, Dionyſius. Beatrix Rotella, Bernardina Anania, aliique meritis, & exemplo clariſſimi.

Ex Ordine Prædicatorum plures integerrimæ vitæ Religioſi meritis refulxere; inter quos P. Teutonico, ac Perrelli Sacræ Theologiæ Magiſtri, ſicut & Seraphinus Farao etiam Magiſter, quorum duo primi temporaliter Cænobium ſui Ordinis propriæ domus ſumptibus multùm auxerunt, ac ſingulari probitatis fama illuſtrarunt, tertius cum Paulo Farao ejuſdem Ordinis, regulari Obſervantia rigidiori adjuncta, Sanctitatis plauſu mirum in modum decoravit. Antonius Cirillo ejuſdem

Inſtituti, ac Urbis Patritius, qui poſt excidium terremotus, quo Surianenſis Domus (ubi morabatur) penitus corruit, à quo non ſine miraculo ereptus fuit, arctiori vinculo Deo adſtrictus, concionibus, pænitentiis, ac infirmitatibus rara patientia per plures annos toleratis, conſumptus, innumeris optimæ vitæ exemplis relictis, obiit in pace. Noſtro etiam ævo, memorabilis famæ, ac Sanctitatis opinione celebris, floruit ex Tertio Ordine D. Dominici Soror *Nonna* Torchia, puritatis, & innocentiæ ſpeculum, quæ tanta fuit à Deo ſimplicitate ornata, ut nedum corporis, & mentis candore niteret, ſed omni cogitationis impuræ macula, incapax videretur, cum nec quid nomen *meretricis*, ſignificaret, intelligeret: Fama ſanctitatis omnibus clara, Deiparæ Virgini ſub Roſarii titulo adeo devota, ut ſuo nomine quidquid à Deo peteret, impetraret, Virgine ſic eam diſponente, ut quod ſibi concedi congruum non foret, ut non peteret, ab illius memoria excidere ſtatim permitteret: toleratis denique hilari animo acutiſſimis extremi morbi doloribus, animam Deo reddidit, ea die, qua prædixerat; ejuſque corpus poſt novem ab obitu annos, integrum perſeverat: ejus vitam innumeris ſuæ Sanctitatis indiciis cumulatam, luci dandam expectamus, à ſuo Confeſſario Antonino Cirillo ejuſdem Ordinis, qui uſque ad ultimum Spiritum, illius innocentiam eſt admiratus.

Li-

Literis, & Typis glorioſi, Joan. Laurentius de Anania, in Philoſophia, Coſmographia, atque in omnifaria, & politiori Sapientia impensè eruditus. Publici Iuris fecit italicè, Ven. 1576. ad inſtantiam Anelli S. Viti Neapolit. *L'Univerſale Fabrica del Mondo, ovvero Coſmografia, diviſa in 4. Trattati*. Item latinè Opus doctum, *de natura Dæmonum, Lib. 4. Quorum I. Agit de Origine, & differentia Dæmonum*. II. *De eorundem in homines poteſtate*. III. *De his, quæ Dæmones per ſe operantur in nobis*. IV. *De his, quæ hominum auxilio peragunt. Quæ omnia, tum exemplis, tum rationibus philoſophicis, ac theologicis comprobantur. Cum Indice rerum memorabilium*. Ven. apud Aldum, 1589. in 8. Thomaſinus Marincola, in utraque lingua multi judicii, & variæ eruditionis. Ioan. Andreas Filante, U. I. D. atque in Cathedra Neapolit. publicus Jurium Profeſſor, Neap. apud Iacobum Carlinum, 1602. in 4. Typ. dedit, *Commentaria in Inſtitutiones Imperiales, ubi quid de jure communi obtinet breviter explicatur; & quod de Jure Regni, & Conſuetudinario Neapolit. eſt correctum, non omittitur*. Ferdinandus Poherius, Vir omnis elegantiæ, & totius antiquitatis ſtudioſiſſimus, & Horatius Poherius Eques Hieroſolymitanus, Regis Domeſtici, & Commenſales. Franciſcus Cirillo, pius, ac doctus, qui luci dedit opus *Sacre poeſie* affectibus plenum, ac amoris erga Chriſtum, odii erga peccatum, timoris erga infernum incitandi aptiſſimum. Cæſar Mo-

Monitius, in Iuriſprudentia, Medicina, Philoſophia, & Poeſi, præ mortalibus ſui ævi florentiſſimus, Neap. Typ. donavit italicè, apud Camillum Cavallo, 1647. in 8. *La Talia, dove ſi contiene la Eiaſca con le lagrime del Vesbo furioſo; & uno aſſaggio del Volume maggiore intitolato = Crumena Sapientis*. Antonius Poherius, Crotonis Marchionis Aſſeſſor, de omni literatura præclariſſimè meritus. Raymundus Ferrari, I. C., Iuſtitiæque Rector, variarum antiquitatum peritiſſimus. Madoctus Tabernenſis multiſciæ lectionis egregiè doctus. Petrus Antonius, & Ioannes Baptiſta Ferrari, Viri doctrinæ multiplicis, atque in utraque lingua eximiè exercitati. Dominicus Marincola, in Mathematica incomparabilis, Neap. apud Robertum Mollo, 1637. in 4. Typ. dedit italicè Opus dictum = *Trattato dell'Ordinanze de'Squadroni, ed altre coſe appartenenti al Soldato in queſta materia*. Pompejus Filante, Vir in omni genere literarum excellentiſſimæ eruditionis, Scripſit plura, & varia ſuper *præcepta Rethorica*, *ſupra Ciceronem*, *ſupra Poeticam*, atque *ſupra L. Florum*. Adnotationes doctiſſimas. Paulus, Ord. Prædicatorum, in omnigena Sapientia diſertiſſimus; Urbis Legatus ad Hiſpaniarum Regem. Nicolaus Antonius Blaſco, Doctor eminens; publicè Iuri donavit Opus hoc titulo: *Sylva memorabilium Juris, ſeu Concluſionum illuſtrium, non omnium, quæ in Jure verſantur, ſed quæ digniora ſelecta viſa ſunt*. Neap. apud Hæred. Matthiæ Cancer. 1588.

Digitized by Google

1588. in 4. Nicolaus Ricci, Ord. Carthuſianenſis, celebris in ſuo Monimento, *de Viris Illuſtribus Carthuſienſis Ordinis*, *Liber collectus ex variis Monumentis*. Marius Schipanus, in Epiſtolis Petri la Valle famoſus: Protophyſicus integerrimus, Poeta doctus; multæ, ac variæ lectionis, ſcientiæque omnifariæ excultiſſimus. De eo ſubſcripta laus Aloyſ. cent. 5. Ep.

Ad Marium Schipanum Poetam, & Medicinæ Artis
Peritiſſimum.

Caſtalii Collis lux inclita, cui Mare nomen,
Nectereum Siren cui dedit alma melos.
Pieridum decus incedis par omnia Phœbo,
Ille lyra, jaculis, Peanis arte valet.
Peanis arte rapis mortalia corpora lætho;
Lætheiſque lyra nomina tollis aquis.
Spicula tractandi veniat ne dira Cupido:
Tela ſit invidiæ frangere poſſe ſatis.

& Epitaphium à ſemet, dum viveret, compoſitum, apud Toppium in ſua Biblioth.

Marius Schipanus non ſemel animo
Reperens, quam parata, &
.... procliva defunctorum eſſet
Oblivio, præſumpto hæredum officio
De privato ſibi ſepulcro, vivens
Conſuluit. Anno Sacræ pangyſis
MDCL.

Matthias Preti, Pictor inſignis, & Eques Hieroſolym. pro meritis. Hieronymus Piperi, in multis Mo-

Digitized by Google

Monimentis omnigenis impensè eruditus, cujus eſt ſuper Urbis veteris trium Tabernarum reliquias hoc Epitaphium.

Ad Tabernatem Viatorem
Intuere hanc nudam ſecundæ Tryſchynes.
Sedem.
Quidquid Patriæ tuæ Arcana inquirere
Aves
Arcem, quam Parietibus prolapſis,
Humique jacentibus
Dirutam cernis,
Hoſtilis impietas funditus devaſtavit,
Hæc quam ſæcula priſca
Epiſcopalibus Muniis, Infulis,
Et Thyaris
Ornatiſſimam Urbem decantarunt.
Nunc languet
Infelix, deſerta, vepribuſque
Operta,
Brutis Sylveſtribuſque malè apta,
Et miſera ſtatio.
Proh dolor!
Sic ſe habent temporum vices,
At ſi de tuæ Urbis origine
Acies, ſtimulique Ardor
Te pungit, & angit;
Haſce miſerias commiſerare
Viator.

Aliique plurimi omni gloria, laudeque honeſtandi, In-

Digitized by Google

Inſula, Toga, & clypeo. De eadem ſic Franciſcus Deodatus cecinit.

Vel me Tryſchynen, vel verſa ſede Tabernas
Appelles, Calabrum gloria, terror eram:
Urbs opibus, ferroque ingens, Populiſque, Viriſque
Decubui, & ſurgo Cive refecta novo.

TARSIA.

OLim Capraſa, Iſaurum inter, & Crathim amnes extructa, omnigena fertilitate Oppidum præditum. In eo floruere Viri literis, & pietate nunquam ſatis laudandi: Inter quos Alphonſus de Pinibus, immortalis memoriæ Vir, atque in omni optimarum artium genere verſatiſſimus. Nicolaus Montalto, doctrina, fama, & eruditione illuſtris. Marcus Aurelius Severinus, eximium Medicæ facultatis decus, ſummum eruditionis culmen, & in intima, ac recondita omnium Diſciplinarum notitia, ſui ævi maximè Princeps. Plura & varia luci donavit, omniaque cedro digna, & æternitate, quæ extant.

Anatomiæ, & Chirurgiæ. Vipera Pythia, ideſt de. Viperæ natura, veneno, Medicina, Demonſtrationes, & experimenta nova. Patavii, Typ. Pauli Frambotti, 1651. in 4. *Therapeuta Neapolitanus, ideſt Venimecum conſultor curandarum febrium, & internorum omnium morborum: incluſa Pædancone affectu peſtilente, ac pueros præfocante, cum commea-*

mentario clariſſimi Thomæ Bartolini, Regis Danorum Archiatri. Neap. typ. Roberti Molli, 1653. in 8. in cujus catalogo ſequentia leguntur Volumina hoc aſteriſco * notata.

Ex Phyſiologia.

Phyſiagogica, & Emphytologica prima principia ſciendi demonſtrata. Dimiatria. Phyſiognomia medicinalibus, & compar ethophyſiognomia diſtinctæ. Phyſica genuina Nicolai Cabei, cum IV. meteorologico, & lib. de calore uno Siverini. Pneuſitheoria. Pneuſichtoſia. Cyrtologium Platonis in Timæo, ſeu de Contextis affabrè ſub animantis ergaſtulo naſſis. De Piſcibus in ſicco viventibus. Phoca illuſtratus cum iis ſegmentis ad Solertiſſimum Medicum Doctorem Janum Georgium Volchomerum Pæonem alterum Reipublicæ Norimbergenſis, amicum lectiſſimum de Radio Turturis Marinæ.

I. *Libri Commendatio X. Viris Cl.*

II. Οὐρανοφοίτης. i. *Cælo receptus Phoca.*

III. Σπλαγχνοσκοπία. i. *obſervatio corporis interioris.*

IV. Φυσιολόγια. i. *expoſitio naturæ (Phocæ)*

V. Μακροδυθρία. i. *longa urinatio (Phocæ.)*

VI. Ἐπινάρμοσις. i. *diſſertationis uſus expoſiti.*

VII. Πόρισμα. i. *de arteriarum apud Harvejanos uſu.*

VIII. *Peroratio.*

De Veneno radii Paſtinacæ marinæ. Agyræma. Magirium naturale dioptra perluſtratum:

De

De Lapide fungifero. Divinator, ſeù de Divinatione rerum naturali.

E Re *Anatomica.*

Zootomia Democritæa. Symbolæ anatomicæ. Epidochæ diſcuſſiones quatuor in totidem anatomicas quæſtiones Julii Jaſolini præceptoris. De Utero, & Fœtu, & reliqua anatome, tum ordine compoſitivo, tum diviſivo.

E Re *Medica.*

Apoſtimatias, quod aliàs, de recondita abſceſſuum natura inſcriptum eſt. Item alterius Tomi Coagmentum cum figuris. Seilomaſtix, ſeu de phlebotome ſalvatellæ. Conſultationum Medicinalium in utraque rei medicæ facultate: Tomi 2. Anterotematum, ſeu reſponſorum medicinalium, & varia doctiſſimis amicis inſcripta miſcella. Tom. 2. De Choccolata indico medicamento. Diſceptationes Anatomicæ, & Medicæ. Nuſophthalmia, ſeu de vitiis oculi dignoſcendis, atque medendis. Chirurgia illuſtrata. Efficax Medicina. Chirurgia trimembris. Chirurgia Authentica. Chirurgia Traumatica reſtituta: ad quam acceſſerunt animadverſiones chirurgicæ, & il Medico al roveſcio. Chirurgia inermis. Chirurgia Scholaſtica duplex major, minor. Sophiſtica Medicina detecta Satyra pediſſequa Brancaleonis.

Paraphraſes, & Exegeſes, ſeu Commentaria noſtra Principes in Authores.

In Hippocratis libros technicos ſingulos commentaria, & in alios pleroſque Lib. indigitamenta. In Dioſcorid.

libri primi proœmium, & in reliquum de medica materia paraphraſis, & notæ tantum, non abſolutum opus. Pro Galeno defenſiones, adverſus Trallianum, Avicennam, Magnum Commentatorem. In artis Galeni medicæ Librum primum diatriba. In Harvei lib. de Cordis, & ſanguinis motu analecta marginalia. Scribonii Largi vita, & in ejuſdem compoſitiones adverſaria.

In rem Chirurgicam commentaria, ex quibus Ars Chirurgica conflatur exegematica.

In Librum de Ulceribus Hippocraticum commentarius. Item in Librum de vulneribus capitis Hippocraticum commentarius. Paraphraſis in proœmium generale Celſi. Commentarius in Quintum de re medica Celſi. In ejuſdem Auctoris octavi libri cap. 4. paraphraſis. De vulneribus nervorum ex Galeno. In Avicennæ tractatum de ulceribus metaphraſis. Item in Avicennam de ulceribus generatim.

Exoterica.

Adversùs Aſtrologos declamatio adſcito Sexto noſtra verſione. Præfationes, laudationes, teſtationes. Græciſmus derivatus, quo cum comprehenditur Grammatica Græca per verborum ſpecies, ut Latina digeſta. Epiſtolarum Latinarum centuriæ paulò tribus minores. Juvenilia, tum Carmina, tum Proſæ genii gratia ſervata. Problematologus variè contextus.

In genere Logico.

De locis dialecticis ex Rhodolpho Agricola. Rudimentum de norma repetitionis ab Auditoribus retinenda. De

De Methodis doctrinarum ex Zabarella, & Capivacca cum Ariſtotelis Organi compilatione conjunctæ periocha.

Ex Phiſicis.

Animadverſiones in Ariſtotilem de Calore nativo. De rerum ortu ſimplici, de Elementis, de Generatione, de miſtione &c.

Sequentia Italicè exarata.

Declamazioni contro i migliori Filoſofi, ed Oratori. La Galleria del Caſa, cioè delle bellezze, e degli artificj oſſervati nelle Rime di Monſig. della Caſa, con cui van congiunte la Topica di Giulio Camillo dal Siverino ricompilata, ed un della Comedia antica, trattato. La Filoſofia, ovvero il perchè degli Schacchi. La querela della (&) accorciata. Aliaque plurima pariter Legalia, apud Laurentium Craſſum in Elog. p. p. Vir gloriæ cupidus, & in amicis laudandis apprimè pronus, quos ut plurimum obtrectatores, inſectatoreſque expertus eſt: Cæterum apud literarum Orbem laudibus proſequutus, Templum honorum Aurelio noſtro Dani, Boruſſi, Angli, Celtæ, Allobrogi, Belgæ, Saxones, Franci, Norici, Itali, &c. conſtruxere.

Ioannes Baptiſta Græco, Provincialis emeritus, ac Verbi Dei Præco inſignis, Ord. Heremit. S. Auguſtini; & Guillelmus ejuſdem Inſtituti, Sanctitate conſpicuus.

TAU-

TAURIANUM.

CIvitas vetuſta poſt Paceolinum, ſivè Metaurum amnem, Geoliam inter, & Scylleum propè Mare apud Melam extructa, cujus nunc penè veſtigia viſuntur, ab Agarenis, & Siculis devaſtata. Sedes Epiſcopalis, nunc Mileto juncta, ex qua Georgius Taurianus Antiſtes Synodo Conſtantinop. VI., & Theodorus Epiſcopus Turianus Synodo Nicenæ II. interſuere, nec non & Opportunus ejuſdem Urbis Præſul, in Decretis Gregorii Papæ III. ann. Chriſtiano 735. apud Barrium memoriæ venerandæ; ubi Arua frugifera, venatione, & aucupio, mariſque Xiphiarum piſcatu, deliciosa. Gloriatur Natali S. Phantini, S. Zaccharıæ, S. Joannis Urbis Epiſcopi, S. Lucæ, S. Georgii, ejuſdem Civitatis Antiſtitis, Inſtituti S. Baſilii M. doctrina, pietate, miraculiſque præclarorum; quemadmodum atque SS. Fantii, & Deodatæ S. Phantini parentum; Theodoli, Candidi, Prothi, Chryſogoni, Anthenoris, Quintiniani, Niviti, Cantiani, & Cantianillæ martyrum, qui proprio ſanguine Brettiam decoraverunt,& Fidem.

TERRANOVA.

OLim Sappominulium, Oppidum nobile cum emporio illuſtri, atque vetuſtum Ulterioris Ca-

Calabriæ, edito loco, undique rupibus ſeptum in Appennini radicibus, Marno amne adlabente piſcoſo, & celebri: ſuprà Geoliam planitie ampla frugibus plena, atque fæcunda, reliquiis Tauriani famoſum, & ſi communi Calabriæ ſtrage à primævo decore maximè diminutum. A Freto 10. mill. diſſitum; ubi Serico, vino, lino, venatione, aucupio, piſcatu, cæteriſque ad vitæ commodum, atque delicias potitur, & jucundatur. Ex eo prodiere Viri omni exceptione digni: Franciſcus à Terranova, Magiſter in Sacra Pagina eminens, Ord. S. Auguſtini, illuſtris in ſuis Monimentis, quæ extant = *Brevis, ampla methodus pro morbis humani Corporis in particulari curandis*. Romæ apud Angelum Bernabò, 1658. in 4. Tom. II. quorum unus editus, alter edendus. *Conſiderationes in Symbolum Apoſtolicum*. Italicè verò = *La Vittoria navale, Poema eroico, diviſo in 12. Canti*. *L'Appoſtolo piangente. Sonetti, e Madrigali Sacri*. Paulus Gualterius, Philoſophiæ, ac Theologiæ Profeſſor eximius, Multa, & varia ſcripſit pietate plena, atque eruditione, quæ ſequuntur = *Il glorioſo Trionfo, overo Leggendario de' Santi Martiri di Calabria, lib. 1. dove ſi tratta d'alcuni Uomini illuſtri, i quali eſpoſero la vita in ſervigio di Dio; e di più dell'Origine de' Frati Capuccini*. Neap. apud Matthæum Nucci, 1630. in 4. *Suppellettile hiſtorica, colla vita di 61. Capuccini di Calabria*. *Tomi cinque di SS. Confeſſori, fondatori di Religioni, Congregazioni, Beati, e ſi-*

e ſimili. De Philoſophis Calabris. Topographia antiqua, & nova Calabriæ. De Militia Calabriæ; atque Illuſtrium Calab. elogia. Cujus plura in laudem Poemata italica leguntur, atque latina. Primum =

Paulo Gualterio
Terranovano
Vita, Moribus, Religione, ac Sacerdotii dignitate
Exornato, Excellenti.
In omni ferè Doctrinarum genere
Verſato, Perito, Profeſſori,
Sive in Sacra, ſive in ſæculari velis Pagina,
Quod
Calabria felix parens,
Pro locis, rebus, clariſque Viris
Singulari diligentia, ſummo labore, non mediocri ingenio
Luſtratis, illuſtratis, deſcriptis
Gloriabunda concelebrat.
Teſtatur Virginia Meſſana,
Quæ Dialecticam ab eo ex publica percepit Cathedra.
Videt Regia Parthenope,
Bonaque pars Regni.
Publicè etiam Dialecticam edocta, & Domi
Philoſophiam inſuper annos multos, Ius utrumque
Confirmant, prædicant.
Cives piis concionibus ad Cæleſtia directi.
Hiſque omnibus, Doctorum, proborumque ſuffragatur fides,
Qui ejus ſincera amicitia, atque exemplari conſuetudine

Digitized by Google

Uſi ſunt, & utuntur.

Petrus Angelus Spera, Sacerdos Lucanus à Pomarico,
Neap. in Errantium Accademia Dedal. nuncup.
Ipſius Pauli in Jure Canonico auditor
Grati animi teſtimonium poſ.
A.D. MDCXXX.

Aliud.

Mentre Saggio Gualtier con lettre d'oro
Spieghi d'Eroi ſublimi i geſti ſanti,
Teſſi al tuo crin di glorioſi vanti
Vie più famoſo, & immortale alloro.
E s'avverrà, che ſcopri il gran teſoro
Del tuo Saver, ch'or nel ſilenzio ammanti,
Vedranſi andar l'alte tue glorie erranti
Da Battro a Tile, e dal Mar Indo al Moro.
Siche ſcopriti omai, ch'in notte, e'n lutto
Giace l'alma Virtude, e cade al fondo
Il tuo tronco pregiato, or ſenza frutto.
Mà deh celati pur Sole giocondo,
Scoverto 'n parte abbagliareſti 'l tutto,
Scoverto 'n tutto accecareſti 'l Mondo.

Vincentius Manerius, in utraque lingua, & Poeſi impensè eruditus, Ord. Carthuſianenſis, Luci donavit ſequentia = *De Morte Chriſti libri tres, heroico carmine*. Neap. apud Joannem Sultzbachium 1540. in 8. *De Aſcenſione Chriſti, libri tres*, ibidem, & eodem anno, carmine ſapphico. *Summola caſuum conſcientiæ. Lib. de Viris illuſtribus Carthus. Ordinis*; & italicè librum unum *de laudibus S. Catherinæ V. & M.*

& M. Julius Mantineo, Franciſcus Gangemi, & Paulus de Obſervantia, literis, & exemplo conſpicui, & Jo: Romæus Capucc. celebris in ſua *Hiſt. Capuccin.*, & in Opere dicto, *de recta in Deum fide*.

Sanctitate pleni eluxere, Joannes Inſtituti Seraphici, & Thomas Philippone, Ord. Prædicatorum; Aliique fama non obituri.

THURIUM.

INter Calabriæ Reſpublicas celebrior, nobilitate, & potentia, edito loco, Sybarim inter, & Crathim, ex reliquiis Sybaris ab Athenienſibus condita, cujus Regio ab Hylia fluvio, nunc *Trionto* dicto, ad Acalandrum amnem uſque protendebatur; ubi Arua frugibus, & pabulis, Pomona, & Cerere jucundantibus, ubera, Neptuno, & Baccho famoſa.

Utque melius ejus extructio enodetur, à Sybari primum per Crotoniatas exciſione facta, repetendum. Obruta Sybari inundatione, delieiiſve, & reſtaurata, cujuſdam Theli iniquitate contrà Cives iterum à Crotoniatis ſubacta, Milone Duce; poſt eam cladem ſecundam annis octo, & quinquaginta, teſte Diodoro Siculo, *lib.* 12. illam Theſſali eo concedentes reſtauravere. Poſt ſecundam reſtaurationem per eadem ſubjecta tempora Præfecto Athenis Callimacho rurſus extrui, & cohabitari cęptum eſt. Quæ brevi poſt in alterum locum trans-

tranſlata, altero quoque nomine impoſito mutavit appellationem. Cujus Auctores fuiſſe Lampus, & Xenocritus hoc modo traduntur. Ab his enim, qui ſecundo patria ejecti profugerant, Sybaritis in Græciam Legati ad Lacedæmonios, & Athenienſes miſſi ſunt, deploratum errores, & auxilia ſua poſtulatum, ut reducerent eos in patrias ſedes, ſecumque ſibi, ut placeret eam ſibi urbem ex parte coloniam facere vellent. A Lacedæmoniis auditi, fruſtra, nil impetratum. Res Athenienſibus placuit, moxque decreto eis auxilio decem naves completas Sybaritis ſubſidio mittunt. Quas Lampus, & Xenocratus ductabant. Miſſis quoque per Peleponneſi urbes præconibus edicto præponi, ac promulgari fecerant, urbem ſe communem his facturos, qui eò commigrari voluiſſent. Cui cum plerique aſſentirentur, oraculo Apollinis maximè adducti, percunctantibus namque reſponderat, tale querentum, quo ſibi conderent urbem ejuſmodi ſolum, ubi aquam menſura ſumptam potarent, cibum contra ſine menſurâ caperent. In Italiam itaque navigant, atque Sybarim delati loca ſcrutari pergunt, ſicubi veſtigia loci à Deo juſſi per Oraculi interpretationem ſe offerrent. Cumque haud procul Sybari inveſtigatione ſollicitis fons occurriſſet, cui Thuriæ nomen erat; latices erumpentes ærea fiſtula procul fundens, quam Accolæ Dimnam, Modiumve appellare conſueverant, re ſimul, & nomine ad omen, & interpretationem

Digitized by Google

oraculi provecti, eum locum ſibi à Deo oſtenſum, ac juſſum judicant. Quem circum acto muro communiunt, urbemque ibi condentes eam fontis nomine Thuriam vocant. Tum urbis Spatium ad longum porrectum in quatuor plateas, & fori loca diſtribuunt. Quorum unum Heracleam appellant, alteri Aphrodiſide nomen dant, tertium Olympiada, & reliquum Dionoſiada vocitari inſtituerunt. Per latitudinem verò tribus rurſus foris ſpatia loca deducunt, nominaque ſingulis imponunt, alteri Heroa, alteri Thuria, tertio Turina. Intervalla verò inter hæc intermiſſa domiciliis extructis replent. Videbaturque ea Urbs, & ſpecie commoda, & eleganti admodum opificio educta. Cæterum brevi tempore concordia nulla Thurios continere valuit, ſed gravi, & ſæva admodum haud temerè ſeditione res eorum vexari, diſcerpique cæpit. Nam Sybaritæ incolæ vetuſti primos quoſque Magiſtratus, ſummaſque dignitates per uſurpationem veluti hæreditario ſibi jure debitas inter ſe partiri, ab onere abeſſe, contributiones, reliquaque diſpendii, & bonorum munia poſterioribus, & novis civibus proſequenda demandare. Tum ad Sacra Deum, myſteriaque peragenda mulieres patricias antiquæ originis cives primo deligi, primoque inſtitui loco. Poſt has ſecundo novam Urbis reſtauratæ prolem, veluti deteriori jure progenitam. Ad hæc mænibus finitimum, eoque commodiſſimum pro ſorte cuique dimenſum poſſi-

ſidere remotiore novis hoſpitibus pro colendi incommoditate diſtributo. Animis itaque dictæ iniquitatis indignatione commotis, ſęviente jam diſcordia, cum novi, adſcriptique Cives antiquis, & numero plures, & re ſuperiores, viribuſque præſtarent, tumultu exeito, vetuſtos Sybaritas fermè ad interneciomem cunctos ferro abſumunt, ipſique deinceps urbem jam libera adminiſtratione obtentam diſponere pergunt. Cumque agro, & optimo, & amplo ſupra cultorum, uſuſque ſui modum abundarent, accerſitis ex Græcia pleriſque eò frequenter Colonis, Reip. munia digerebant, agrumque rurſus æqua ſorte dimenſum per capita diſtribuere. Cæterum illi Rempublicam præſtanter, agrumque colendo magnas brevi divitias, opumque vim cumulavere, atque amicitia cum Crotoniatis, ſocietateque conciliata, res ſummas optimis artibus adminiſtrabant. Populari ſtatu Civitatem conſtituentes in decem tribus Cives omnes diſtribuere: Quibus agente cuique ſua ſunt indita cognomenta. Tres quidem ex Colonis à Pelepõneſo accitis appellarunt Arcades: totidem ex locis extra Pelepon-neſum ſitis, ex una, & eadem gente ductas Bæotiam, Amphiſtryonida, Dorida, reliquas quatuor ex aliis, diverſiſque nationibus Ladem, Athænaidem, Euboidem, Heſiotin. Hactenus Diodorus. Quam Urbem poſtmodum Philoctetes plurimum ampliavit, & auxit.

Leges à Zeleuco accepit, quarum fragmenta plu-

plurima apud Stobæum, & Plutarchum quiſquam inveniet, ſaluberrimas valdè Civibus, & opportunas.

Cudebant Thurii in denario Minervam galeatam, in Galea Delphinum, & juxtà Tridentem, hac græca epigraphe ζαριῶν & ex poſtico Polypum piſcem. Quandoque cum Pallade galeata Tritonem, & ex adverſo Taurum iratum cum piſce, hac cum imagine fontem affingendo hac inſcriptione ζειραν ευρα .ι. ευρανιν. Aliquando numos ſignabant cum Victoriæ capite, & Cleandrum Ducem, & ex parte altera Trophæum, duoque ſcuta, ſymbola fortè victoriæ pro Thuriis habitæ contrà Lucanos.

Urbs hæc Romanis fœdere, & ſocietate conjuncta, apud Valer. Max. *lib.* 1. atque eorundem nobile Municipium, Julio Cæſare teſte *in Comment. lib.* 3. quæ quidem à Roma ſemel dumtaxat deſcivit, data ſibi cauſa, deficiendo ad Annibalem, apud Livium *de bello Punico lib.* 5. propter obſides nuper interfectos: decurſuque temporis Cæſaris partes ſecuta.

In ea floruere multi literis, & Araldica arte præclari, atque inſignibus. Ippodamus in pythagorica diſciplina conſpicuus, cujus Monimenta varia doctrinis, politiaque plena apud Clementem Alexandrinum, *Strom.* 2., & Stobæum, *de Republica* exarata leguntur. Cyromachus, impensè doctus, qui primus *de Philoſophorum opinionibus* opus Juri publico fecit. Herodoctius hiſtoricus, nulli ſuo ævo ſecundus, apud Ariſtotilem, *lib.* 3. *Rethor.*

He-

Herodotus, Hiſtoricorum parens, in ea Urbe diù vixit, & obiit, ubi pariter ejus monimenta elucubravit. Theano, philoſophiæ pythagoricæ Sectatrix, apud Suidam, Plura, variaque ſcripſit *de Pythagora præceptore*, *de Ippodamo* concive, *de Virtute*, *Muliebres admonitiones*, *& Apophtegmata pythagorica*. Patrocles, Poeta celebris. Cephalus, Rethor inſignis, Lyſiæ Rethoris Pater, apud Tzetzam, & Athenienſium contrà triginta Tyrannos Servator. Damon Athleta nobilis, qui apud Pauſaniam, *in Lac. Eliac. & Arcad.* quater vicit ſtadio in Olimpiade. Dionyſiodorus, & Euthydemus, in gymnaſtica incomparabiles, apud Eteſippum. Octavianus Auguſtus, primus Romanorum Imperator, teſtibus Marco Antonio, & Tullio, cujus proavus reſtio, avus argentarius, Pater verò adſtipulator, qui Romæ Senator factus, ex Cæſaris ſorore Octavium filium accepit. Q. Malius, Romæ Prætor. Aliique plurimi.

Fuit Thurium Sedes Epiſcopalis, nunc in Roſſanum translata, ex qua Theophilus Epiſcopus Thurinus, Synodo Conſtantinop. VI. ſub Agathone, & Joannes Thurinus Antiſtes Sinodo Romanæ ſub Hilario, & Symmacho interfuere. Ex ea prodiere duo illa lumina, quæ Brettiam totam, in fidei incunabulis Sanctitate, doctrina, & Sanguine plurimum decoravere. Theleſphorus, & Dionyſius, ambo ex Eliano Inſtituto, Carmeli proceres, atque in Eccleſia Dei Summi Pontifices, & Hierar-

chę.

chæ. Theleſphorus etenim eruditus in patria, fortè à Dionyſio Areopagita illic aliquando cum ſuis Athenienſibus commorante, teſte Joan. Baptiſta Mantuano, *in Sanctorum Faſtis* canente =

Jam ratis Auloni radens freta proxima curſum
Vertit ad Hydruntem; Borea ſpirante Tarentum,
Labitur, apparetque Croton &c.

Amore flagrans luſtrandi Paleſtinã, è littore patrio, Athenas primò devenit, ubi à S. Quadrato Ordinis Prophetici, apud Melthiadem, & Euſebium Ceſarienſem, *lib.5.Hiſt. Eccleſ.* in Chriſtiana Religione roboratus, *ann.* 133. Hieroſolymam pervenit, *an.* 134. dein in Monte Carmelo, Frontone miniſtrante, Habitum ſumpſit, teſtibus Saraceno, & Bollando, ac demum, decurſu temporis, nimirum 139. 8.*Aprilis*, ob eximia Sanctitatis merita, poſt obitum Xiſti, in Petri Cathedram ſuffectus eſt. Multa Eccleſię Dei utilia ſanxit: Quadrageſimale jejunium: ut Clericorum vita à Laicorum converſatione eſſet diſcreta: In die Nativitatis Domini tres Miſſas: Hymnumque Angelicum in Miſſarum Solemniis canendum: nè Epiſcopi, Sacerdoteſque à ſecularibus arguendi, temerèque judicandi decrevit. Denique munitus Eliano, & Apoſtolico zelo, poſtquam Valentini, & Marcionis hęreſes anathemati ſubjeciſſet, atque damnaſſet, à tumultuanti Gentilium populo, Idolorumque Sacerdotibus captus, martyrium ſumpſit, cum ſediſſet annos undecim, menſes novem; habitis menſe Decembri Ordinatio-

ni-

nibus, quibus creavit Epiſcopos treſdecim, Preſbyteros duodecim, & Diaconos octo, & in Vaticano ſepultus eſt. Dionyſius verò Theleſphori concivis exemplum ſecutus, anno ſalutis 246. ex Thurio primùm Athenas, deindè Hieroſolymam deveniendo, Carmelum aſcendit, *ann.* 247. Nicolao Arlamenſi *in Chron.* teſte, ibique apud Saracenum *in Monolog. Carmel.* Eliȩ currum Heleno Generali moderante, in Caſulis propè fluenta Jordanis, Habitu Carmelitico indutus converſatus eſt, de quo Mantuanus citatus =

Hic erat occultus Chriſti de gente Sacerdos,
Grajus enim dudum Carmelo à Monte profectus,
Vertice Carpathiis alto, qui prominet undis.

Cumque Catholicæ fidei tuendæ zelo ad Occidentem denuò perveniſſet, fama ſanctitatis, doctrinæque ejuſdem undique proclamante, primùm Eccleſiæ Romanæ, teſtȩ Hieronymo, Presbyter, dein ſub Valeriano, & Gallieno Principibus, *ann.* 261. ad diem 12. Septemb. Summus Pontifex communi aſſenſu eligitur, & applauſu. Eccleſias in Urbe, Coriolano teſte, Cœmeteriaque Presbyteris diviſit; Parochias inſuper, atque Diæceſes foris limitibus terminavit. Dionyſii Alexandrini à Pentapolitanis Præſulibus accuſati, de fide catholica non rectè ſentientis, cauſam, coacto Romæ Concilio dijudicans, comperta innocentia eumdem abſolvit. Multis voluminibus contrà Sabellianos impensè eruditis pro fide tuenda abſolutis, ex ejuſdem

Monimentis, uti ſcribit Athanaſius, contrà eos, qui Filium Dei opus, aut Creaturam aſſeverant, ſcriptis clarè oſtenditur, hæreſim Chriſto rebellium Arrianorum, non tunc jam primum, ſed olim ab omnibus damnatam fuiſſe, Bellarmino atteſtante *in lib. 1. de Chriſto*, Dionyſium noſtrum, ante mille, & trecentos annos, non ſolum Arianos non dum natos, ſed etiam noſtri temporis Tritheiſtas, & Samoſatenos condemnaſſe ; meritò illius Poetæ pro Lege Julia ad Cæſarem, præconio dignum =

Populiſque futuris
Succurris, naſci quos ſine fraude Jubes.

Pauli Samoſateni itidem dogmata repreſſit, invocataque Synodo Antiochenſi 35. Epiſcoporum, anno 268. tanquam fraudolentum, eum publicè damnavit. Duabus Ordinationibus menſe Decemb. peractis, atque per diverſa loca ſeptem Epiſcopis, Presbyteris 12.; Diaconiſque ſex creatis, anno ſui Pontificatus undecimo, ſub Claudio Principe, miris fulgens meritis, & doctrinis, lugente Carmelo, & Orbe, evolavit ad Superos 26. Decembr. 272. atque in Cœmeterio Calixti via Appia, tertio ab Urbe milliar. ſepultus eſt.

Infula, Sanctitate, & Literis conſpicui hac de Civitate effulſere, S. Kalimerus, ejuſdem Urbis Epiſcopus, & Civis. Octavius Beltrano, qui Typ. dedit italicè = *La breve deſcrizione del Regno, diviſa in dodeci Provinzie*. Neap. apud eundem, 1640. in 4. Pyrrhus Corrado, U. J. D. Prothonotarius Apo-

Apoſtolicus, Eccleſiæ Metropolitanæ Neapolis Canonicus, atque Supremæ S. Rom. Inquiſitionis, Generalis Miniſter, & Ordinarius Conſultor, Publico Juri fecit, Opus, quod extat = *Praxis Diſpenſationum Apoſtolicarum, ex ſolidiſſimo Romanæ Curiæ ſtylo, inconcuſſo ſervato excerpta*; *Praxim quoque Officii Sacræ Pænitentiariæ Urbis, juxtà illius Ordinationem novi Status, complectens. Secunda Editio.* Ven. apud Franciſcum Baba 1656., in fol. Item = *Praxis Beneficiariæ recentioribus Conſtitutionibus Apoſtolicis, Rotalibus Deciſionibus, Sacrarumque Congregationum declarationibus, Decretis, atque Reſponſis. Dubiorum quoque in dies occurrentium Reſolutionibus firmatæ Cancellariæ Apoſtolicæ notabilibus perornatæ, Formuliſque Beneficialibus, pro ipſius Praxis germana, tutaque intelligentia, locupletatæ.* Neap. Typ. Camilli Cavalli, 1656. Tom. 2. in fol. Galeatius de Angelis in utraque lingua impensè eruditus, & Poeſi, apud Camillum Fera. Paulus, Inſtituti Seraphici de Obſervantia, in Theologicis dogmatibus apprimè excultus, atque Vici Equenſis Librorum Reviſor emeritus. Matthæus Riggio, Carolus Selvago, Felix Via, aliique plurimi acerrimi, & exquiſitiſſimi judicii Viri, ac in omni genere doctrinarum præſtantiſſimi.

TORANUM.

OEnotrorum, olim Dapetia, quæ inſumul cum aliis, teſte Livio, rediit ad Romanos. Oppidum propè Hetriculum, vulgò *Lattaraco*, quod Turbidus Amnis à Marci agro diſterminat, ubi Arua frugifera, frumento, vino, oleo, lino, canape, ſerico, caſtaneis, gypſo, ſilice, aliiſque ad vitæ commodum affluentia. Patria Pompeii de Falce, & Dominici de Baviera, Medicinæ, ac Philoſophiæ laude conſpicuorum; nec non & Antonii Cribari, Ord. Minimorum Lectoris Jubilati, in ſuis *Geographicis Monimentis* proximè edendis, Viri undequaque præclari.

TREBISATIUM.

OLim Vicenumum, in Itinerario Antonini, vetuſtum Oppidum à Peucentio propè Mare, vel Philoctete edito loco, Heracleam inter, & Thurios extructum. Pinaſtri, Capparis, Goſſipii, Croci, Arua frugalia. Patria Caroli Palermini, Viri poetica minimè inglorii, qui Typ. dedit Neap. apud Scipionem Boninum, 1617. in 12. metricè, & italico carmine, *L'Amore trionfante, Favola Paſtorale*.

TRI-

Digitized by Google

TRISCHENE.

SEmirim inter, & Crotalum amnes; olim Urbs nobilis, ampla, & fortis, Turribus, muriſque ſepta, haud procul à Freto, nunc obruta gravi obſidione, & Strage Maurorum, atque Cretenſium. De qua Poeta Piperus =

Quam tu calce teris, quam curvo vertis aratro.
Triſchyne ipſa fui, priſca, ſuperba, potens:
Subjecti plures arces, Populoſque feroces,
Milite ab adverſo multa trophæa tuli:
Non me mite ſolum ſervat, neu proxima Thetys,
Quæ ſolita eſt titulis ſæpè tumere meis.
Non ſunt magna quidem quæ ſtant, pereuntque per horas,
Sed quæ non ulla ſunt peritura die.

In Tabernam nunc tranſlata Sedes, & honos, apud Cumbum in ſua *Med. lib.* italicè

Di trè Città la Tripoli Triſchene
Per le dottrine, e per le Squadre donte
A par dell'altra Roma, e ſaggia Atene
Speſſo ſi coronò l'auguſte chiome.
Quinci à monti paſſata dall'arene
Cangiò col nuovo ſito il priſco nome.
Riſtretta in una la poſſanza terna
Se Triſchene fù detta, oggi è Taverna.

Epiſcopalis Cathedra, atque vetuſta, ex qua Lucius Epiſcopus trium Tabernarum Sinodo Romanæ

næ ſub Hilario; & Decius Epiſcopus Tabernarum Rom. Synodo ſub Felice Pontificibus, interfuere. Tres Tabernæ dicta, vel Tria Tabernacula, ex Barrio, *lib.* 4. quod ibi tres principales Eccleſiæ, in quibus alternatim Antiſtes Urbis principalioribus feſtivitatibus divina facere conſueverat.

TROPÆA.

VEtuſta Civitas, & pulchra, Herculis Portus nobilis, locique amænitate conſpicuus. Ab Auſoniis creditur condita, reſtaurataque ab Oenotriis; indè Herculis claſſe plurimum locupletata, atque à Romanis Ducibus, vel Scipione, vel Pompejo notabiliter aucta. Hinc à Tropæo, teſte Barrio, *Retroverſo* dicta, quod Claſſis Romanæ Duces, ſivè Profecti ex Aphrica reverſi, eam, vel condiderint, vel ampliarint; niſi velimus cum aliis Tropęam ethimologiam trahere à fluxu,& refluxu Geoliæ, & Euphemiæ fretorum ſeſe invicem reluctantium: ubi Arua ubera, Nemoraque jucunda, Mariſque proſpectu, atque piſcatu delicioſa.

Sedes Epiſcopalis antiqua, ex qua Theodorus Epiſcopus Tropienſis Synodo Conſtantinopolit. VI. Sub Agathone, & Laurentius Epiſcopus Tropienſis Romano Concilio ſub Symmacho Pontificibus, interfuere. Toto ferè Regno à Regali fide ſecreto, ſola Tropæa ſub fidelitate remanſit; hinc ab Alphonſo I. à Ferdinando I. & II. à Friderico, Ca-

Digitized by Google

Carolo V. Cæſare, Philippo II. Principibus, variis, ac Singularibus privilegiis pro meritis locupletata. Nobilitate diſtincta, Sanguine illuſtri, titulis, Inſignibus, Pietate, & Literis, nec non & Pagis undequaque redimita.

Ex ea prodiere Viri omnigena exceptione præclari, mitra, calamo, pietate, & clypeo: Bernardus, Choridon, Colchinus, Riccardus ſenior, & junior, Carcetus, Juſtegus, Orlandinus, Herveus, Joannes, Theodorus, Stephanus, Vincentius, Marcus, & Antonius de Lauro, Epiſcopus Bellicaſtrenſis. De Ruffo Guillelmus, Serius, & Petrus; Janninus Malatacca, Epiſcopus Oppidenſis, Gotfredus de Caſtro, Epiſcopus Martyrani, & ad S. Marci Eccleſiam translatus; Gotfredus Fazzari, Franciſcus, Ormiciſius, Theophilus, Epiſcopus Oppidi, Matthæus Cuſia, Salvator Muſca, Manphredus Giffoni, Ioannes, & Antonius Niſi, Ludovicus Vulcano, Hieronymus Samnius, Franciſcus Gabriele, Ioannes Tropeano, Alphonſus Guerrera, Aloyſius Vento, Antonius Spanò; aliique plurimi fama celebres, & præconio.

Sanctitate præclari: Ioannes, Ord. Minimorum, S. Franciſci de Paula ſocius emeritus. Dorotheus, & Arſenia, S. Dominicæ Martyris parentes, qui cum Dominica unica prole, Sanguine proprio pro Chriſto Patriam decorarunt, & Fidem.

Cruce Hieroſolymitana redimiti, Fernandus Fazzari, Scipio Creſcenti, Ioan. Baptiſta de Fran-

za

za, Paulus Fazzari, Octavius Frezza, Leonardus Fazzari, Iulius Cæſar Braccio, aliique apud Melitenſes Milites fama conſpicui.

Typis celebres, Alphonſus Manco, Cl. Regularis Minor, Ord. Generalis vigilantiſſimus, qui publico Iuri fecit Opus, cujus Titulus, *Inſtructio Magiſtri Novitiorum*. Neap. apud Octavium Beltrani, 1632. prudentia, & pietate inſignis. Octavius Gloritius, Typ. donavit italicè comædiam hoc titulo: *Impreſa d'Amore*. Ven. apud Ioan. Albertum, 1607. in 12. Cæſar Tomæo, publicè fecit Opus italicè dictum = *Trionfo della Lega, rappreſentazione in cinque Atti*. Neap. apud Ioſephum Cacchi, 1575. in 8. carmine. Quintus Buongiovanni, in publica Neapolit. Accademia Philoſophiæ Profeſſor, Luci donavit Ven. apud Petrum Denchinum, 1571. in fol. *Peripateticarum Diſputationum de principiis Naturæ, ſectiones tres*. Iulius Cæſar Galluppi in Legalibus impensè doctus, luci publicæ dedit Opera ſequentia = *Praxis noviſſima Sacri Regii Conſilii Neapolitani*. Neap. apud Camillum Cavalli, 1647. in fol. Item *Methodus univerſalis feudalis in duas Partes diſtincta, in quibus frequentiores materiæ, tam ad uſum Juris communis feudorum, quam Regni Neapolitani, aliorumque locorum pertinentes pleriſque ſupremorum Tribunalium deciſionibus digeſtæ, quàm breviſſimè enucleantur*. Neap. apud Lazarum Scorrigium, 1630. in fol. Aliique plurimi, inter quos Petrus Vianeus, Chirurgus ce-

le-

lebris, qui labia, naſoſque mutilos, perfecta decorabat integritate.

TURRIS SPATULÆ.

Supra Cæcinum montanus Pagus, ſed frugifer: glorioſus in ſuo Scipione Martello, Viro ad ornandas literas omnis generis facto à natura, à doctrina erudito, à plurimis monimentis redimito.

TURTURA.

Iuxtà Talaum amnem, Oppidum vetuſtum à Peucentiis, vel Oenotriis edito loco extructum, ſalubri, e forti, natura, arteque munitum. A mari parum diſtans: undiquè Arua frugibus, fructibuſque fæcunda. Sylvæ venatione, aucupioque delicioſæ: Arbores manna roridæ. Iacchus, Pallas, Cæres, amæna fertilitate luxuriantes, atque Neptunus. Patria Franciſci de Franciſco, Medica Sapientia præclari, qui Typ. dedit Opus, *De prohibita venæ ſectione, juxtà veras Galeni traditiones, contrà nonnullos Empiricos*. Neap. apud Octavium Beltranum, 1620. in 8. & Blaſii Guaragna Galluppi, in variis editis Monimentis impensè conſpicui.

TYRIUM.

VUlgò *Tiriolo*, Oppidum vetuſtum, non procul à Geminiano. A Freto 12. mill. ſemotum, in Montis cacumine ſitum, herbis medicinalibus plurimum referto; à Hierone Coloniæ Athenienſium Ductore apud Plutarchum *in Nicia* conditum; caſeo optimo, & pabulis Montana fæcunda. Gigantum reliquiis, fruſtuliſque per Colonos effoſſis, antiquitate celebre; ſed glorioſius in ſuo Ridulpho Comite, pro defenſione Romanæ Sedis, in Lege gratiæ, atque in Gentilitate, per Senatum Romanum Bacchanalium libationum (genus peſtiferum, ex promiſcui ſexus concubitu) exterminatione. Olim Sedes Epiſcopalis, apud Chronicon trium Tabernarum, alio translata.

VALLONGA.

CAſtrum tenue inter Montana, non procul à Panagia, pabulis plena, ubi Sylvæ glandiferæ, Caſtaneta, cum caſeo optimo, fragarum, venationis, & aucupii, Arua fæcunda. Olim Nicephora, à Rugerio Comite reſtaurata, & à filio exciſa. Patria Ioannis Iacobi de Martino, in omnigena ſapientia, atque in ſuis editis Monimentis, eruditione facundis impenſè præclari, quæ extant = *Conſiliorum, ſive Reſponſorum Juris Volumen primum.*

S. Ni-

S. Nicolai, apud Ioan. Baptiſtam Ruſſum, & Dominicum Iezzo, 1635. in fol.; nec non atque Franciſci, Inſtituti Capuccinorum, ſanctitate, & exemplo conſpicui; & Antonini Papa, Epiſcopi S.Marci, vigilantia præclari.

VERNAUDA.

VUlgò *Rocca Bernarda*, Arocha Targines intus Peteliam, juxtà Clibanum Montem, teſte Plinio; à Freto 20. mill. ſemotum Oppidum, quod Targines fluvius (vulgò *Tacina*) navigabilis, & piſcoſus præterfluit; nec longe à Neætho amne, ubi Arua frugifera, & paſcua opportuna, vino, oleo, melle, ſale foſſili, goſſipio, & ſeſama, ubera nimis, atque fæcunda. A Crotoniatis extructum, & à Philoctete ampliatum: ab aere vernante, Vernanda dicta apud Barrium, deliciis plena, atque jucunda. Gloriatur Natali B.Joannis Caduri, S. Franciſci Paulani Socii: Joannis Vincentii Roſa, Cardinalis Borgiæ Cubicularii, ac Scyllacenſis Principis Familiæ Præfecti; Joſephi Roſa, U.J.D.Strongilis, Avellini, Trigenti, & Scyllacii, Generalis Vicarii, & Salvatoris Germani fratris, Mileti pariter eodem munere decorati, doctrina, zelo pietate præclarorum.

VICULISUM.

TAbernæ Pagus frugifer, ſtibeo, ac lapide plumbei coloris clarus. Patria B. Apoſtoli, Inſtituti Seraphici Reformatorum, ſanctitate, meritoque mirabilis.

VINCENTIUM.

MOntalti Vicus, vulgò *San Vincenzo*, Serici, Salis foſſilis, frugumque ferax; illuſtris in ſuo Mauritio la Valle, U.J. D., qui multa Monimenta eruditione, atque eloquentia plena, his titulis, *Funiculus triplex difficilè rumpitur* pro Fratrum concordia, *Centuriaſque legales* duas concinnavit; aliiſque ex Familia Roſſi, in Juriſprudentia, atque Medicina præclaris.

VIRDIVALLIS.

STyli Pagus, ſed oppido par, juxtà Cocynthum promontorium; in cujus agro omnia luxurie frugum, fructuumqe jucunda, ſed Bacchus, & Pallas, vini, oleique bonitate feraces. Glorioſior Natali Guillelmi Sirleti, Epiſcopi S. Marci, dein ad Cathedram Scyllacenſem translati: demum à Pio Rom. Pontif. IV. in S. R. E. Cardinalium Cætu pro meritis evecti; cujus ſummæ, longèque diffu-

ſiſ-

ſiſſimæ Sapientiæ, linguarumque omnium eruditioni, olim, & nunc venerabundus totus penè literarius Orbis aſſurgit:de quo apud Chryſtophorum Ranzovium in ſua Epiſtola ad Georgium Calliſtum, hæc ſanè digna, Romæque excuſa, 1662. in 8. Typ. S. Congreg. de propaganda Fide leguntur. *Sanè nullam majorem Tridentinis Patribus curam fuiſſe ſcio, quam ut omnia ipſorum decreta ad primitiva antiquitatis ſententiam exactiſſimè conformarentur. Quod quamvis te contra Veneti Sannionis, & Spalatenſis Apoſtatæ opinionem, ægrè crediturum ſciam; crederes tamen, ſi Gulielmi Sirleti, tunc Vaticanæ Bibliothecæ Præfecti, epiſtolarum volumina mecum hic inſpexiſſes; quibus ille, ſingulis ferè ſeptimanis, ad Marcellum Cervinum, Seripandum, alioſque Concilii Præſides Cardinales, prolixè perſcribebat quæcunque de ſingulis fidei capitibus, ex SS. Patrum, præſertim Græcorum Operibus, tunc maximam partem ineditis, diurno, nocturnoque ſtudio colligere poterat: eaque opera præcipuè purpuræ dignitatem meruit. Et ſanè præclara eſt, & in publicum proferri operæ pretium foret.* Cedro digna,& æternitate hæc Monimenta edidit, quæ ſequuntur. =

Annotationes in Pſalterium = Biblicus Apparatus varianteſque Lectiones in Bibliis Regiis = Correctiones, & Additiones in Jus Civile = Epiſtolæ variæ, rerumque plenæ = De Monarchia Eccleſiaſtica, apud Ianum Nicium in ſua Pinachoteca, p. 1. = *Monologium Græcorum ex Bibliotheca, & Interpreta-*

tatione Guilielmi Sirleti . Ingolſtadii ex Officina Typographica Ederiana, apud Andream Angermarium, ann. 1602. in 4. criterio Caniſii dignum; *Theſaurum hunc*, uti ait, (ita enim Monologium hoc lectiſſimum Opuſculum ſemper habui) *Andreæ Schotto Soc. Jeſu acceptum refero &c.* Benedictique Ariẹ Montani, atque pręconio ad præf. 1. Tom. Bibl. Reg. Avverſ. *Non poſſum*, (ſcribit) *Lector Sirleti etiam Cardinalis Operam, laborem, induſtriam, ac doctrinam propè ſingularem tibi non vehementer commendare. Is enim præter graviſſimas occupationes, quibus ampliſſimus, & Sanctiſſimus Cardinalium ordo diſtineri ſolet, animum ad ſacrarum literarum ſtudia ità convertit, ut jam Theologorum labor in perquirendis Sacrorum voluminum variis lectionibus magna ex parte ſit ſublevatus: tantam enim induſtriam, & judicio eas collegit, & quas ſequi, & quas reiicere oporteat, ità doctè admonuit, ut meritò tanti beneficii immortales gratias ampliſſimo huic Viro habere debeas.*

In cujus Tumulo, memoria haud obitura, apud Ughellum *in Ital. Sac.*

Guillelmo Sirleto Card.
Stili in Calabria nato hujus Eccl.
Titulari S. Sedis Apoſt. Bibliothecario,
Hebraicæ, Græcæ, Latinæque linguæ peritiſſ.
Humanarum, Divinarumq; diſciplinarum
Scientia claro, Eruditorum, & pauperum
Patrono, ac Parenti beneficentiſſ. ob probitatem
ejus

ejus, pietatemque à Pio IV. P. M. Sacro inſtante Collegio Card. creato. Vixit annos LXXI. Obiit anno MDLXXXV.

Quemadmodum atque Marcelli, Tomæ, & Fabritii Sirleti, Scyllacenſium Antiſtitum immortalis memoriæ, ac in omni optimarum artium genere conſpicuorum.

VITUM.

SCyllacei Pagus, caſtanearum ferax, cum linis optimis, Alexandrinis ſimilibus. Reliquiis, Cryptaque SS. Viti, Modeſti, atque Creſcentiæ Martyrum glorioſus. Patria Franciſci Agapito, S. Teolog. Mag. & Doctoris, Ord. Carmelitarum Provincialis Apoſtolici, 1675. Viri literis, atque prædicatione eximii; nec non & aliorum in Sac. Pagina Doctorum, ejuſdem Eliani Inſtituti, Petri Mandaliti, Dominici Gallo, & Ioſephi Moleti peritorum.

ULLANUM.

BRettiorum Civitas vetuſta, atque Oenotrorum, Montaltum inter, & Neam amnem, nunc communi ſtrage penitus diruta, cujus reliquiis, nedum Montaltum, teſte Ioſepho Carnevale *in hiſt. Sic.* ſuam habuit amplitudinem, verùm atque Benedictum, vulgò *S. Benedetto d'Ullano*, proprium extructionis initium, & augmentum. Arua, ubi olim Civitas condita erat, vineta, nemoraque occu-

cu-

cupant, atque antiquitatis plurima monimenta ageribus plena, paſſim à colonis, gentilitatis Inſignia, reperiuntur, inter quæ Urna quædam affabrè expolita, quæ modo in Parochiali Eccleſia S.Benedicti pro aqua luſtrali conſervanda aſſervatur, hac Inſcriptione circuita.

D.M.L. Aurelio, Steph. Proc. Auberedis Auguſti. Olim ex Civium traditione Sedes Epiſcopalis, cujus hactenus Baculus Paſtoralis eodem in Phano cunctis inviſitur, & comprobatur. Glorioſa Icone, S. Mariæ de Bono Conſilio dictæ, miraculis claræ; atque celebris Natali Abb. Samuelis Rodota, qui olim adhuc adoleſcens in Collegio Pontificio Græco de Urbe linguæ Græcæ, ac Rhetorices Profeſſor. In Sacram Congregationem pro emendandis, expurgandiſque Libris Eccleſiaſticis Orientalibus in gradu Conſultoris, ac Reviſoris à Clemente XI. cooptatus eſt. Reputatione Cardinalium ejuſdem Congregationis æditioni eorumdem Librorum Typis S.C. Propagandæ Fidei excudendorum, Præpoſitus. In Vaticana Bibliotheca Apoſtolicus Scriptor, quod munus idem eſt ac Bibliotecarii, licet titulum hunc Sancta Sedes S.R.E. Cardinalibus reſervarit. *Formulam Synodici Sanctæ ac Univerſalis Septimæ Synodi*, quemadmodum nunc recitatur à Græcis orthodoxis in inclyta Urbe Venetiarum latinitati, atque Typis donavit. Nec non *Lectiones varias* Tropariorum Triochie in laudem Sanctorum Monachorum excerptas ex duobus Codicibus

Va-

Vaticanis, & Barbarino. Aliaque plurima in dies græcæ gravitatis imaginem redolentia, nitore ſtyli, argumentorumque præſtantia. Sicut, & Stephani germani fratris, & Michaelis Angeli utriuſque Parentis, in utraque lingua, ac in prædicatione Verbi Dei præclarorum. Monimenta proximè edenda Stephani S.S. mandato extant, *Sacrament. Tract.* ad Rit. Eccl. Orient., & Samuelis *ad Epiſt. Encyclicam* Patriarchar. Conſtantinop. Antioch. & Hieroſol. Reſponſio gravis, & plena rerum.

URSIMARSUM.

OLim Albiſtrum, apud Ptolomeum, in radicibus Appennini, ab Urſi morſu, tanquam ab eventu Oppidum dictum apud Barrium, ſed vetuſtum, vel ab Auxoniis, vel ab Oenotriis, teſte Cropano, conditum; fluvio ejuſdem nominis, anguillis, torentiniſque ubero, adlabente. A Freto 5. mill. & à Lao amne ferè duobus ſemotum. Ubi arua undique frugibus plena, Sylvæque venationi, & aucupio, commodæ; & pro domorum tignis, naviumque extructione arbores opportunæ. Hic mella, vina, olea præclara, ac terebinthus: Teſtudinibus terreſtribus montana delicioſa; lapidibuſque molaribus, frumentario, & oleario, & gypſo famoſa. Patria Nicolai Foraſtiero, Regii Conſiliarii emeriti, ac in vaſta eruditione, conſummatiſsimaq; prudentia inſignis.

Digitized by Google

URTHIUM.

SIvè Orthium, vulgò *Urti*, Rhegii Pagus frugum ferax. Patria Simonis, Bernardini, atque Chryſoſtomi, Inſtituti Seraphici Capuccinorum, vitæ auſteritate, atque pænitentia inſignium, & Sanctitate.

XIPHEA.

EX Sybaris reliquiis extructa, ſed poſtmodum diruta, in Moranum, & Caſtrivillarum excitata. Glorioſa olim in ſuo Metopo, pythagorica Sapientia conſpicuo.

XOSTUS.

VUlgò *San Siſto*, Montalti Vicus, frugali fætura clarus; Traſmontanorum ſedes, & ædificium, Henrici VI. Imperatoris ævo; qui à Tranſpadanis Galliæ gentibus hæreſi Luterana infecti, omnes ferè vitam ſuſpendio finiere. Celebris in ſua Abbatia S. Michaelis Archangeli, Baccharii, Montanarumque pariter complectente jura; atque in Familia illuſtri *de Paula* Civitatis Montalti, ex Baronibus Bombicini diù continuata; in ſuis doctrina, exterorumque Connubiis, nobilis, atq; præclarus. In ſuis quoque gloria haud obitura. Inter quos Franciſcus la Valle dulciſ-

ciſſimi carminis Poeta ſuis Poematibus vulgò *Rime*, Venetiis excuſis minime inglorius. Cornelius Minorita. Philippus de Amato in Romana Curia eximiæ doctrinæ Vir: aliique.

YORGIA.

SIc vulgò dicta, ſed meliùs Georgia, Chriſtinæ Pagus, juxtà Sinopolim, ubi arua frugibus ubera. Patria Hieronymi, Inſtituti Seraphici, vitæ pænitentia, & ſanctitate præclari.

ZACCHARISIUM.

A Taberna ad Fretum, juxta Aſiliam, Oppidum vetuſtum, & nobile, à Barbari Pagi reliquiis plurimum ampliatum; cunctis fæcundum, ubi arua ſpina pontica, & reupontico cum lapide phrygio, apud Barrium famoſa. Patria Bonaventuræ, Franciſcani Inſtituti, meritis, exemploque mirabilis, atque pietate.

ZUMPANUM.

B Arrio *Sapanum*, Conſentiæ Prætura, paguſque nobilis, & frugibus uber. Glorioſus in ſuo B. Franciſco, Ord. S. Auguſtini, ejuſdem Inſtituti primo Reformatore, literis, & ſanctitate præclaro.

INCERTÆ PATRIÆ.

HOs, qui in calce ſequuntur, quamquam Patriæ incertæ, Calabros eſſe, ore ipſorum proprio, exterorum, atque noſtratum teſtimonio, non ambigendum. Sanctitate, & Infula glorioſi fuere SS. Leo, & Himerus Epiſcopi. Nicolaus Caſſani Antiſtes, Lucianus Epiſcopus Maurenſis. Abundantius, Epiſcopus Tempſanus. Theodorus, Epiſcopus Thauriani. Joannes, Epiſcopus Thurinus. Longinus, Epiſcopus Oroſtenſis. Joannes, Luſitanæ Eccleſiæ propè Scyllaceum, nunc dirutæ, Præſul. Matthæus, Ord. Ciſtercienſis, Epiſcopus Geruntinus. Nicolaus Antonius, Epiſcopus Inſulanus. Germanus, Epiſcopus Tarentinus. Petrus Florenſis Inſtituti, Epiſcopus Caſtellanatenſis. Sextilis Mazuca, utraque lingua græca, & latina præſtantiſſimus, variaque eruditione clarus, Petri Aldobrandini Cardinalis Præceptor, Eccleſiarum Alexanenſis, & Leucadienſis Epiſcopus, ann. 1592. auctuſque eſt ann. 1594. Vaticanæ Baſilicę Canonicatu cum retentione prioris Dignitatis, quam paulò poſt dimiſit, & cum fato ceſſiſſet, omnia bona ſua pauperibus erogavit, apud Ughellum.

Sanctitate pleni extitere, Pacificus, Angeli de Alcone Catalaunię Provincię S. Franciſci fundatoris emeriti, Socius. Euſebius, Pacificus alter, Franciſcus, & Joannes, Inſtituti Seraphici. Cęſar, &

& B. Alexander, Anachoretę. Michael Luciſanus, Carthuſianenſis. Ioannes Salvo, Iacobus, Ioannes, S. Dominici Socius, Ord. Prędicatorum. Petrus Diaconus, Ord. Ciſtercienſis. BB. Antonius, Theodorus, Nilus, Patirii Monaſterii Fundator, Petrus, Theutonicus, Vitalis, Nicephorus, S. Phantini diſcipuli. Coſmas, Iſacius, Simon, Conſtantinus, Simon Stilita Iunior, Senator, Chryſtophorus, Hilarion, Nicolaus, Francus, Rinaldus, Cirillus, Lucas ſenior, & junior, Ord. S. Baſilii Magni. Arſenius, & Gerardus B. Ioachimi diſcipulus, Florenſis Inſtituti. B. Catharina, S. Leolucę ſoror. S. Catherina Antonii, & Theodori Baſiliani Inſtituti Mater. S. Eliſabeth, Vidua. S. Sophia, Mater trium Virginum, Fidei Spei, & Charitatis.

Typis, & literis inſignes. Tyberius Ruſſilianus, de quo Naudeus, in ſuo de Cardani judicio ſequentia concinnavit = *Nam quis ferat Cardanum, ejus impiæ vanitatis accuſari, ob excogitatum à ſe thema Natalitium Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod tamen Tyberius Ruſſilianus Sextus Calaber, Sæculo præcedente, tribus variis ſchematibus propoſuerat in Apologetico, ut illum vocavit, adverſus Cucullatos, qui ex quadringentis propoſitionibus, quas Bononiæ, Florentiæ, Patavii publicè docendas ſuſceperat, duodecim velut Hæreticorum placitis affines, damnaverat, & hanc imprimis, qua dicebat, quod Chriſtum, quo ad corporis compaginem elementariam aſtris ſuppoſitum, ejuſque genituram, & Prophetam magnum, & ea,*

& ea, quæ circà corpus evenerunt, præſertim violentum ejus mortis genus nuntiaſſet, non inconveniet. Hanc enim concluſionem ſimul cum aliis, ut Tyberius defenderet, librum edidit ſedente Leone X. eo titulo, quem ſupra retulimus, & tria Chriſti geneſeos themata, ſecundum tres rationabiles differentium doctorum opiniones in eo tam luculenter enarravit, ut mirum potius ſit Cardanum habuiſſe, unde poſt ipſum racemationes, & ſpicilegia colligeret. Verum nec ipſe Tyberius Ruſſilianus, nullo alio Auctore tam grande nefas molitus eſt, nam Petrus de Alliaco, &c. Et paulo poſt = *Cæterum patet indè, quam vafer Cardanus fuerit, nam cum certò certius exploratum haberet, Themata Chriſti natalitia ab Alliacenſi, & Tyberio Ruſſiliano exarata fuiſſe, nec illum latere poſſent, quæ Picus, Albumaſar, & Bacchonus de illis dixerant, noluit tamen eorum unquam meminiſſe, ut vulgò litteratorum inventum iſtud ſuum fuiſſe perſuaderet &c.*

Quintus Calaber, apud Hermogenem, Parrhaſium, Scaligerum, Voſſium, & alios, in Poeſia græca eminentior, nullique ſecundus. Homeri Iliadem, ac facta poſt Trojȩ excidium, quatordecim libris carmine heroico, hoc titulo Κοΐντου Καλάβρου ἀρχαιοτάτου καὶ σοφωτάτου ποιητοῦ τῶν παραλειπομένων Ὁμήρῳ Βιβλία τέσσαρες καὶ δέκα, explevit, exaravitque. Baſileȩ ſecunda editio per Xiſtum Henricpetri, ann. MDLXIX. & per Baſſarionem Orbi literario propriis ſumptibus data. Vir ſanè apud Ioan. Tho. Freigium *in Epiſt.*

de-

dedic. ad Viros illuſtres miſſa, ſtyli gravitate, ingeniique ſublimitate Homerus alter.

Proſper Phanelus Calaber, in ſuo Opere, quod inſcribitur = *Colloquium Chriſti Moyſi, & Eliæ habitum in Monte Thabor D. Proſpero Phanelo Calabro, Monacho Caſſinate conjectore. Et præterea Hymnus in honorem B. Virginis excerptus ex nonnullis Scripturæ locis. Eodem D. Proſpero Auctore*. Neap. apud Horatium Salvianum, & Cęſarem Cęſaris, 1585. in 8.

Folcus, apud Allatium, in ſuo *Catal. priſc. Poet.* antiquus Vates, & Poeta.

Artalis Raſcaglia, in Poeſi, & Medicina, Calaber doctiſſimus. Publico Iuri fecit italicè = *L'Impreſe, Motti, e Verſi fatti in lode di D. Pietro Girone, Duca d'Oſſuna, e Vicerè di Napoli, nella Solenne Feſtività del SS. Sacramento, e del glorioſo S. Gio: Battiſta, nel* 1583. apud Ioſephum Cacchium in 4. Aliaque *poemata*, quę poſt Orationem funebrem Sigiſmundi Polonię Regis edita obiiciuntur.

Franciſcus Motta, Calaber, Vir in literis, & linguis ſupra quam credi poteſt in ſuo ęvo excultiſſimus, eruditioneque plenus.

Teſſere Romani Conſulatus inſignes = Sextus Quintilio Varo, *an.* 301. L. Menenius Lanato, *an.* 314. Agrippa Menenius Lanato, *ann.* 315. Q. Sulpitius Coſſo, *ann.* 320. A. Cornelius Coſſo, *an.* 326. & 328. Cn. Cornelius Coſſo, *an.* 345. 346., & 348. Cn. Cornelius Coſſo, junior *an.* 353.

L. Ti-

L. Titinus Longo, *ann.* 355. P. Cornelius Coſſo *an.* 359. Q. Sulpitius Longo, *ann.* 364. Claudius Sulpitius Longo; *an.* 431. & 440. P. Sempronius Sopho Longo. *an.* 450. Q. Cęditius Longo, *an.* 497. Titus Sempronius Longo, *an.* 535. & S. Sempronius Longo, *ann.* 560. apud Maraſiotum *in Chronicon.*

FINIS.

Ad Laudem Dei, & Beatiſſimę Virg. Dei Genitricis Marię de Monte Carmelo Die 15. Maii 1725.

527337

BIBLIOTECA NAPOLI

IN-

Digitized by Google

I N D E X

Locorum Calabriæ Veteris, & novæ, quæ hoc in opere recenſentur.

A

A *Cra, vulgò* Acri *pag.* 37.
Agatha Rhegii, vulgò S. Agata di Reggio 38.
Agellum, vulgò Ajello 38.
Albidona, *vide Levidonia*
Altomontum, *olim Balbia* 56.
Amanthea, olim Nepetia 40.
Amygdalia, vulgò Amendolia 46.
Amygdalaria, olim Hieracleopolis 47.
Angitula, olim Criſſa 49.
Aprilianum, vulgò Aprigliano 49.
Aquarium, vulgò Acquaro 50.
Arenæ, vulgò Arena 50.
Arinta, vulgò Renda 50.
Arocella, olim Amphiſſia 51.
Arocha, vulgò Rocca 52.
Artemiſium, vulgò S. Agata 53.

B

B *Accarium, vulgò* Baccarizzo 53.
Badolatum 53.

Balbia, *vulgò* Altomonte 56.
Balnearia, *vulgò* Bagnara 56.
Belicaſtrum, *olim Petelia* 57.
Beliſortum, *olim Subſicinum* 59.
Bellimontum 59.
Benedictum, *vide Sambenedictum*
Beſidia, *vulgò* Biſignano 60.
Blanda, *vulgò* Belvedere 62.
Bombicinum 62.
Borgia 63.
Bova 63.
Borellum 63.
Bovolina 64.
Briaticum 64.
Bryſtacia, *vulgò* Umbriatico 64.

C

C*Acurium*, *vulgò* Caccuri 66.
Calanna 66.
Capiſtranum 67.
Campana, *vide Kalaſerna*
Caruleum 67.
Caſignanum 68.
Carpanzanum 69.
Caſtella 69.
Caſtionum, *vulgò* Caſtiglione 69.
Caſtrifrancum 72.
Caſtrovetum 72.

Ca-

Caſtrivillarum, olim Apruſtum 74.
Caſula 77.
Caſuonum, vulgò Caſabona 77.
Catazanum, vulgò Catanzaro 78.
Ceanum 87.
Cacinum, vulgò Satriano 87.
Cellaria 87.
Cælicum 88.
Caniſium, vulgò Fiumara di Mori 91.
Cerchiaro, *vide Querquarium*
Cerenthia, olim Pumentum 92.
Cerilli, vulgò Cirella 93.
Chalatum, vulgò Galatro 93.
Charetum, vulgò Careri 94.
Chariatum 94.
Charidà 95.
Catherena Badolati, vulgò S. Catarina 95.
Cirum, olim Cremiſſa, vulgò Cirò 96.
Citrarium, olim Lampetia 97.
Claravallis 98.
Conſentia 98.
Coriolanum, vulgò Corigliano 147.
Cortale 155.
Coſa, vulgò Caſſano 156.
Coſiletum 157.
Crepacorium, olim Samum 257.
Crypteria, vide Minervæ caſtrum 244.
Cropalatum 158.
Cropanum 159.

Croto, *vulgò* Cotrone 159.
Criſtina, *vulgò* S. Chriſtina 186.
Crucolum, *ſive Charocalum* 186.
Cutrum 187.

D

DAsà 187.
Daulum 187.
Depinianum 188.
Dimitrium 188.
Dominica 189.

E

EUphemia 189.

F

FAvellonum 190.
Feroletum 190.
Fervetum 190.
Felinum, *vulgò* Figlina 191.
Felum, *vulgò* S. Fili 191.
Fiſcaldum 191.
Fligidium, *vulgò* Fiume freddo 192.
Foſſatum 193.
Francavilla 193.
Francica 193.

Ge-

G

Geminianum, *vulgò* Gimigliano 195.
Geolia 196.
Geolioſa, *vulgò* Giojoſa 198.
Georgetum, *vulgò* S. Giorgio 198.
Gregorium, *vulgò* S. Gregorio 199.
Guardavalle *vide Virdivallis*

H

Ieracium 199.
Hipponium vide Montileonum

I

Iopolis 212.
Iſula 219.

K

Kalaſerna, *vulgò* Campana 219.

L

Lacania 220.
Lagaria 220.
Lacum 221.

La-

Lataracum 221.
Laum 222.
Laurentum, *vulgò* S. Lorenzo 223.
Levidonia vulgò Albidona 223.
Longobardum 224.
Longoburgum 225.
Lucii, *vulgo* Luzzi 226.
S. Lucido *vide Nicetum*
Lungrum 226.

M

MAcherà, *vulgò* Majerato 227.
Magiſanum 227.
Maida, *olim Melanium* 227.
Maletum 229.
Mamertum, *vulgò* Martirano 230.
Mammola 231.
Marcum, *vulgò* S. Marco 233.
Martinum 234.
Martium 234.
Maurum 235.
Melichlochia 236.
Meliſſa 236.
Melivitum 337.
Menecina, *vulgò* Mendicino 239.
Meſignadum 240.
Meſſurga, *vulgò* Miſuraca 240.
Miletum 241.

Mi-

Minervæ caſtrum, *vulgò* Grotteria 244.
Mirimagnum, *vulgò* Mormanno 244.
Monardum, *vulgò* Caſtelmonardo 244.
Monruſum, *vulgò* Monteroſſo 245.
Monſaurum, *vulgò* Monteſoro 246.
Monſantum, *vulgò* Monteſanto 246.
Montaltum olim Uffugum 247.
Montileonum, *olim Hipponium* 282.
Montipaonum, *olim Aruncus* 287.
Mota Joannis 287.
Mota Luciæ 288.
Muranum 288.

N

Neocaſtrum, *olim Liſſania* 290.
Nicetum, *vulgò* S. Lucido 292.
Nicotera, *olim Medama* 293.
Nuceria, *olim Terina* 294.

O

Olivadum 297.
Opedum, *vulgò* Oppido 297.

P

Pacanica, *vulgò* Placanica 298.
Palitium 298.

Pal-

Palludum, *vulgò* Palude 299.
Panagia 299.
Papeſidrum, *ſive Papeſiderum* 300.
Paradiſonum 300.
Parma 301.
Paternum 302.
Patianum, *vulgò* Pazzano 302.
Paula, *olim Parycos* 302.
Pedatium 306.
Pedavolum 307.
Pentedactylum 307.
Petramala 308.
Petraficta 309.
S. Petrus de Mayda 309.
Philocaſa, *vulgò* Filogaſi 311.
Pinguadum 312.
Pitium, *olim Napitia* 312.
Pizzonum 315.
Policaſtrum, *olim Petelia* 316.
Poliſtina, *olim Marina* 321.
Præcopum, *vulgò* S. Procopio 322.

Q

Q*uerquarium*, *vulgò* Cerchiaro 323.
Quinquefrondum 323.

Rea-

R

REatium, vulgò Reaci 324.
Redicina, ſive Radicina 324.
Regina, olim Heroinum 325.
Rhegium Iulium 325.
Riolum 344.
Rocca Bernarda vide Vernanda
Rogianum, olim Verge 344.
Rombiolum 345.
Roſarnum 345.
Roſſanum, olim Roſcia 346.
Rubetum, vulgò Rovito 350.
Rublanum, vulgò Rogliano 350.

S

SAmbatellum 355.
Sambenedictum 355.
Samblaſium 356.
Sanleonium, ſive Leonium 356.
San Vito, vide Vitum
Saracena, olim Sextum 358.
Satrianum, vide Cæcinum
Scala 359.
Scalea, olim Velia, ſive Elea 360.
Scyllaceum, vulgò Squillaci 361.
Scylleum, vulgò Scilla 366.

Digitized by Google

Seminaria 368.
Semiris, *vulgò* Simmari 372.
Serra 372.
Serrata 373.
Siberena, *vulgò* S. Severina 373.
Sideronum, *vulgò* Siderno 376.
Sitigianum, *vulgò* Settingiano 378.
Sorianum 378.
Spatianum, *vulgò* Spezzano 379.
Spatula 380.
Stalatium, *vulgò* Stalatti 380.
Stenianum, *vulgò* Stignano 381.
Strongilis, *olim Macella* 381.
Stylum, *olim Conſulinum* 382.
Suberatum 389.
Sybaris 389.
Syllanum, *vulgò* Scigliano 396.
Synopolis 399.

T

TAlerna, *olim Triſchene* 399.
Tarſia, *olim Capraſa* 409.
Taurianum 414.
Terranova, *olim Sappominulium* 414.
Thurium 418.
Toranum, *olim Napetia* 428.
Trebiſatium, *olim Vicenumum* 428.
Triſchene, *nunc Taberna* 439.

Tropaea 459
Turris Spatula 430.
Turtura 433.
Tyrium, *vulgò* Tiriolo 433.
434.

V.

Vallonga
Vernauda, *vulgò* Rocca Bernarda 434.
Viculiſum 435.
Vincentium, *vulgò* S. Vincenzo 436.
Virdivallis, *vulgò* Guardavalle 436.
Vitum, *vulgò* S. Vito 436.
Vllanum 439.
Vmbriaticum, *vide Briſtacia* 439.
Vrſimarſum
Vrtbium, *vulgò* Urti 441.
442.

X

Xiphea
Xoſtus 442.
442.

Y

Yorgia
443.

Zac-

Z

Zaccharisium 443.
Zumpanum, sivè Sapanum 443.

Scio innumera omiſſa fuiſſe loca in hoc opere, innumeros quoque Illuſtres Viros memoria æterna dignos: at ſine Authoris culpa: loca enim exciſa, quorum vix apparent veſtigia ex conſilio omittuntur, utpotè de quibus ſatis ſcripſit antiquitas; Viri autem ſanguine literis, ſanctitateque celebres, nec omnes ad Authoris notitiam pervenere (cum omnem numerum fugiant): unde omnium laudes, famæ, ſcriptorum omnium loquaciori, celebrandæ commendantur.

FINIS.

Digitized by Google

[illegible]

Digitized by Google

Fabio Girolamo
Franc. Ricca.

Dezio
Bart. Ricci

527337

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google